


ACTA ET SCRIPTA

QUAE

DE CONTROVERSIIS ECCLESIAE GRAECAE ET LATINAE

SAECULO UNDECIMO COMPOSITA EXTANT

EX PROBATISSIMIS LIBRIS EMENDATIORA EDIDIT DIVERSITATEM LECTIONIS
ENOTAVIT ANNOTATIONIBUS
INSTRUXIT

Dr. CORNELIUS WILL.

LIPSIAE & MARPURGI
SUMPTIBUS N. G. ELWERTI BIBLIOPOLAE ACADEMICI.
MDCCCLXI.

ACTA ET SCRIPTA

QUAE

DE CONTROVERSIIS ECCLESIAE GRAECAE ET LATINAE

SAECULO UNDECIMO COMPOSITA EXTANT

EX PROBATISSIMIS LIBRIS EMENDATIORA EDIDIT DIVERSITATEM LECTIONIS
ENOTAVIT ANNOTATIONIBUS
INSTRUXIT

Dr. CORNELIUS WILL.

PRAECEDUNT PROLEGOMENA DE CONTROVERSIARUM INTER GRAECOS ET LATINOS AGITATARUM RATIONE ORIGINE ET USQUE AD XI. SAECULUM PROGRESSU.

LIPSIAE ET MARPURGI
SUMPTIBUS N. G. ELWERTI BIBLIOPOLAE ACADEMICI.
MDCCCLXI.

PARISIIS A. FRANCK. PETROPOLI H. SCHMITZDORFF. ROMAE J. SPITHOEVER.


BIBLIOTHECA BODLEIANA

VIRO MAXIME VENERABILI ET ILLUSTRI

CHRISTOPHORO FLORENTIO

ECCLESIAE FULDENSIS EPISCOPO

ET

VIRO NOBILISSIMO AC DOCTISSIMO


Dr. IUST. TIM. BALTH. A LINDE

PRINCIPIS LIECHTENSTEINENSIS IN CONVENTU CONFOEDERATIONIS GERMANICAE LEGATO

D. D. L. M.

VENERABUNDUS

EDITOR.



PRAEFATIO.

Ex quo ecclesia Christi condita est, nihil fere ei accidit, quod eventuum gravitate comparari possit cum miseranda illa separatione, quae effecit, ut saeculo undecimo ecclesia Graeca a Latina prorsus deficeret. Cujus separationis causas quaerentem fugere non potest, ex quam multis discidiis et vehementibus certaminibus orta sit, quorum vestigia per complura saecula persequi possumus. Mirandum ergo non est, si innumeri scriptores in haec discidia inquisiverunt, diversitates et proprietates utriusque ecclesiae explicare conati sunt multosque libros ediderunt, quibus quae ad hanc separationem pertinent, tractantur.

Nihilominus non supervacaneam futuram esse existimavimus operam, quam in breviter enarrandis et explicandis his discidiis collocavimus, quum nusquam accuratam et uberem omnium earum rerum, quae huc pertinere videntur, enarrationem invenissemus. Studuimus igitur horum discidiorum historiam plerumque ex fontibus ipsis eruere, quorum ipsa verba in locis gravissimis narrationi nostrae intexuimus. Praeter alia recentiorum virorum doctorum scripta saepe *A. Fr. Gfroereri* historia ecclesiastica, prae ceteris autem *C. J. Hefelii* ss. conciliorum historia, quae quidem superiorum et recentiorum studiorum fructus conjungit, diligenter usi sumus. Praeterea autem, quod universorum discidiorum facilem conspectum praebent, prolegomena praecipue hoc consilio conscripsimus, ut explicandis multis rebus, quae in actis et scriptis ipsis breviter significantur, inservirent.

Ipsa autem acta et scripta nostra hucusque nondum in unum corpus redacta, sed dispersa in nonnullis majoribus operibus edita sunt, idque aliae semel, aliae saepius.

Quapropter nostram editionem non modo studiis historicis inservituram esse confidimus, verum etiam speramus eam iis utilem fore, qui, ut plerique clerici multique alii homines litteris exculti, non omni studio has res tractare possunt; nam noster hic liber in medias gravissimas illas contentiones prospectum maxime dilucidum aperit.

Libellus ille, qui prae ceteris in causa fuit, ut rixae et contentiones saeculo undecimo iterum erumperent, ***epistolam*** dico ***Leonis Achridani ad Ioannem Tranensem missam****), usque ad hoc tempus tantummodo in exemplo ab Humberto Latine converso, quod multis locis ab archetypo discrepat, circumferebatur, donec nuperrime vir doctissimus ***I. Hergenroetherus***, st. theologiae dr. et in academia Herbipolitana professor p. o., archetypum Graecum in bibliotheca regia Monacensi reperiret; cujus accuratissimum apographum a se confectum quum vir ille maxime reverendus nobis permiserit, nunc primum a nobis editur. Quare quum hoc scripto archetypo opus nostrum egregie ditaverit ***I. Hergenroetherus***, facere non possumus', quin ei debitas gratias agamus; majores vero etiam illi viro optime merito litterae ipsae, quibus amplificandis strenue incumbit, debebunt et persolvent.

Quod ad verba scriptorum nostrorum ipsa attinet, sciendum est ea multis locis priorum editionum manifesto corrupta esse; quare in iis libellis, qui ex diversis codicibus typis expressi nobis praesto erant, unius exempli lectiones alterius lectionibus supplevimus et correximus; id quod potissimum in iis scriptis factum est, quae in Baronii annalibus eccl. et Canisii thesauro monum. eccl. et hist. extant. Lectiones, quas Cotelerius ex diversis codicibus excerptas partim in margine exhibuit partim annotationibus inseruit, omnes collegimus et in apparatu critico conjunximus.

Diu dubii fuimus, num omnes annotationes, quibus viri docti prioribus saeculis nonnulla scripta, imprimis autem epistolas Graecas instruxerunt, omnes typis repetere conduceret; quamquam autem nonnullae ad res explicandas nihil omnino facere, aliae obsoletae esse videbantur, denique tamen nobis visum est omnes quotquot in superioribus editionibus inveniuntur annotationes, in nostram quoque editionem recipere, ne qui hac uteretur, quidquam in ea desideraret, quod priores exhiberent, neve, quum in aliquo loco haereret, priores illas adire cogeretur.

Interpretationem Latinam libellorum Graece scriptorum qualem in prioribus editionibus reperimus, in universum retinuimus; interdum tamen, ubi vel manifesto falsa vel impolita et inquinata esse videretur, pro nostro arbitrio correximus et Graecis verbis accommodare studuimus.

---

*) Cui epistolae non Michaëlis Cerularii nomen superscribendum esse, sicut hucusque fieri consueverat, demonstravimus infra pag. 15 sqq.

Quod vero ad collocationem singulorum scriptorum attinet, hanc legem secuti sumus, ut potiora et graviora levioribus, in quibus epistolas non inter ipsos Romanos et Constantinopolitanos missas habemus, praeponeremus.

Ut chartae quam emendatissime typis exscriberentur, multum operae dedimus; maximum negotium autem Graecae epistolae nobis facessiverunt, quae, ut praecipue editum pseudosynodi Constantinopolitanae, in editionibus prioribus mendis fere oppletae erant. At ne sic quidem per operarum imperitiam semper licuit, ut omnino a mendis immune opus prodiret. Nec tamen putamus id operi ipsi magno detrimento esse, quum et saepissime minora illa menda sint, quam ut cordatus lector ea moretur; et insuper amicus quidam adolescens id in se receperit, ut quam diligentissime errata typographica colligeret. Denique facere non possumus, quin amicis meis, qui operam suam nobis praestiterunt et bibliothecarum praefectis, qui copiis litterariis benigne dispensatis studia nostra adjuverunt, imprimis viro meritissimo ***Ioanni Friderico Boehmero***, Francofurtensi, et viro doctissimo ***Ernesto Henkio***, Marpurgensi, ex animi sententia quam maximas gratias agamus.

Francofurti ad Moenum.

RERUM IN PROLEGOMENIS EXPOSITARUM INDEX.

percutit. Nicolaus I papa eos, qui ecclesiae student, tueri conatur, quo fit, ut crebrae epistolae inter ipsum imperatorem et Photium mittantur.

XV. Nicolaus I a. 863 Romanam synodum cogit, quae Photio anathematizato Ignatium legitimum patriarcham pronuntiat. Frequentes eaeque acres epistolae inter Orientem et Occidentem mittuntur.

XVI. Synodus a. 867 Constantinopoli habita anathema contra Ignatium renovat. Photius encyclion edit, quod a Nicolao papa vehementer impugnatur. Basilius imperium occupat. Photio iterum ejecto Ignatius in dignitatem restituitur.

XVII. Synodus Romae Photium ejusque asseclas anathemate percutit, id quod ab octavo concilio oecumenico confirmatur. Roma iterum potestatem sibi debitam assecuta erat.

XVIII. Acriter pugnatur inter pontificem Romanum et patriarcham Constantinopolitanum de jurisdictione ecclesiastica in Bulgaria exercenda. Initio Romani superiores sunt, rebus autem Constantinopoli actis Graeci victores fiunt, quamobrem complures deinceps papae vehementissime jnra jua defendere et recuperare student

XIX. Ignatio mortuo Photius iterum fit patriarcha. Concilium Constantinopoli 879 habetur. Basilisco imperatore mortuo, Leo VI, ubi ad imperium pervenit, Photium expellit, qui in monasterio moritur. Controversiae inter clerum Constantinopolitanum. In synodo Constantinopolitana a. 920 habita cladem experiuntur papa aeque atque imperator. Sedes Romana saeculo decimo auctoritate sua in rebus ecclesiae orientalis disceptandis ultimum utitur. Eustathius patriarcha papam Ioannem XIX pecunia corrumpere studet, ut se ei nomine et dignitate aequiparet.

XX. Tempore, quo Leo IX papa a Normannis captus Beneventi moratur, Leo Achridanus ad Ioannem Tranensem litteris datis contraversias excitat. Leo IX fidem Romanam ' tribus epistolis defendit et legationem, cujus princeps erat Humbertus, Constantinopolim mittit. Qui duobus scriptis Graecorum calumnias refellit et Michaëlem Cerularium ejusque asseclas excommunicat. Patriacha pseudosynodo habita Latinos anathematizat. Denique controversiae illae compluribus litteris a Michaële Cerul., Petro Antioch., Dominico Grad. agitantur. Theophylacti libellus et Fragmentum disputationis contra Graecos.

ACTORUM ET SCRIPTORUM SERIES.

PROLEGOMENA.

I.

Ex interna ecclesiae Christianae unitate quum pendeat externa ejus unitas, ita quidem, ut illam haec necessario postulet, factum est, ut jam inde a Christianae religionis primordiis ii, qui novam legem sequebantur, licet in diversis orbis terrarum partibus dispersi essent, tamen fide sacrisque communibus et mutua caritate in artiorem quandam consortionem conjungerentur eamque eo magis tuerentur, quo plures in dies homines, civitates, gentes Christo nomina darent, donec totus fere cultior orbis terrarum Christianam religionem professus una quaedam civitas esse videbatur. Sed tempore progrediente paullatim aliena et veteribus repugnantia placita huic ab apostolis constitutae consociationi obtrudi coeperant; quae reprobavit vetus illa ecclesia, cui in Martyrologio Polycarpi primum καθολική cognomen impositum est, quamque Origines in lib. c. Celsum μεγάλην καὶ πιστὴν vocat; eadem ecclesia auctoris sui promissis nixa permanebat pergebatque unitatem et sacrorum et morum vindicare et sustentare.

Unitatis externae ipsam notionem, quam jam Ignatius et Irenaeus accuratius definiverant, denique Cyprianus absolvit ac perfecit eamque explanans, in libro de cath. eccl. unitate IV: »Hanc ecclesiae unitatem, inquit, qui non tenet, tenere se fidem credit; qui ecclesiae renititur et resistit, in ecclesia se esse confidit, quando et beatus apostolus Paulus hoc idem doceat et sacramentum unitatis ostendat dicens: »»Unum corpus et unus spiritus, una spes vocationis vestrae, unus dominus, una fides, unum baptisma, unus deus««. Quam unitatem tenere firmiter et vindicare debemus, maxime episcopi, qui in ecclesia praesidemus, ut episcopatum quoque ipsum unum atque indivisum probemus. Nemo fraternitatem mendacio fallat, nemo fidei veritatem perfidia praevaricatione corrumpat. Episcopatus unus est, cujus a singulis in solidum pars tenetur. Ecclesia una est, quae in multitudinem latius incremento fecunditatis extenditur; quomodo solis radii multi, sed tamen unum, et rami arboris multi, sed robur unum tenaci radice fundatum: et cum de fonte uno rivi plurimi defluant, numerositas licet diffusa videatur exundantis copiae largitate, unitas tamen servatur in origine. Avelle radium solis a corpore, divisionem lucis unitas non capit; ab arbore frange ramum, fructus germinare non poterit; a fonte praecide rivum, praecisus arescit. Sic et ecclesia domini luce perfusa per totum orbem radios suos porrigit; unum tamen lumen est, quod ubique diffunditur, nec unitas corporis separatur. Ramos suos in universam terram copia ubertatis extendit, profluentes largiter rivos latius pandit; unum tamen caput est, et origo una et una mater fecunditatis successibus copiosa«.

Primum haec Graecae et Latinae ecclesiae concordia *rixis de tempore, quo pascha celebranda esset, motis,* turbata est. Qua in re tres factiones possumus distinguere, quarum

quidem duae *Asiatici* et *Orientales* christianae ecclesiae sunt, *Ebionitica* autem Judaicae legis. Sed eo periculosiores hae controversiae erant, quod non solum ad externas res pertinebant, verum etiam ad ipsius paschae festi naturam et rationem spectabant. Primum ad has controversias componendas inter Ebioniticam et Asiaticam (Joanneam) factionem actum est, quum S. Polycarpus medio saeculo secundo p. Ch. Romam ad papam Anicetum venisset; quamquam autem compositio ipsa non effecta tunc est, tamen pacifice hi duo ecclesiae principes se separaverunt. Utraeque partes quiete in sua consuetudine patria permanserunt.

Iterum hujus controversiae gravitas exarsit a. 196, quo anno christianae partes inter se infestarunt. Victor papa ad multos episcopos litteras dedit hortatus, ut in paschae die definiendo et celebrando Occidentalis ecclesiae consuetudinem et usum sequerentur. Multae etiam synodi, quae tunc habebantur, Romanae ecclesiae consuetudinem ratam habuerunt, imprimis Caesariensis ab episcopo hujus urbis, Theophilo, et a Narcisso Hierosolymitano convocata. Contra Polycrates in sua sede episcopali Ephesi synodum coëgit, in qua magnus episcoporum numerus suam in paschae die celebrando consuetudinem confirmavit. Quo facto Victor Asianis anathema minatus, quo quominus eos feriret, a St. Irenaeo prohibebatur. Quamquam nonnullae ecclesiae Asiae occidentalem ritum sequebantur, tamen Victoris conatus, quibus differentiam in hac re utriusque ecclesiae tollere studebat, irriti fuisse sunt existimandi.

Tertio saeculo complura de paschae tempore constituta sunt, sed ne his quidem consensus in paschali festo celebrando restitutus est, immo etiam alias differentias, quia ad aequinoctium recurrendum erat, excitabant. Synodus Arelatensis a. 314 generalem assensum efficere eo consilio, ut Romanus mos ceteris obtruderetur, conata est, sed quum praevideri posset, nihil perfectum iri in hoc conatu, res ad primam oecumenicam synodum Nicaenam delata est, quae controversiam ita dijudicavit et composuit, ut Romanorum morem probaret*). Nicaenae igitur synodo non solum debetur, quod Arianam haeresim contudit, verum etiam quod in festo maximi momenti celebrando unitatem et concordiam inter Graecam et Latinam ecclesiam restituit.

Quamquam autem haec unitas jam aliis synodis celebrandis frequentique tam episcoporum quam populi Christiani commercio inter se cernebatur, tamen linguae diversitate, ingeniorum morumque discrepantia effectum est, ut theologi Orientis et Occidentis in quibusdam rebus diversam sequerentur viam diversasque proponerent sententias. Quae opinionum theologicarum discrepantia ex dissensionibus singulorum hominum identidem profecta culpaque eorum et mutua ambitione rerumque novandi ac dominandi studiis aucta, deinde tamquam causa defectionis ecclesiae Graecae a Latina praetendebatur; revera autem imbecillitas humana, cupiditates, vanitates Graecorum dissolvebant vinculum. Sic haece ecclesiae inter se abalienatae sunt in quibusdam rebus spectantibus ad constitutionem, disciplinam, cultum et ad dogmaticas differentias, quae potissimum in mutuis negotiis et conciliis propter Eusebianorum (Saec. IV.), Eutychianorum (Saec. V.). Monophysitarum (Saec. VI.), Monotheletarum (Saec. VII.) turbas habitis apparebant, dum Photii haeresi (Saec. IX.) atrocissimae controversiae inde nascerentur, quae Michaële Caerulario auctore (Saec. XI.) separationem reddiderunt perpetuam.

---

*) Hefele Conciliengeschichte Bd. I. p. 309.

II.

Etsi synodus Nicaena ad ecclesiae christianae unitatem confirmandam multum valuisse nobis modo apparuit, tamen illius synodi decreta ad separandam alteram ab altera ecclesia haud minimum contulerunt. *Eusebius* enim, Nicomediae episcopus, postquam cum Theognide, episcopo Nicaeno, quod ab decretis concilii Nicaeni dissentiebant, in exilium missus, deinde autem ab imperatore Constantino revocatus est, doctrinam proposuit, cui ab ipso nomen inditum est *Eusebianae*, quam, quum et Nicaenae synodi effatum de consubstantialiate filii et placitum Arianorum justos fines transgressum esse existimaret, inter utrumque quasi interpositam in *conciliabulo Antiocheno* (341) primum quattuor symbolis exposuit et definivit. Vehementissimus autem Eusebianae doctrinae adversarius extitit *Athanasius*, Alexandriae episcopus, pater orthodoxiae cognominatus. Qui *coacta Tyrum synodo* in exilium ejectus est; deinde per Constantini Minoris litteras Alexandriae restitutus, in Antiocheno denuo nonaginta episcoporum conventu variis confictis criminibus, praesertim quod praeter commune episcoporum decretum ab exilio reversus Alexandrinam ecclessiam invasisset, per summam injuriam episcopatu remotus est. Athanasius cumque eo Paulus, qui e Constantinopolitana sede erat pulsus, compluresque alii episcopi ad Romanam ecclesiam, cui tunc *Julius* pontifex praeerat, confugerunt. Quos ut terreant Ariani (Eusebiani), datis ad Julium litteris ex Antiocheno conciliabulo obsequium ac pietatem simulant; delatoque ad eum totius causae judicio rogant, ut synodum alteram, qua veritas accuratius explicetur, indicat. *Indixit Julius, eosque Romae ad certam diem adesse jussit.* Athanasium autem et socios ejus ut Nicaenae fidei constantissimos defensores in Romanam communionem cooptatos quum viderent, veniendi facultatem se habere negarunt. Qua de causa Julius papa in Synodo a. 342 Romae habita, palam rejectis criminibus, quae falso catholicis episcopis objecta fuerant, tam Athanasium quam socios tota approbante synodo absolvit. Graviter rem tulerunt Ariani, iterumque ad Antiocheni conventus latibula regressi literis contumeliarum plenis et Athanasium et Julium ob usurpatam potestatem dissolvendi, quod ab illa synodo constitutum fuerat, lacerarunt. Quorum audacia, quum in dies graviores tumultus minaretur eo potissimum, quod duabus fidei formulis adversus Nicaenam evulgatis, Julius, ut afflictis rebus consuleret, negotium ad Constantem imperatorem detulit; qui quum Constantio fratri Orientem moderanti, per literas ut synodus cogeretur suasisset, Pontifice cupiente, imperatorum auctoritate *Sardicae,* in Illyrico orientalis urbe, synodus generalis habenda indicitur (344)*). Eo convenerunt episcopi circiter ducenti octoginta ex Occidente et ex Oriente septuaginta sex. Verum Orientales venerationis erga Arium pleni, venturos se in synodi conspectum nisi prius Athanasio ejusque sociis de medio pulsis palam negarunt. Quod quum Sardicenses patres de innocentibus ac sanctissimis viris, jamque in Romanam communionem receptis, constituere abnuerent, Arianosque iterum atque iterum commonuissent, ut e palatio, quo sese abdiderant, prodirent in medium flagitia, quae Athanasio intenderant, probaturi; alioquin ipsos eorum loco habendos esse: illi tam incorruptis judicum subselliis res suas credere non ausi, clam *Philippopolim* in Constantii finibus sitam defugerunt. Ubi nova fidei formula, velut ad explendum quod Nicaenae deesset, edita damnarunt Homousion. (»Similiter et eos qui dicunt tres esse Deos, vel Christum non esse Deum, et ante saecula neque Christum, neque filium eum esse Dei, vel eum ipsum esse Patrem et Filium et Spiritum sanctum, vel innascibilem Filium vel quod neque consilio, neque voluntate Pater genuerit filium, anathematizat sancta et catholica ecclesia«). Adversus Athanasium

*) De Chronologia hujus synodi vide: Hefele, Conciliengeschichte Bd. I. §. 58.

et socios decreta sua confirmarunt, Julium papam, Osium, Cordubae episcopum et synodi praesidem, ceterosque Athanasii fautores anathemate percusserunt et episcopale nomen iis abrogarunt.

Harum rerum indignitate et singulari hominum impudentia commoti Sardicenses patres in eos ut causae desertores, criminatores omnium fidelium et orthodoxae fidei adversarios, justissimum anathema conclamant; Athanasium et socios honorificis judicum sententiis et decretis ornatos suarum iterum jubent ecclesiarum gubernacula capessere, Homousion, Nicaenamque doctrinam ut nullis egentem assumentis, sed numeris omnibus absolutam religiosissimis acclamationibus comprobant; tabellam vero ac novam formulam, quam adversarii finxerant et nomine Synodi Sardicensis ediderant, adulterinam ac supposititiam abrogant atque rescindunt; viginti denique canones Graece ac Latine in communem ecclesiae utilitatem sanciunt. *Canon III.* »Osius episcopus dixit: . . . . Quod si aliquis Episcoporum judicatus fuerit in aliqua causa, et putat se bonam causam habere, ut iterum concilium renovetur; si vobis placet, St. Petri Apostoli memoriam honoremus, ut scribatur ab his, qui causam examinarunt, Julio Romano episcopo, et si judicaverit renovandum esse judicium, renovetur et det judices. Si autem probaverit, talem causam esse, ut non refricentur ea, quae acta sunt, quae decreverit confirmata erunt. Si hoc omnibus placet? Synodus respondit: »Placet«. *Canon IV.* »Gaudentius episcopus dixit: Addendum si placet huic sententiae, quam plenam sanctitate protulisti, ut cum aliquis episcopus depositus fuerit eorum episcoporum judicio, qui in vicinis locis commorantur et proclamaverit, agendum sibi negotium, in urbe Roma; alter episcopus in ejus cathedra, post appellationem ejus, qui videtur esse depositus, omnino non ordinetur, nisi causa fuerit in judicio episcopi Romani determinata. *Canon V.* Osius episcopus dixit: »Placuit autem, ut si episcopus accusatus fuerit, et judicaverint congregati episcopi regionis ipsius, et de gradu suo eum dejecerint; si appellaverit, qui dejectus est, et confugerit ad episcopum Romanae ecclesiae, et voluerit se audiri: si justum putaverit, ut renovetur judicium (vel discussionis examen), scribere his episcopis dignetur, qui in finitima et propinqua provincia sunt, ut ipsi diligenter omnia requirant et juxta fidem veritatis definiant: Quod si is, qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua moverit episcopum Romanum, ut de latere suo presbyterium mittat; erit in potestate episcopi, quid velit et quid aestimet. Et si decreverit mittendos esse, qui praesentes cum episcopis judicent, habentes ejus auctoritatem a quo destinati sunt, erit in suo arbitrio. Si vero crediderit episcopos sufficere, ut nogotio terminum imponant, faciet, quod sapientissimo consilio suo judicaverit!

De omnibus rebus, quae in hoc concilio gestae sunt, diligentissime quum Julius papa, tum reliqui episcopi, tum ecclesia quoque Alexandrina et Constans imperator certiores facti sunt. Constans mox per litteras egit cum fratre Constantio, ut Athanasio et sociis contra fas et jus depulsis reddi ecclesias juberet. Constantius autem, quum Constante fratre per Magnentium occiso (350) rerum potitus esset, fidem Nicaenam Athanasio Alexandria denuo expulso, in Occidente tollere studens effecit, ut illa in conciliis Arelatensi, Mediolanensi, Ariminensi proscriberetur et Athanasius ipse devoveretur; Liberio papa et Orosio episcopo in exilium missis multisque contumeliis in Orthodoxos factis ecclesiae occidentali *symbolum semiarianum* (filium patri esse ὁμοιούσιον) obtrudit. Constantio autem mortuo Athanasiani mirum in modum effloruerunt in Occidente, dum in Oriente inter factiones (Seminarianos et Anomoeos) vehementissime depugnatur. Mortuo imperatore turbae ad summum fastigium ascenderunt. *Julianus Apostata* primo clementia reconciliationem efficere studebat, sed vix Athanasius in concilio Alexandrino quietem restituerat, quum ut seditionis auctor denuo ejectus est. *A Joviano,*

Nicaeni concilii decretorum studioso, revocatus, *Valente* imperatore autem denuo ejectus, post quatuor menses in dignitatem restitutus decessit a. 373.

In controversia igitur episcoporum Orientalium inter se, ad quam dijudicandam Romana quoque ecclesia adducebatur, primum utriusque ecclesiae apertum discidium cernitur, quod sine dubio initium perfectae separationis existimandum est.

III.

Ad dijudicandas has controversias potentia et sollertia *Theodosii I.* imperatoris opus erat. Qui devictis Gothis hanc tulit legem (380): »Cunctos populos, quos Clementiae nostrae regit temperamentum in tali volumus Religione versari, quam Divinum Petrum (Paulum) Apostolum tradidisse Romanis, religio usque nunc ab ipso insinuata declarat quamque Pontificem Damasum sequi claret et Petrum, Alexandriae Episcopum, virum Apostolicae Sanctitatis: Ut secundum Apostolicam disciplinam Evangelicamque doctrinam Patris et Filii et Spiritus sancti unam Deitatem sub parili Majestate et sub pia Trinitate credamus. Hanc legem sequentes Christianorum catholicorum nomen jubemus amplecti, reliquos vero dementes vesanosque judicantes haeretici dogmatis infamiam sustinere; nec conciliabula eorum Ecclesiarum nomen accipere, divina primum vindicta post etiam motus nostri, quem ex coelesti arbitrio sumpserimus ultione plectendos. Dat. III. Kal. Mart. Thessal. Gratiano V. et Theodosio I. AA. coss.« (Theodosii M. edictum de fide Catholica in Cod. Theod. XVI. 2).

Kal. Aug. Heraclea Theodosius M. hanc alteram edixit constitutionem de fide Catholica: »Episcopis tradi omnes ecclesias mox jubemus, qui unius majestatis atque virtutis Patrem et Filium et Spiritum sanctum confitentur, ejusdem gloriae, claritatis unius; nihil dissonum profana divisione facientes sed Trinitatis ordinem, personarum adsertionem, et divinitatis unitatem.... Omnes autem, qui ab eorum quos commemoratio specialis expressit, fidei communione dissentiunt, ut manifestos haereticos ab Ecclesiis expelli, neque his penitus posthac obtinendarum Ecclesiarum Pontificum facultatemque permitti, ut verae ac Nicaenae fidei sacerdotia casta permaneant nec post evidentem praecepti nostri formam malignae locus detur astutiae«.

Ante d. VIII. Kal. Dec. *Theodosius Constantinopolim ingressus initio anni 381 concilium centum quinquaginta episcoporum eo convocavit.* Hoc concilium, quod fuit oecumenicum secundum, symbolo Nicaeno confirmato addidamenta contra haereses recentes adjunxit. De filii cum patre consubstantialitate hanc edidit fidei formulam: »Et in unum dominum Jesum Christum, filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia saecula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero: natum non factum, *homousion Patri* hoc est, ejusdem cum Patre substantiae, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de coelis et incarnatus est ex Spiritu sancto, ex Maria virgine et homo factus est« etc. etc.

Valentinianus imperator ab Justina matre adductus Arianos, quamquam primo canone concilii damnati erant, nonnullos annos in Occidente incolumes permanere concessit, postea autem, quum a Maximo expulsus apud Theodosium moraretur, eos opprimi permisit. Ultima eorum vestigia in imperio Romano Theodosii II. lex anno 428 promulgata, ostendit.

Dissensiones inter Orientem et Occidentem, potissimum Graecorum *ambitionibus et dominandi cupiditatibus* auctae, in *concilio Constantinopolitano oecumenico secundo* (381) ad summum surrexerunt fastigium, quum illius urbis episcopis, quia apud imperatorem summa

gratia valebant et per synodum in aula imperatoris perpetuo congregatam (σύνοδος ἐνδημοῦσα) ad res extra dioecesin agendas multum conferebant, *priores honoris secundum episcopum Romanum partes decretae essent* (Can. III. Τὸν μέντοι Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον ἔχειν τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς μετὰ τὸν τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπον, διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν νέαν Ῥώμην). Hic Romani pontificis prae ceteris episcopis principatus jam edicto imperatoris *Gratiani*, quod is petente Romano concilio a. 378 promulgaverat, his verbis aperte erat pronuntiatus: »Volumus autem, ut quicunque judicio Damasi, quod ille cum consilio quinque vel septem habuerit Episcoporum, vel eorum, qui catholici sunt judicio vel consilio condemnatus fuerit, si injuste Ecclesiam voluerit retentare, ut qui evocatus ad sacerdotale judicium per contumaciam non ivisset, aut ab illustribus viris Praefectis praetorio Galliae atque Italiae, sive a Proconsulibus vel Vicariis, auctoritate adhibita, ad Episcopale judicium remittatur, ut ad urbem Romam sub prosecutione perveniat, aut si in longinquioribus partibus alicujus ferocitas talis emerserit, omnis ejus causae dictio ad Metropolitae in eadem provincia Episcopi deducatur examen, vel si ipse Metropolitanus est, Romam necessario vel ad eos quos Romanus episcopus judices dederit, sine dilatione contendat«.

Magis etiam jus Pontificis Romani amplificatum est edicto imperatoris *Valentiniani III.* (445): »Quum igitur sedis apostolicae primatum S. Petri meritum, qui princeps est episcopalis coronae, et Romanae dignitas civitatis, sacrae etiam Synodi (Sardicensis) firmarit auctoritas, ne quid praeter auctoritatem sedis istius illicita praesumptio attentare nitatur. Tunc enim demum ecclesiarum pax ubique servabitur, si rectorem suum agnoscat universitas.... Sed hoc illis omnibusque pro lege sit, quidquid sanxit vel sanxerit apostolicae sedis auctoritas, ita ut, quisquis episcoporum ad judicium Romani antistitis evocatus venire neglexerit, per moderatorem ejusdem provinciae adesse cogatur, per omnia servatis, quae divi parentes nostri Romanae ecclesiae detulerunt«.

IV.

Eventu synodi Constantinopolitanae oecumenicae secundae non contenti illius urbis episcopi potestatem suam etiam in finitimas dioeceses Asiam (Ephesum) et Pontum (Caesaream) extendere studebant. Initio quidem iis resistebatur, in *concilio* autem *Chalcedonensi* (451), in quo *haeresis Eutychis* (profitentis: »ὁμολογῶ ἐκ δύω φύσεων γεγενῆσθαι τὸν κύριον ἡμῶν πρὸ τῆς ἑνώσεως· μετὰ δὲ τὴν ἕνωσιν μίαν φύσιν ὁμολογῶ«), quae in *concilio latrocinio Ephesino* (449) victoriam reportaverat, damnata hujusque studiosissimus assecla, Dioscorus, Alexandriae episcopus, munere remotus est, haec decreta edita sunt:

»*Canon IX.* Si autem cum ipsius provinciae metropolitano episcopus vel clericus controversiam habeat, deoecesis exarchum adeat, vel imperialis urbis Constantinopolis thronum et apud eum litiget. *Canon XVII.* Si quis autem injuria afficiatur a proprio metropolitano, apud exarchum dioecesis, vel Constantinopolitanam sedem litiget, sicut prius dictum est. Sin autem etiam civitas aliqua ab imperatoria auctoritate innovata est, vel deinceps innovata fuerit, civiles et publicas formas ecclesiasticarum quoque parrochiarum ordo consequatur. *Canon XXVIII.* Sanctorum patrum decreta ubique sequentes et canonem, qui nuper lectus est, centum et quinquaginta Dei amantissimorum episcoporum agnoscentes (Conc. Constant.) eadem quoque et nos decernimus ac statuimus de privilegiis, sanctissimae ecclesiae Constantinopolis novae Romae. Etenim antiquae Romae throno quod urbs illa imperaret, jure patres privilegia tribuerunt. Et

eadem consideratione moti centum quinquaginta Dei amantissimi episcopi sanctissimo novae Romae throno aequalia privilegia tribuerunt recte judicantes, urbem quae et imperio et senatu honorata sit, et aequalibus cum antiquissima regina Roma privilegiis fruatur, etiam in rebus ecclesiasticis non secus ac illam, extolli ac magnifieri, secundam post illam existentem; ut et Ponticae et Asianae et Thraciae dioecesis Metropolitani soli, praeterea episcopi praedictarum dioecesum, quae sunt inter barbaros, a praedicto throno sanctissimae Constantinopolitanae ecclesiae, ordinentur: uno quoque scilicet praedictarum dioecesum metropolitano cum provinciae episcopis, provinciae episcopos ordinante, quemadmodum divinis canonibus est traditum. Ordinari autem, sicut dictum est, praedictarum dioecesum metropolitanos a Constantinopolitano archiepiscopo, convenientibus de more factis electionibus, et ad ipsum relatis«.

Sessioni decimae quintae (pridie Kal. Nov.) in qua Canones compositi sunt, legati papae Leonis M. quum non interfuissent decretis subdole factis publice reclamarunt. Sequenti igitur die sacro instaurato consessu, legati sedis Apostolicae coram judicibus his verbis conquesti sunt: »Hesterno die postquam potestas vestra surrexit et humilitas nostra vestigia vestra secuta est, quaedam Gesta facta dicuntur, quae nos et praeter canones ecclesiasticos existimamus effecta. Poscimus ergo, ut vestra magnificentia relegi haec praecipiat, ut omnis fraternitas inspiciat, utrum justa, an injusta sint, ea quae gesta sunt«. Jussum itaque est decretum pridie ejus diei sancitum legi; postea Lucentius, sedis Apostolicae Vicarius, episcopos hortatus est, ut perpenderent, qua fraude usi legatos sedis Romanae a subscriptione canonum modo prolatorum prohibuissent? Ubi haec Lucentius locutus est, petiti sunt legati edere, quod haberent mandatum a Leone Pontifice; protulit illud Bonifacius, quod sic se habet: »Sanctorum quoque Patrum constitutionem prolatam nulla patiamini temeritate violari, servantes omnimodis personae nostrae in vobis, quos vice nostra transmisimus, dignitatem. Ac si qui forte civitatum suarum splendore confisi, aliquid sibi tentaverint usurpare, hoc qua dignum est constantia retundatis«. Post haec judices jusserunt, ab utraque parte edi canones, quibus sua ipsorum jura stabilirentur. Recitavit Paschasinus legatus canonem Nicaenum quintum de dioecesum distinctione, cujus illud habetur exordium: »Quod ecclesia Romana semper habuit Primatum«. Tumque secuta est lectio canonis concilii Constantinopolitani de privilegiis ecclesiae illius urbis, in quibus, quod supra retulimus, episcopatum Constantinopolitanum habere Primatus honorem post Romanum episcopum propterea, quod sit nova Roma, continetur. Hoc privilegio sedis Constantinopolitanae ab episcopis synodi denuo firmato, Lucentius legatus his verbis se opposuit: »Sedes Apostolica, quae nobis praecepit praesentibus, humiliari non debet. Et ideo quaecunque in praejudicium canonum vel regularum hesterna die gesta sunt, nobis absentibus, sublimitatem vestram petimus ut circumduci (circumcidi) jubeatis; sin alias contradictio nostra his Gestis inhaereat, ut noverimus quid Apostolico viro universalis ecclesiae Papae referre debeamus; ut ipse aut de suae sedis injuria, aut de canonum eversione possit ferre sententiam«. Absolutis his rebus propositis eadem sancta synodus Synodalia Acta misit ad Leonem papam adjecta epistola, quae de cunctis rebus in synodo pertractatis, referebat, et in qua praeter alia hae blanditiae erant scriptae: »Confirmavimus autem et centum quinquaginta sanctorum Patrum, qui in Constantinopoli congregati sunt, regulam sub piae memoriae Theodosio; quae praecepit, post vestram sanctissimam et Apostolicam sedem, honorem habere Constantinopolitanam, quae secunda est ordinata. Confidentes, quia lucente apud vos Apostolico radio et usque ad Constantinopolitanorum Ecclesiam consuete gubernando illum spargentes, hunc saepius expanditis, eo quod absque invidia consueveritis vestrorum bonorum participatione ditare domesticos. Quae

igitur definivimus, ad interemptionem quidem totius confusionis, confirmationem verae Ecclesiasticae ordinatonis definivimus. Haec sicut propria et amica et ad decorem convenientissima dignare complecti, sanctissime et beatissime pater. Qui enim locum vestrae sanctitatis obtinent sanctissimi episcopi Paschasinus et Lucentius, et qui cum eis est reverendissimus presbyter Bonifacius, iis ita constitutis vehementer resistere tentaverunt; *procul dubio a vestra providentia inchoari hoc bonum volentes, ut sicut fidei, sic bonae ordinationis vobis deputetur effectus«* etc. etc.

Pervenerunt inter haec Romam ad S. Leonem papam legati missi Constantinopoli cum litteris *Anatolii*, illius urbis episcopi, et Imperatoris atque Pulcheriae Augustae, Lucianus Episcopus et Basilius diaconus, prosecuturi causam primatus sedis Constantinopolitanae, clanculo in Synodo decreti, rogaturique ut ipse Pontifex praeberet assensum. His susceptis ad Anatolium rescribens vehementer eum papa objurgavit, quod illicita tentasset et sanctissimas Nicaenorum canonum constitutiones infringere conaretur. »Tanquam, dicit, opportune se tibi hoc tempus obtulerit, quo secundi honoris privilegium sedes Alexandrina perdiderit, et Antiochena Ecclesia proprietatem tertiae dignitatis amiserit, ut his locis juri tuo subditis, omnes Metropolitani episcopi proprio honore priventur.... Manentibus terminis, quos constituerunt patres (Concilium Nicaenum), nemo in jus tendat alienum; sed intra fines proprios atque legitimos, prout quis voluerit in latitudine se caritatis exerceat, cujus satis uberes fructus Constantinopolitanus potest Antistes acquirere, si magis humilitatis virtute nitatur, quam si spiritu ambitionis infletur. Noli frater altum sapere, sed time, et Christianissimorum Principum piissimas aures improbis petitionibus inquietare desiste; quibus certum habeo modestia te magis quam elatione placiturum.... »Haec tibi scribens, frater, in Domino hortor ac moneo, ut deposito ambitionis desiderio, spiritu potius ferveas caritatis« etc. etc.

Eodem quoque die, quo data est haec epistola, Leo papa ex eadem causa *ad Marcianum imperatorem scripsit epistolam,* in qua post congratulationem de propulsata una cum haereticis haeresi, et fide Catholica stabilita de ambitiosa Anatolii temeraria praesumptione queritur. *In epistola ad Pulcheriam Augustam* quoque rescindit Leo decretum Chalcedone factum de primatu sedis Constantinopolitanae.

Anatolius autem, qui interea nullo modo remissior vel mitior fieri potuit majori jam arrogantia in Leonem papam invectus est, non quidem palam ad eum rescribens defensionem, vel excusationem aliquam, sed fraudulenter occultans illius ad se scriptas epistolas, coepit rumores spargere in vulgus de sanctissimo Papa, ipsum respuisse Synodum Chalcedonensem. Ad nonnulla alia etiam illud adjecit, ut Archidiaconum Constantinopolitanae ecclesiae *Aëtium,* quem sciret esse Romani Pontificis studiosum, e gradu deponeret sub praetextu majoris honoris et in locum ejus subrogaret *Andream,* qui tanquam haereticus antea ejectus erat.

His autem de omnibus, quum per fideles nuntios Leo certior factus esset, calumniam de Concilio Chalcedonensi non recepto in vulgus sparsam abolere studens, *litteras ad Episcopos omnes dedit, qui ad illud Concilium convenerant,* in quibus profitetur praeter illa quae ad fidei decretum pertineant, nihil de Chalcedonensi Concilio se recipere. Eadem de re scripsit quoque *litteras ad Marcianum imperatorem et Pulcheriam Augustam* atque de causa Aëtii Archidiaconi e gradu amoti haudquaquam silendum putavit. Anatolium ipsum ita perstrinxit, ut, nisi Catholica communicatione omnino carere vellet, Aëtium in pristinum gradum restitueret. Quo factum est, ut Andreas Archidiaconi munere removeretur, et ut Anatolius in epistola anno sequenti (454) ad Leonem missa ipse commemorat, in pristinam dignitatem rediret Aëtius.

Leonis apostolica vigilantia et pastoralis cura luculentissime apparuit in capiendis duobus his sapientissimis consiliis; Julianum enim, Coënsem episcopum, acta concilii Chalcedonensis ex archetypo quam fidelissime describere atque in Latinum sermonem transferre jussit eumque paullo post vicarium sedis apostolicae (is omnino primus omnium hujusmodi praefecturam suscepit) Constantinopolim misit, quum inter alia ei hoc mandaret: »Hac speciali cura vice mea functus utaris, ne haeresis Nestoriana vel Eutychiana in aliqua parte revirescat: quia in episcopo Constantinopolitano catholicus vigor non est, nec multum aut pro sacramento salutis humanae aut pro sua aestimatione sollicitus«.

Sed ne hac quidem legatione papa effecit, ut res magis ex ipsius sententia et ex sedis apostolicae usu gererentur. Anatolius enim imperatore auctore, quem papa identidem literis adierat, ad Leonem epistolam dedit, in qua inimicitiarum cum Aëtio gestarum rationem reddidit, id autem, de quo maxime agebatur, privilegium sedis Constantinopolitanae nuper receptum paucissimis verbis et maxima dexteritate tractat, quin etiam concedit, quod synodus atque imperator declaraverant, hoc privilegium ita demum valere, ut a papa confirmatum esset*). Revera Graeci per longum tempus non amplius ad XXVIII canonem provocabant, eumque etiam ex collectionibus ejecerunt, sed quum Anatolius jura illo canone sibi concessa tamen exerceret, Leo orthodoxiam patriarchae apud imperatorem in suspicionem adducere non desistens perpetuo contra sedis Constantinopolitanae privilegium et honorum amplificationem obnitebatur; sed omnibus ejus contentionibus ad irritum redactis Anatolius usque ad vitae finem in dignitate permansit, discidiumque, quod ex concilio Chalcedonensi Orientalem ecclesiam ab Occidentali abalienaverat, tolli jam non poterat.

V.

Summopere intererat patriarchae Constantinopolitani, ut decreta concilii Chalcedonensis severe servarentur, unumque decretum etiam papa exhauriri cupiebat, quo facilius Orientales haeretici opprimerentur. Hi erant potissimum *Eutychiani et Monophysitae;* sic enim appellati sunt ab adversariis Alexandrini, qui divinam in Christo naturam illam quidem praedicabant, ita tamen, ut ab Eutychianis in concilio Chalcedonensi damnatis stare nollent. Qua in re utrosque contra Alexandrinos et Antiochenos, quorum jura et dogmaticae sententiae a concilio Chalcedonensi graviter violatae erant, stare oportebat. Brevi enim post res ad pugnam venit, quum *Theodosius,* monachus Palaestinensis, qui Chalcedone acriter pro Eutyche pugnaverat, paullo post finitum concilium Hierosolyma profectus esset ibique adjutrice Eudocia, vidua imperatoris Theodosii II, vehementem seditionem movisset. Quo factum est, ut Juvenalis illius urbis patriarcha, quoniam Chalcedone ab Eutychianorum secta defecerat, dignitate spoliaretur. Theodosius archiepiscopus factus crudelissime in adversarios saevivit, donec anno 453 persecutioni imperatoris fuga se subduceret. Tum Juvenalis victor in sedem suam rediit. Periculosior seditio fuit Aegyptiorum, a quibus in locum *Dioscori,* Chalcedone a munere remoti, *Proterius* patriarcha subrogatus est. Extemplo vulgus ad factionem imperatoris aggrediendam concurrit, sed Proterius magna armatorum vi defensus, dignitatem suam retinuit. In synodo, quam habuit, statutum est, ut decreta concilii Chalcedonensis et synodi oecumenicae secundae Constantinopolitanae subscriberentur. Principes adversariorum *Timotheus* cognomine *Aelurus*

*) Hefele, Conciliengeschichte Bd. II. p. 543.

(Αἴλουρος) et *Petrus* cognomine *Mongus* (Μογγός) damnati sunt; Dioscori nomen ex diptychis expunctum est.

Antiochiae quoque novae res movebantur, sed tranquillitas a *Maximo* patriarcha facile restituta est; qui quum Leonem papam literis adiisset, hoc ab eo tulit responsum: »Illud quoque dilectionem tuam convenit praecavere, ut praeter eos, qui sunt Domini sacerdotes, nullus sibi jus docendi et praedicandi audeat vindicare, sive sit ille monachus [hoc spectat ad Nestorium et Eutychem], sive sit laïcus, qui alicujus scientiae nomine glorietur. Quia, etsi optandum est, ut omnes ecclesiae filii quae recta et sana sunt sapiant, non tamen permittendum est, ut quisquam extra sacerdotalem ordinem constitutus gradum sibi praedicatoris adsumat; cum in Ecclesia Dei omnia ordinata esse conveniat, ut in uno Christi corpore et excellentiora membra suum officium impleant et inferiora superioribus non resultent«.

Initio anni 457 mortuo imperatore Marciano seditiones, quae modo extinctae erant, vehementissimae rursus conflatae sunt. In Aegypto Aelurus, quum subito ex latibulis procurrisset, varia fortuna usus et copia vulgi et monachorum adjutus rerum potitus est. Proterio horrendum in modum occiso Aelurus maxima crudelitate contra adversarios saeviit, Leonem papam, Basilium patriarcham Antiochenum et Anatolium Constantinopolitanum devovit. Marcianum in imperio excepit *Leo Thrax,* qui quidem ad servanda decreta Chalcedonensia pronum se praebuit, sed adversariis eorum obsistere ausus non est; tum demum quum omnes clerici et monachi ipsi Aelurum et ejus socios epistola encyclica per omnes provincias missa reprobassent, in eum saeve invectus est et, eo a. 460 expulso, in ejus locum *Timotheus Salophacialos* successit; in Anatolii munus, qui mortuus erat, *Gennadius; uterque Leonis papae et ejus successoris, Hilarii, itemque imperatoris amicitia et benevolentia usus est.*

Sub finem demum imperii Leonis I. controversiae ecclesiasticae aulicorum dolis et fraudibus resuscitabantur, quum illius gener, *Zeno* Isauricus, ut *Asparis,* summi ducis, auctoritatem deleret, ad Monophysitarum sectam transiisset et conatus *Petri* monachi, cognomine *Fullonis*, qui decreta concilii Chalcedonensis tollere omnibus viribus nitebatur, adjuvaret et sublevaret. Et Petrus quidem sede patriarchali Antiochena potitus demum imperatoris jussu hac dignitate se abdicavit, eo consilio, ut in monasterio clam opportuniora tempora expectaret. Aspare autem anno 471 imperatoris mandatu occiso, Zeno ab Monophysitarum societate se avertit. Eodem anno mortuus quoque est Gennadius, atque in ejus locum *Acacius* successit. Exinde usque ad obitum imperatoris Leonis (a. 474) ecclesiae tranquillitas non amplius turbata est. Is nepotem suum *Leonem II.* successorem imperii nominaverat, sed pater ejus, *Zeno,* quum initio tutelam gessisset, paullo post occupavit imperium; brevi tempore interjecto filius mortuus est. Novus imperator decreta concilii Chalcedonensis sustentavit illa quidem, sed brevi post in tantam omnium contemptionem incurrit, ut frater viduae Leonis I. *Basiliscus* non difficulter eum jam anno 475 pelleret. Idcirco Zeno rursus ad Monophysitas confugit et in Isauriam profectus est. Subito rebus prorsus mutatis totus Oriens Monophysitarum doctrinam amplexus est; Aelurus iterum sedem patriarchalem Alexandrinam occupavit, cumque eo etiam Petrus Mongus revertit et Antiochiae Petrus Fullo non sine acribus pugnis sede patriarchali rursus potitus est. Suasoribus Monophysitis *imperator encyclion ad omnes Orientis episcopos misit,* quo saevissimas poenas minatus iis praecepit, ut concilium Chalcedonense et Leonis Magni papae literas ad Flavianum, episcopum Constantinopolitanum contra Eutychianam doctrinam directas damnarent; quibus circiter quingenti episcopi subscripserunt, excepto Acacio Constantinopolitano patriarcha.

In hac controversia minus de dogmatis quam de potestate imperandi litigatum esse, inde facile intelligimus, quod Aelurus, simulac potentiam nactus est, nihil antiquius habuit, quam ut Asiaticas dioeceses a potestate patriarchae Constantinopolitani liberaret. Primum Aelurus Paulum episcopum Ephesium, quem Acacius munere removerat, quod ab ipso consecrationem non petiverat, in pristinam dignitatem restituit, similemque in modum Caesareae videtur egisse. Hierosolymis patriarcha Chalcedonensis concilii decretis addictus a Gerontio Monophysita pulsus est.

His rebus obstiterunt *Simplicius papa* complures mittens litteras ad imperatorem, et praecipue *Acacius* patriarcha, ad quem maxime res pertinebant; nec preces, minae, promissiones sententiam ejus labefactare poterant et quum a vulgo firmiter adjuvaretur, seditio mota est, qua adductus *Basiliscus* imperator in villam confugit quumque *Zeno* quoque cum exercitu advenisset, in retractando encyclio salutem quaesivit; at *Zeno* exultans et triumphans Constantinopolim ingressus et rerum potitus est; Basiliscus captus in Cappadociam abductus cum suis fame periit. In dies inde turbae civiles et dogmaticae controversiae augebantur; perfidia, fraudes, proditiones in divinis et humanis rebus vigebant.

Zeno, ut primum imperio potitus est, legem promulgavit, qua omnia sustulit et irrita esse jussit, quae sub crudeli Basilisci imperio et contra fidem libertatemque ecclesiae constituta erant. Paulus Ephesius et Petrus Fullo, Antiochenus patriarcha, muneribus suis remoti sunt, Aelurus venenum sumpsit et paulo post Mongus patriarchalem sedem occupavit, sed eo expulso Timotheus in dignitatem patriarchalem restitutus est.

VI.

Timotheo Alexandrino patriarcha mortuo quum unanimi consensu *Talaja* presbyter successor ejus creatus esset (482), contra morem et usum Acacium Constantinopolitanum patriarcham de electione sua certiorem facere neglexit, Simplicio vero papae atque Calandioni, patriarchae Antiocheno, cujus electionem pontifex Romanus litteris propriis missis ratam habuit, nuntiavit, se ad illam dignitatem evectum esse; factionem quoque, cujus caput *Illus* dux fuit, quaeque in aula imperatoris Acacium auctoritate spoliare studebat, sectatus est. *Acacius* igitur, undique ab hostibus circumventus, ut se servaret, ab ea factione, cujus princeps tam diu fuerat, defecit; civilis potentiae, quam exercebat, retinendae causa non dubitabat, sententias suas theologicas deserere, et Monophysitarum, quorum antea adversarius fuerat, doctrinam amplecti. Primo Petrum Mongum, qui tertio sedem Alexandrinam occupaverat, adjuvit, et tum *Zenoni* imperatori persuasit, ut illam dogmaticam pacis legem ederet (482), quod *Henoticon* vocatum est: »Nam confitemur unigenitum dei filium dominum nostrum Jesum Christum vere incarnatum esse, consubstantialem Patri secundum divinitatem, secundum humanitatem nobis consubstantialem descendisse de coelo, carnem suscepisse a spiritu sancto et Maria virgine deipara, *unum esse non duo.* Unius enim esse et miracula, quae edidit, et passiones quas in carne sustinuit. Eos autem, qui eum dividunt, aut naturas ejus confundunt, aut carnem suscepisse imaginariam introducunt, omnino rejicimus. Quippe incarnatio sine labe peccati ex deipara re vera facta, accessionem alterius filii non effecit. Nam manet Trinitas, etiam cum una Trinitatis persona, nempe Deus verbum incarnata fit. Quare quum exploratum habeamus, quum omnes ubique sanctas et orthodoxas ecclesias, tum earum praesides Deo carissimos, tum nostrum imperium, nullum aliud symbolum, aliamve fidei decisionem, praeter symbolum de quo

sumus modo locuti [Nicaeno-Constantinopolitanum], vel admisisse vel admittere velle; absque ulla haesitatione nos ad concordiam reducamus. Ista quidem certo vobis scripsimus, non ut novaremus fidem, sed ut vobis de fide penitus persuaderemus. Cuique autem, qui aliud quiddam vel senserit vel sentiat, seu jam seu alias seu in concilio Chalcedonensi seu in alio quovis concilio, anathema indicimus, maxime vero omnium Nestorio, Eutychi, et illorum doctrinae fautoribus«.

Plerique Orientis episcopi huic legi subscripserunt, primus Petrus Mongus, cui praemium sedis patriarchalis Alexandrinae confirmatio concessa est, deinde Petrus Fullo, qui loco Calandionis expulsi patriarcha Antiochenus factus est. *Talaja, munere suo orbatus, ut ad sedem apostolicam provocaret, Romam se contulit;* papa, qui Occidentali imperio everso, imperatorem orientalem non amplius sibi curandum esse putabat, ejus precibus benigne annuens, a communione ecclesiae cum Monophysitis ineunda vehementer abhorruit. Simplicio papa 483 mortuo, *Felix III.* id, quod inceperat decessor, continuans legatos Constantinopolim misit, qui quum minis, promissionibus, largitionibus permoti voluntati Acacii obsecuti essent, id quod a papa spectatum erat, consecuti non sunt; *Felix his de rebus celeriter edoctus concilium convocavit, quod quum legatos Romam reversos tum Acacium proscripsit.* Felix praeterea ad Acacium literas dedit, quibus exeuntibus haec perscripta sunt: »Habe ergo cum his, quos libenter amplecteris, portionem ex sententia praesenti, quam per tuae tibi direximus ecclesiae defensorem, sacerdotali honore et communione catholica, nec non etiam a fidelium munere segregatus; sublatum tibi nomen et munus ministerii sacerdotalis agnosce, S. Spiritus judicio et apostolica auctoriate damnatus, *numquamque anathematis vinculis exeundus«. Schisma per XXXV annos duravit* (484—519).

Interea Orientales inter se acerbissime litigantes in quattuor partes discedebant, quum interim principes priorum certaminum, Petrus Fullo, Acacius, Mongus mortui essent. Tum novus Constantinopolitanus patriarcha *Flavita* communionem ecclesiasticam cum Romanis restituere tentavit; sed frustra, quum papae postulanti, *ut Acacii et Mongi nomina ex diptychis tolleret,* non obsequeretur.

Anno 491 imperatore Zenone mortuo *Anastasius* successit, qui Henoticon sequebatur; hujus capiti coronam imperatoriam imponere *Euphemius,* patriarcha Constantinopolitanus, pertinaciter recusavit, donec se literis datis obstrinxisset et fidem fecisset, se nihil contra ecclesiam Constantinopolitanam moliturum esse. Euphemius ejusque successor *Macedonius* iterum cum sede Romana societatem inire tentaverunt, primum ille cum *Gelasio,* Pontifice Maximo, hic cum *Symmacho* Pontifice Maximo, sed hi conatus ad irritum redacti sunt ob conditionem repudiatam, quam eandem jam *Felix III.* proposuerat. Quo facto pugna XVII annorum orta est inter patriarcham Constantinopolitanum, qui, quod non est mirandum, concilii Chalcedonensis decreta observari volebat, et inter imperatorem Anastasium. Macedonius patriarchas Antiochiae et Hierosolymorum ad suas partes traxit, sed variis fortunae casibus atrocibusque proeliis factis defensores concilii Chalcedonensis succubuerunt. Tum *Vitaliano,* Asparis ducis nepote, cum LX milibus hominum Constantinopolim profecto, multa atrocia, sed ancipitia proelia commissa sunt; duobus autem annis post Vitalianus, arma deposuit hac conditione, ut summum belli imperium acciperet, oppressi Chalcedonenses in jura sua restituerentur et cum papa pax ecclesiastica fieret. *Anastasius ab Hormisda papa petiit, ut concitatos animos placaret et concilium oecumenicum Heracleam convocaret;* hoc vero perfectum non est, quia tranquillitate restituta imperator Chalcedonenses persequi pergebat nec, quamquam a papae legatis monitus, desistebat.

VII.

Anastasio anno 518 mortuo nec herede relicto complures imperium ambierunt, ex quibus *Justinus Illyricus* (518—527) praefectus praetorio, imperium nactus est.

Die dominico post creationem Justini intrante patriarcha *Ioanne* in ecclesiam totus populus una voce inter alia vocitavit: »Multi anni patriarchae novi Ioannis; multi anni digni Trinitatis. Justine Auguste vincas. Multi anni Augusto. Reliquias Macedonii ecclesiae restitue. In iis semper vinces. Euphemii et Macedonii nomina modo ordinentur ad perfectam ordinationem ecclesiae. Falsos testes Macedonii ejice foras. Quattuor synodos diptychis. Leonem episcopum Romanum diptychis. Sancta Maria dei genitrix est: hoc synodus dixit« etc. etc.

Perseverantibus his vocibus haec respondit patriarcha: »Quod omne studium posuerimus complacere vobis et inscandalizatos vos conservare, clare cognoscitis. Sed quoniam omnia canonice et bono ordine fieri oportet, permittite nos congregare deo amantissimos episcopos, ut secundum divinos canones omnia proveniant, consilioque et jussu piissimi imperatoris nostri«.

Tum Ioannes acclamationibus populi permanentibus sanctas quattuor synodos, i. e. Nicaenam, Constantinopolitanam, Ephesinam, Chalcedonensem in diptycha referri jussit. Quum autem quae in magna ecclesia tumultuarie facta essent minus legitime ex forma a sacris legibus praescripta esse viderentur, ut eadem rite et more majorum in conventu patrum agerentur, Ioannes patriarcha procuravit. Sic igitur post quattuor dies *synodus Constantinopoli* eorum episcoporum coacta est, qui ibi reperiri, vel qui proxime degentes cito vocari potuerunt, numero quadraginta. In ea synodo decreta, quae patriarcha populo poscente jam ediderat, comprobata sunt. Ioannes de his decretis certiores reddendos curavit imperatorem atque omnes Orientis episcopos, ad quos ergo una cum synodalibus literis tum relationem rerum gestarum in magna ecclesia, tum quae in synodo definita essent, misit. His acceptis Justinus imperator edictum promulgavit, quo omnibus exulibus fidei causa sub Anastasio condemnatis ad patrios lares postliminio redire pristinosque gradus atque honores recipere licebat; subrogati vero in ipsorum locum haeretici procul pelli, aliisque poenis exagitari jussit. Ad Hormisdam papam de creatione sua literas dedit et paullo post responso accepto de pace in ecclesiis concilianda legatos Romam misit. Postquam utrinque, praesertim a privigno imperatoris *Justiniano,* qui jam tunc auctoritate multum valebat, literae datae sunt, Hormisdas papa, quamquam ipsius praesentia quaerebatur, legationem Constantinopolim misit. Legatis admonitione iterum iterumque inculcatum est, ne transversum unguem a mandatis recederent.

Acceperunt etiam legati ab Hormisda libellum professionis catholicae fidei, quo probarentur qui vere se esse catholicos dicerent, ut secundum formam illam fidei professionem ederent. Is libellus ita se habet: »Prima salus est rectae fidei regulam custodire et a patrum traditione nullatenus deviare; quia non potest Domini nostri Jesu Christi praetermitti sententia dicentis: »»*Tu es Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam*««. Haec, quae dicta sunt, rerum probantur effectibus, quia in sede Apostolica inviolabilis semper catholica custoditur religio. De hac igitur fide non cadere cupientes et patrum sequentes in omnibus constituta: anathematizamus omnes haereses, praecipue vero Nestorium haereticum, qui quondam Constantinopolitanae urbis episcopus damnatus in concilio Ephesino a beato Coelestino papa urbis Romae et a venerabili viro Cyrillo episcopo Alexandrinae civitatis; et una cum illo anathematizamus Eutychetem et Dioscorum Alexandrinae civitatis episcopum, damnatos in sancta Synodo Chalcedonensi, quam venerantes sequimur et amplectimur, quae sequens S. Synodum Nicaenam

Apostolicam fidem praedicavit. His conjungentes Timotheum parricidam, Aelurum cognominatum, anathematizamus et hujus discipulum et sequacem in omnibus Petrum Alexandrinum similiter condemnantes. Anathematizamus similiter Acacium quondam Constantinopolitanae urbis episcopum, complicem eorum et sequacem factum nec non et perseverantes eorum communioni et participationi. Hanc postremam sententiam Euphemium et Macedonium ferire, satis dilucide inde apparet, quod, quum in libello nominati non essent, tamen cum Acacio e diptychis expungebantur. Idem accidit Zenoni et Anastasio imperatoribus.

Patriarcha et praesentes episcopi postquam libello subscripserunt, in ecclesiam intrarunt; magna turba ad sacram mensam accessit.

Justinus imperator epistolam ad papam dedit, ex qua haec praecipua exscribimus: »Quid autem gratius reperiri potest? quid justius, quid illustrius? quam quos idem regnum continet, ejusdemque fidei cultus irradiat, eos non diversa contendere, sed collectis in eodem sensibus instituta venerari, non humana mente lata, sed divini prudentia spiritus? Oret igitur vestrae religionis sanctitas, ut quod per vigili studio pro concordia ecclesiarum Catholicae fidei procuratur divini muneris opitulatio, jugi perpetuitate servari annuat».

Epistolam benevolentiae, gaudii, reverentiae plenam ad papam misit Joannes patriarcha inter alia scribens: »Gaude itaque in Domino gaudium tuae conveniens sanctitati, et scribe ea quae vestrum benignum animum decent, homo dei. Nam quae fuerant divisa, conjuncta sunt, et quae dispersa, collecta sunt; et quae longe erant, sibi invicem adunata sunt; et sicut oportet dicere et olim scripsi, utrasque ecclesias tam senioris, quam novae Romae unam esse evidenter intelligens, et utriusque earum unam sedem recte esse definiens, indivisibilem adunationem et utriusque nostrum consonam confirmationem cum judicii integritate cognosco« etc.

Quibus ac nonnullis aliis, quae idem fere continebant, ad papam epistolis missis atque in ecclesia publice recitatis, Romani maximo gaudio affecti sunt, crebrae acclamatae sunt Deo laudes, simulque Hormisdae atque imperatoris praeconia faustis vocibus pronunciata sunt.

Ad quae Leo I. annisus erat et viam muniverat, ea Hormisdas consecutus est; papa patriarcham Constantinopolitanum coërcitum esse laetatus epistolam ad imperatorem dedit, cujus exordium hoc est: »Lectis clementiae vestrae paginis quae restitutam fidei concordiam nuntiabant in divinae laudis canticum mens totius ecclesiae prorupit, quo canitur: »»Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis««. Hujus igitur fiducia hymni dignam fidelibus meritis gloriam felicitatemque praesumite«. Alio loco ita pergit: Haec prima sunt vestri fundamenta principatus Deum placasse et ascivisse vobis excelentissimae majestatis auxilia, dum adversarios ejus velut proprios comprimitis inimicos. Haec nimirum maximae reipublicae fundamenta sunt, hoc solidum invictumque robur« etc. Etiam ad patriarcham Constantinopolitanum et Justinianum aliosque alia papa responsa dedit.

Ut tunc res se habebant, Monophysitarum principes dignitates suas retinere non jam poterant, Severus, Antiochiae patriarcha, Philoxenus, Hierapolis episcopus, Julianus, Halicarnassi episcopus, Alexandriam se contulerunt, ubi doctrina eorum ita invaluit, ut Justinus non auderet contra eos quidquam moliri. Ceterum imperator multo minore cum labore Monophysitas oppressit, quoniam in complures inter se depugnantes partes discesserant.

VIII.

Quamdiu Justinus vivebat, res inter Orientem et Occidentem compositae et in concordiae statu, ad quem ipse eas evexerat, manserunt. Postquam autem anno 527 obiit, novae turbae ortae sunt. Successerat ei privignus *Justinianus I.*, qui decretis concilii Chalcedonensis illis quidem arcerrime studebat, sed per Theodoram uxorem Menophysitis amicam interdum ad ea agenda et imperanda impulsus est, quae ipsius consiliis contraria erant; quo factum est, ut ejus conatus rerum ecclesiasticarum componendarum ad controversias augendas conferrent. Anno 531 colloquium catholicorum cum Severianis instituit, quod ut multa alia successu caruit. Paulo post autem imperator propius ad Monophysitas accessit, edicto edito, omnes qui negarent nec confiterentur »*Dominum nostrum Jesum Christum filium Dei et Deum nostrum incarnatum et hominem factum et crucifixum unum esse ex sancta et consubstantiali Trinitate*«, anathematizans.

Tunc Monophysitae decretorum concilii Chalcedonensis tollendorum spem redintegraverunt, primum quidem *Anthemius* Monophysita Theodora auctore in sedem patriarchalem Constantinopolitanam evectus est, sed agente *Agapeto* papa, qui anno 536 Constantinopolim venerat, inde rursus remotus et in ejus locum *Mennas* a papa consecratus est. Is confestim *synodum coëgit*, in qua Monophysitis anathemate perculsis decretisque synodi ab imperatore confirmatis principes hujus sectae et Constantinopoli et ex omnibus aliis urbibus ejecti sunt, quum ubique locorum, ubi erant Orthodoxi, per totum christianum orbem terrarum damnatio horum haereticorum conclamata esset.

Augusta videns papa non adjuvante Monophysitas a se ad potentiam evehi non posse ad illum animum convertit. Agapeto in itinere mortuo *Vigilius* non multo post in sedem Romanam ea conditione est evectus, ut Monophysitarum doctrinam sequeretur. Paulo post autem professionem suam retractavit. At nihilominus decem annis postea decretum in Monophysitarum favorem editum amplecti coacta est.

Ad controversias jam urgentes accessit etiam nova, ubi *turbae de Origenis doctrina motae rursus exarserunt;* nam quamquam ineunte saeculo quinto ecclesia eam reprobaverat, tamen postero tempore inter Palaestinae monachos multos sectatores nacta est, in quibus *Theodorus Ascidas*, episcopus Caesariensis erat, vir summa imperatoris gratia valens. Quo factum est, ut ille aemulationem excitaret et factio aulica, cujus caput *Mennas* patriarcha erat, quum ab imperatore damnationem Origenistarum obtinuisset, gradu eum depellere studeret.

Ascidas hoc periculum effugit, Origenistis relictis Monophysitas amplectens; hos, persuasit imperatori, concilio Chalcedonensi imprimis exprobrare, quod doctrinam Theodori Mopsuesteni et nonnullorum aliorum Nestorium sequentium comprobasset; his damnatis multo faciliorem fore conjunctionem Monophysitarum cum Orthodoxis. Imperator revera *edicto de tribus capitulis**) (περὶ τριῶν κεφαλαίων) *promulgato* (544) Theodorum Mopsuestenum devovit reprobavitque Theodoreti epistolam contra Cyrillum scriptam et Ibae epistolam ad Marem datam, quamquam duae posteriores in concilio Chalcedonensi orthodoxae iudicatae erant. Subscripserunt Mennas et tres reliqui patriarchae conditione proposita, ut etiam papa consensum daturus esset. Simulatque vero *edictum trium capitulorum,* quod vocatur, in Italia promulgatum est, duo clerici Fulgentium Ferrandum, diaconum Carthaginiensem sententiam rogaverunt. Qui respondit: »Ut concilii Chalcedonensis, vel similium nulla retractatio placeat, sed quae semel statuta

*) Rixam de tribus capitulis optime et uberrime exposuit Hefelius in SS. Conciliorum hist. vol. II.

sunt, intemerata serventur. Ut pro mortuis fratribus nulla generentur inter vivos scandala. Ut nullus libro suo per subscriptiones plurimorum dare velit auctoritatem, quam solis canonicis libris ecclesia catholica detulit«.

His rebus factis imperator se in Occidente non amplius facilitatem et obsequium reperturum esse ratus Vigilium papam Constantinopolim arcessivit, isque obsecutus est (546), quum prorsus in Belisarii ducis imperatorii potestate esset. Initio quidem Vigilius in sententia sua pertinaciter perstans omnibus, qui damnationem trium capitulorum probassent, communionem ecclesiasticam denegavit, minis autem et violentia (papa aliquando exclamavit: »Contestor, quia etsi me captivum tenetis, beatum Petrum Apostolum captivum facere non potestis«) denique permotus scripto edito (quod *Judicatum* vocatur) et ipse tria capitula salva quidem in omnibus rebus reverentia synodi Chalcedonensis proscripsit (548). Illi Judicato autem mox Constantinopoli et in quibusdam Asiae provinciis, praesertim autem in Dalmatia et Illyrico restitum atque repugnatum est. Episcopi Africani, praecipue *Fulgentius Ferrandus* diaconus Carthaginiensis in scripto »*pro defensione trium capitulorum*« acerrime contradixerunt et Vigilium papam in synodo anathematizaverunt.

Quibus rebus papa erectus et coactus imperatore assentiente Judicatum retractavit (550) et alteri edicto, quod imperator anno 551 de tribus capitulis edidit, subscribere recusans petiit, ut judicium synodi generalis expectaretur. Jam in minitando Vigilii hostes non subsistebant, sed manus ei admotae sunt tamque graviter laesus maleque mulcatus est, ut Chalcedonem fugeret nec nisi precibus et multis excusationibus permotus Constantinopolim rediret. Anno 553 Justinianus *synodum* ab omnibus exspectatam *Constantinopolim convocavit*, quae quidem quinta oecumenica putatur, licet fere soli Graeci episcopi eo convenerint. Vigilius recusans ei interesse *Constituto suo ad imperatorem scripto* tria capitula defendit, sexaginta vero locos ex scriptis Theodori Mopsuesteni haeresis noxios damnari posse concedit; tamen injustum esse existimat, veterem doctorem ecclesiae devovere, id quod hactenus neque synodus neque quisquam decessorum suorum fecisset. Multo minus autem posse se damnationem scriptorum Theodoreti et Ibae concedere; hos enim a concilio Chalcedonensi orthodoxos judicatos esse. Constitutum clauditur his verbis: »Statuimus et decernimus nulli ad ordines et dignitates ecclesiasticas pertinenti licere quicquam contrarium his, quae praesenti asseruimus vel statuimus Constituto, de saepe dictis Tribus capitulis aut conscribere vel proferre, aut componere vel docere, aut aliquam post praesentem definitionem movere ulterius quaestionem. Si quid vero de iisdem Tribus capitulis contra haec, quae hic asseruimus, vel statuimus, nomine cujuscunque ad ordines et dignitates Ecclesiasticas pertinentis factum, dictum atque conscriptum est, vel fuerit et a quolibet ubicunque repertum; hoc modis omnibus ex auctoritate sedis Apostolicae, cui per gratiam Dei praesidemus, refutamus«. Quare synodus omnia, quae eatenus imperator ediderat, fidei edicta probavit ac recepit, in septimo consessu omnia scripta recitata sunt, quibus Vigilius tria capitula proscripsisset, ut praevaricationis posset argui; in ultimo consessu sententia contra Theodorum Mopsuestenum, et Ibae epistolam et Theodoreti scripta adversus Cyrillum recitata est: Vigilius et cum eo multi qui easdem sententias sequebantur, in exilium missi sunt, sed insequenti anno (554) Narse duce deprecante, a quo clerus Romanus hoc impetraverat, revocatus est. Vigilius recessit a sententia, quam in Constituto ad imperatorem declaraverat, et *quintam synodum oecumenicam comprobavit;* in Italiam rediens in Sicilia mortuus est anno 555. In ejus locum *Pelagius* Archidiaconus est subrogatus, qui quintam synodum protenus comprobavit. Quo factum est, ut magnum discidium inter Romanam et alias Occideutales ecclesias oriretur

neque solum concilium imperatoris *Monophysitarum et Orthodoxorum reconciliandorum ad irritum caderet*, sed etiam aliae insuper dissensiones accederent; Archiepiscopi Mediolanensis et Ravennas paulo post quidem ad pacem redierunt, sed concordia inter Romanos et sedem Gradensem ex parte Gregorio M. pontifice († 604), prorsus autem anno demum 698 restituta est.

Non multo ante mortem (546) Justinianus nimio studio Monophysitarum in ecclesiam reducendorum ab uxore permotus est, ut doctrinam τῶν Ἀφθαρτοδοκητῶν orthodoxam esse decerneret; *Eutychius*, patriarcha Constantinopolitanus idcirco expulsus est, et *Anastasio Sinaïtae*, patriarchae Antiocheno, jam eadem sors imminebat, quum imperatore mortuo persecutio et violatio rerum ecclesiasticarum, quam laïci exercebant, per aliquod tempus substitit. Nec tamen diu dissensionis inter Romanos et Constantinopolitanos scintillae in cinere latuerunt, sed brevi post ingens incendium exarsit. Ut enim modo commemoravimus, metropolitanum Gradensem propter concilium quintum Constantinopolitanum a Vigilio comprobatum communionem ecclesiasticam cum Romanis sustulisse, sic jam videmus moram reconciliationis aliqua ex parte nexam esse ab imperatore *Mauricio*, qui auctore patriarcha Constantinopolitano impedivit, quominus Smaragdus, exarcha Ravennas militum copiis Gradenses ad obsequium Papae iterum praestandum cogeret. Apertum discidium inter nuntium Pelagii II. papae *Gregorium* et patriarcham *Eutychium*, qui populo deprecante ab imperatore Justino II. ex exilio revocatus erat, primum anno 580 ortum est; quum patriarcha doctrinis Origenensibus favere cerneretur, *Tiberius II.* imperator duos adversarios se praesente sententias suas defendere jussit et auctoritate sua huic rei interposita in Gregorii gratiam rem dijudicavit; Eutychius orthodoxiam professus est. Quae prolusio tantum multo acrioris et majoris certaminis fuerat.

IX.

Jam saeculo quinto adulatores patriarcham Constantinopolitanum *universalem* nominabant; Justinianus eum vocat Archiepiscopum regiae hujus urbis et oecumenicum Patriarcham.

Quum autem *Ioannes* patriarcha, cognomine Jejunator (Νηστευτής) in decretis synodi Constantinopoli habitae ipse nomen *oecumenici patriarchae* vindicasset, haec res ubique fere motus concitavit, et inter Romanos et Constantinopolitanos literis et legationibus missis multa acta sunt, quorum praecipua commemorabimus. Continuo *Pelagius II.* papa patriarchae arrogantiam justis finibus coërcere studens, ultimae synodi Constantinopolitanae decreta reprobavit et Laurentium archidiaconum, quem nuntium in aulam imperatoriam Constantinopolim miserat, sancto sacrificio una cum patriarcha interesse vetuit. Pelagii a. 590 mortui successor *Gregorius I.* (590—604), quem nuntium Constantinopolim missum esse modo diximus, in arrogatum nomen Ioannis vehementius invehi perrexit, quum ille nondum illud deposuisset, sed in literis, quas ad papam dedit, eo identidem exquisitissimum in modum repetito uteretur.

Initio quidem Gregorius non summa auctoritate, qua pollebat, sed Christiana humilitate adversus Ioannem egit, quum ei scriberet: »Nos quidem, in quos talis tantaque per ausum nefarium culpa committitur, servamus, quod Veritas praecepit, dicens: »»Si peccaverit in te frater tuus, vade et corripe eum inter te et ipsum solum«« etc. Hujusmodi autem admonitiones quum essent vanae, papa vehementius in eum invehens Sabinianum diaconum Apocrisiarium cum eo communicare vetuit. Ioannes itaque egit cum Mauricio imperatore, ut ad ipsum Gregorium literis datis eum rogaret, ut pacem secum haberet. Imperator ei obsecutus est. Literas itaque ad Sabinianum mittens papa, »Miror, inquit, quomodo dilectionem tuam fallere potuit, ut

permitteres domino imperatori persuaderi, quatenus ad me sua scripta de hac causa transmitteret, in quibus admoneret, ut cum eo pacem habere debuissem. Qui si justitiam tenere vult, illum debuit admonere, ut se a *superbo vocabulo* compesceret et protinus inter nos pax fieret«. Ad Ioannem ipsum scripsit: »Eo tempore, quo fraternitas vestra in sacerdotalem honorem provecta est, quantam ecclesiarum pacem atque concordiam invenerit, recolit. Sed quo ausu, quove tumore nescio, *novum* sibi conata est *nomen* arripere, unde omnium fratrum corda potuissent ad scandalum pervenire. . . . . Et quia resecanda vulnera prius levi manu palpanda sunt, rogo deprecor, et quanta possum dulcedine exposco, ut fraternitas vestra cunctis sibi adulantibus, atque erroris nomen deferentibus contradicat, nec *stulto ac superbo vocabulo* appellari consentiat... Quis, rogo, in hoc *tam perverso vocabulo* nisi ille ad imitandum proponitur, qui despectis angelorum legionibis secum constitutis, ad culmen conatus est singularitatis erumpere, ut et nulli subesse, et solus omnibus praeesse videretur? Qui etiam dixit: »»In coelum ascendam«« etc.... Quae cuncta ergo cum flens conspicio et occulta Dei judicia pertimesco, augentur lacrimae, gemitus se in meo corde non capiunt, quod ille vir sanctissimus dominus Ioannes tantae abstinentiae atque humilitatis suarum familiarum seductione linguarum ad tantam superbiam erupit, ut in appetitu *perversi nominis* illi esse conetur similis, qui dum superbe esse similis Deo voluit, etiam donatae similitudinis gratiam amisit et veram beatitudinem perdidit, quia falsam gloriam quaevisit. Certe Petrus Apostolus primum membrum sanctae et universalis ecclesiae est; Paulus, Andreas, Ioannes, quid aliud, quam singularium sunt plebium capita; et tamen sub uno capite omnes membra sunt ecclesiae. Atque ut cuncta brevi cingulo locutionis adstringam, sancti ante legem, sancti sub lege, sancti sub gratia; omnes hi perficientes corpus Domini, in membris sunt ecclesiae constituti et nemo se unquam *Universalem* vocare voluit. Vestra autem sanctitas agnoscat, quantum apud se tumeat, quae illo nomine vocari appetit, quo vocari nullus praesumsit, qui veraciter sanctus fuit« etc. etc.

Ad Mauricium imperatorem de primatu Romanae ecclesiae scribens Gregorius praecipue locis Evangelii ap. Ioann. XXI: »Petre amas me? pasce oves meas«, ap. Lucam XXII. »Ecce satanas expetiit cribrare vos sicut triticum« etc. et ap. Matth. XVI. »Tu es Petrus et super hanc petram« etc. nititur ac pergit: »et tamen *Universalis* apostolus non vocatur et vir sanctissimus consacerdos meus Ioannes vocari *Universalis* episcopus conatur. Exclamare compellor ac dicere: O tempora, o mores!« Ad Constantinam Augustam et ad episcopos Eulogium Alexandrinum et Anastasium Antiochenum epistolas misit, quibus ea, quae decessor ejus Pelagius in Ioannis conatus fecerat, in memoriam revocat.

Ioannem patriarcham anno 596 mortuum *Cyriacus* in patriarchatu excepit. *Gregorius* papa licet episcopis hanc electionem gratulatus esset ac laudes novi patriarchae pronuntiasset, et ultro citroque datis literis communio ac consensio de fide catholica institui coepta esset, tamen Sabinianum Cyriaco sacra missarum solemnia celebranti assistere vetuit, nisi usurpatum a decessore suo illicitum nomen *Oecumenici* dimisisset. Quod quum faceret Sabinianus, Cyriacus anno insequenti per suos conquestus est Responsales, quos Romam misit. His de rebus Gregorius in epistola ad patriarchas Alexandrinum et Antiochenum disserit, quum scribit: »Caritas, qua vobis valde constrictus sum, tacere me minime permittit, ut sanctitas vestra quaecunque apud nos aguntur, agnoscat, et falsis rumoribus non decepta, suae justitiae atque rectitudinis viam, sicut perfecte coepit, perfectius teneat. Responsales siquidem fratris et coëpiscopi nostri Cyriaci venientes ejus ad me synodicam detulerunt epistolam. Et quidem inter nos et ipsum (sicut vestra beatitudo novit) propter appellationem *profani nominis* est gravis discordia.

Sed in causa fidei transmissos responsales ejus existimavisse suscipiendos; ne culpa elationis, quae in Constantinopolitana ecclesia paene contra omnes sacerdotes exorta est, dissensionem fidei et rixam Ecclesiasticae faceret renitati. Eosdem vero responsales, quia hoc omnino humiliter precabantur, missarum solemnia mecum celebrari feci. Quia (sicut et severissimo domino imperatori nostro intimare studui) responsales fratris et consacerdotis nostri Cyriaci mihi communicare debuerunt, quia auctore Deo in elationis errorem non cecidi. Meus vero diaconus cum praedicto fratre nostro Cyriaco missarum solemnia celebrare non debet, quia *profanum vocabulum* culpam superbiae aut commisit, aut sequitur; ne si (quod absit) procedit, ei in tali elatione posito vanitatem stulti nominis confirmare videamur. Eundem fere fratrem admonere studui, ut se a tali elatione corrigat. »Identidem ad ipsum Cyriacum Gregorius dedit literas, quae inter alia haec habent: »Oportet ergo ut mihi atque omnibus fratribus vestris ejusdem caritatis pulchritudinem in hoc primum opere monstretis, ut *verbum superbiae*, per quod grave scandalum in ecclesiis generatur, auferre festinetis; hoc modis omnibus implentes, quod scriptum est: »Soliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis«. Et rursus: »Nullam occasionem dare adversario maledicti gratia. Tunc enim ostensa caritas vera est, si per *typum superbiae* inter nos schisma non fuerit« etc. etc.

Postquam Gregorius ab imperatore et patriarcha Anastasio Antiocheno literas accepit, inter alia haec respondit: »Et ut de honoris vestri injuria taceam, si unus episcopus vocatur *Universalis*, universa Ecclesia corruit, si unus universus cadit. Sed absit haec stultitia, absit haec levitas ab auribus meis« etc.

Anno 599 quum synodus Constantinopoli inscia apostolica sede convocaretur, Gregorius veritus, ne quid novi ibi decerneretur de nomine Oecumenici epistolis ad omnes episcopos Orientis datis monuit, ut Cyriaco talia praesumenti resisterent atque de concilio haec addit: »Praeterea pervenit ad nos, quod fraternitas vestra ad urbem Constantinopolim sit convocata. Et quamvis piissimus noster imperator agi illic illicita non permittat, tamen ne perversi homines conventus vestri occasione reperta, aut pro *hujus nominis superstitione* locum surreptionis requirant, aut ob aliam rem facere synodum cogitent, quatenus hoc in ea callidis machinationibus inducant, quamvis sine Apostolicae sedis auctoritate atque consensu nullas quaecunque acta fuerint vires habeant; verumtamen coram omnipotenti Deo contestor et admoneo, ut nullus vestrum illic quibuslibet suasionibus, quibuslibet blandimentis, quibuslibet praemiis, quibuslibet terroribus teneatur assensus, sed pro aeterni judicii consideratione adversus prava desideria salubriter et unanimiter vos exhibete« etc. etc.

Mauricium imperatorem anno 603 secutus est *Phocas*, cujus et Augustae imagines quum Romam portatae essent, in epistola ad novum imperatorem missa exclamat papa: »Gloria in excelsis Deo; qui juxta quod scriptum est, mutat tempora et transfert regna..... Laetentur coeli et exultet terra et de vestris benignis actibus universae reipublicae populus nunc usque vehementer afflictus hilarescat. Comprimantur jugo dominationis vestrae *superbae mentes hostium*...... Reformetur in singulis sub jugo imperii vestri libertas sua. Hoc namque inter reges gentium et rei publicae imperatores distat, quod reges gentium domini servorum sunt, imperatores vero rei publicae domini liberorum« etc. Paulo post ad Gregorium Phocas epistolam scripsit, qua, quod nullum invenisset Constantinopoli ex more residere sanctae Romanae ecclesiae Apocrisiarium conquestus est. Itaque papa Bonifacium Constantinopolim cum epistolis ad Phocâm, et Augustam et Cyriacum patriarcham misit; ad concordiam adhortatus inter alia scribit: »Sed quia in radice ipsius [pacis] aliter vivere non valemus, nisi mente et actu humilitatem, quam

ipse auctor pacis docuit, teneamus, cum ea caritate, qua, dignum est, suademus, ut profanam elationem, quae animabus semper adversa est, cordis pede calcantes, *perversi superbique vocabuli* scandalum ecclesiae auferre de medio festinetis« etc.

Gregorio Magno anno 604 mortuo in sedem apostolicam ascendit *Sabinianus*, quem jam anno 606 *Bonifacius III.* subsecutus est. Is precibus imperatorem adiit, ut patriarcham Constantinopolitanum *nomen arrogatum* dimittere juberet; imperator ei obsecutus edictum edidit, quo ecclesiam Romanam principem omnium declaravit et patriarcham Constantinopolitanum »*oecumenicum*« appellari vetuit. Sic controversia infestissimis animis ab utraque parte gesta secundum ecclesiam Romanam finita est; nihilominus patriarchae posterioribus temporibus nomen *oecumenici* rursus usurpaverunt, et quamquam Romani saepius obloquebantur, ut exempli gratia Hadrianus I. papa in epistola ad Constantinum arrogantiam Tarasii reprehendit, qui oecumenici patriarchae nomen vindicaverat, tamen illum titulum usque ad praesens tempus retinuerunt.

X.

Ut supra expositum est, conatus imperatorum Byzantinorum Monophysitas cum orthodoxa ecclesia reconciliandi ad irritum cecidisse majoresque controversias etiam excitasse, ita jam addendum est, *eas etiam civilibus rebus noxias existimatas esse imperiique institutorum turbaudorum suspicionem incurrisse.*

Clarissimum hoc periculum ineunte VII saeculo extitit, quo tempore Persae in dies infestiores se contra imperium praebebant et in Aegypto motus ob religionem excitati civiles res magis magisque adoriebantur. Imperator *Heraclius* (611—641) rerum difficultates haud ignorans minans periculum facillime reconciliatione ecclesiastici discidii vitari posse intellexit. Prudentissime igitur decessorum suorum vestigia premens difficillimum reconciliandi negotium in se recepit. Atque primum quidem necessarium fuit Monophysitis aliquid exquirere, quod reconciliationis ansam praebere posset; haec inventa est *voluntatis operatio* (ἐνέργεια) *Christi.* Ineunte contra Persas expeditione imperator primum cum *Paulo,* Armenicorum Monophysitarum principe, de doctrina *unius in Christo operationis* egit literisque ad *Arcadium* archiepiscopum Cypri datis doctrinam de duabus in Christo operationibus reprobavit; anno fere 626 de hac re cum *Cyro* Phasidis episcopo acriter egit effecitque, ut ille litteris ad *Sergium,* patriarcham Constantinopolitanum missis, quaereret, utrum licitum esset, in Christo unam tantum operationem voluntatis statuere ac praedicare, an sancti Leonis effatum »Agit enim utraque forma cum alterius communione, quod proprium est« huic sententiae adversaretur? Prudenter ac caute patriarcha respondit integram etiam esse hanc quaestionem, quam nullum concilium dijudicasset, nec cognitum sibi esse patrem orthodoxum, qui duas in Christo voluntates docuisset; Leonis enim verba eo traduci non posse. Eandem sententiam professus est etiam *Athanasius Hierapolitanus,* qui hac de causa in sedem patriarchalem Antiochenam evectus est (630) et quum imperator *Cyrum* Phasidis episcopum ecclesiae Alexandrinae patriarcham praefecisset, amplissimas tres imperii patriarchales sedes tenebant monotheleticae sententiae fautores nec dubitari potest, quin *Honorius* papa jam tum, ut particeps fieret magnae illius reconciliationis negotii, motus sit. Primum in Aegypto res aggredienda erat jamque Cyrus novem reconciliationis articulos, quorum septimus sic se habebat »*εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ τὸν αὐτὸν ἕνα Χριστὸν τὸν Υἱὸν ἐνεργοῦντα τὰ θεοπρεπῆ καὶ ἀνθρώπινα μιᾷ θεανδρικῇ*

ἐνεργείᾳ κατὰ τὸν ἐν ἁγίοις Διονύσιον, ἀνάθεμα ἔστω«, cum Severianis pactus erat ceterasque sectas per vim ad obsequium coëgerat, cum *Sophronius* Damascenus et *Maximus* Constantinopolitanus monachi, qui tum Alexandriae versabantur, coniunctioni primi oblocuti et adversati sunt; frustra Cyrus nitebatur, ut eos pacaret. Quare Sergius ad Honorium papam literas dedit, quarum exordium hoc est: »In tantum vobis sanctissimis in omnibus unanimitate spiritus constringimur, ut studeamus omnium consiliorum nostrorum et actionum vos sacratissimos habere praesidentes, et nisi plurimum locorum distantia sejungeret, hoc utique quotidie gereremus, vestrae honorandae unaminisque fraternitatis munito muratoque nosmet ipsos circumsepientes consultu«, tum, principio Monotheletarum discidii exposito, sic pergit: »Nos vero considerantes incipientem ex hoc inter quosdam hic contentionem exardescere, et scientes, quod semper ex hujusmodi decertationibus illae haeresum dissensiones effectae sunt necessarium judicavimus omne studium ponere ad sedandum atque amputandum talem superfluum verborum conflictum, et ad saepe dictum sanctissimum Alexandriae Patriarcham scripsimus, ut postquam unitatem cum his, qui pridem separabantur Deo auxiliante composuit, de caetero nullum permitteret unam aut duas proferre operationes in Christo Deo nostro; magis autem sicut sancta et universalia tradiderunt concilia, unum eundemque filium unigenitum Dominum nostrum Jesum Christum verum Deum operatum confiteri, tam divinam, quamque humanam et omnem Deo decibilem et homine dignam operationem ex uno eodemque incarnato Deo verbo indivise procedere et ad unum eundemque redigere« etc.

Honorius Sergii sententiam amplexus silentium tenuit et *Sophronius* pro sua parte idem se facturum esse promisisse videtur; is vero anno 634 (ignoratur, quo auctore) in sedem patriarchalem Hierosolymorum evectus continuo synodum eo coëgit, quae Monotheletarum doctrinam damnavit et proscripsit. Ipse Sophronius ad ceteros patriarchas literas rabiei plenas dedit, quibus praecipue de duabus in Christo naturis et una voluntate disserit.

Monotheletae, quibus grave periculum instabat, jam firmum auxilium petere debebant. Sergius igitur literis papam adiit, ita ut hic non jam silere posset. Honorius binis literis ad Sergium datis itemque ad Cyrum et Sophronium maxima cum cautione egit sententiam suam non distincte ostendens, sed ad concordiam et pactionem iterum iterumque adhortans*).

Quum Hierosolyma a Saracenis expugnata essent (637), Sophronius ad silentium adactus est. Imperator vero Heraclius nihilominus anno 638 *edictum*, quod ἔκθεσις vocatur, ut constat, a Sergio conscriptum, promulgavit, quo de quaestione, *num una an duae in Christo fuissent voluntates*, disputari vetuit (.... οὐδαμῶς συγχωροῦντες τινὶ τῶν πάντων μίαν ἢ δύο λέγειν ἢ διδάσκειν ἐνεργείας ἐπὶ τῆς θείας τοῦ κυρίου ἐνανθρωπήσεως, ἀλλὰ μᾶλλον, καθάπερ αἱ ἅγιαι καὶ οἰκουμενικαὶ παραδεδώκασι σύνοδοι), ipse autem contra hoc suum edictum manifestissime ab eorum parte stabat, qui unam in Christo voluntatem asseverabant.

Statim Sergius episcopos Constantinopoli commorantes imperatoris edicto subscribere jussit et praecepit, ut quicunque clericus contra illud egisset, munere removeretur, quique monachorum aut laïcorum non agnovissent, e communione ecclesiastica excluderentur. His rebus factis studium unionis restituendae et indulgentia, qua erga Monotheletas usi erant, summum jam fastigium assecuta erat, quum praecipua illorum loca, ut Aegyptus, Syria, in potestatem Muhammedanorum venerunt et principes ecclesiae, imprimis papa Romanus aliam eamque diversam rationem inierunt.

*) Num Honorius papa orthodoxus an haereticus censendus sit, explicat Hefelius, Ss. Conciliorum hist. vol. III, p. 150.

Honorio papa anno 638 mortuo successit *Severinus*, vir plane adversarius concordiae restitutioni, cumque is paulo post mortuus esset, successor ejus, *Ioannes IV.* viam initam severe persecutus est. Is imprimis ad imperatorem *Constantinum*, qui mense Februario anni 641 Heraclium patrem in imperio exceperat, literas dedit, in quibus doctrina Monotheletarum oppugnata et sua de quaestione sententia exposita Honorium decessorem criminis consensus cum Sergio patriarcha de una voluntate in Christo obsolvit et ita pergit: »Comperimus autem, quod charta quaedam [intellige illam ἔκθεσιν] mandata sit, in qua sacerdotes subscribere coacti sunt contra tomum beatae memoriae papae Leonis et Chalcedonensium synodum; in qua charta quaedam sint per novitatem composita, quae dogma ecclesiasticum refutare omnino dignoscitur. Inspiret ergo divina clementia Christianissimae pietati vestrae et cum sitis custodes immaculatae fidei nostrae, vos ad compunctionem incitet, quo eos, qui novis sunt adinventibus corrumpendi, imperatoris sanctionibus arceatis, et *praedictam chartam, quae in scandalum properat fidei et locis publicis est suspensa, praecipiatis depositam scindi* .... Erit enim per auctoritatem vestram et apostolicam perfectionem praedicta charta, quae contra Chalcedonensem synodum est composita, nunc et in omni tempore otiosa et cunctis virtutibus irrita« etc.

Non minus vehementer Romano clero Africanus, qui semper decretorum concilii Chalcedonensis studiosissimus fuerat, contra ἔκθεσιν pugnavit. Exinde enim *Maximus* monachus, qui jam Alexandriae contra conjunctionem una cum Sophronio publice disseruerat, severas litteras contra Orientis monachos haereticos edidit. Tum *Pyrrhus* patriarcha, qui Sergio successerat, propter contentiones aulicas Constantinopoli pulsus, in Africam venerat et ex eo Gregorius, praefectus imperatorius, petiit, ut coram frequenti coetu disputationem de religione institueret (645); in qua cum Pyrrhus succubuisset, palam fassus se ipsum, decessores suos et ecclesiam Constantinopolitanam eo, quod unam in Christo voluntatem statuissent, errasse, haeresim Monotheleticam retractavit.

Insequenti anno tres illae synodi Africanae, decretis contra Monotheletas editis, literisque ad Paulum patriarcham missis ostenderunt, se eum non amplius fratrem agnituras esse, nisi sententiam suam retractasset et ἔκθεσιν a foribus sanctae ecclesiae dempsisset. Praeterea tres synodi Africanae communi epistola ad *Theodorum* papam data demonstrarunt: »Magnum et indeficientem omnibus Christianis fluenta redundantem, apud Apostolicam sedem consistere fontem nullus ambigere possit, de quo rivuli prodeunt affluenter, universum largissime irrigantes orbem Christianorum, cui etiam in honore beatissimi Petri patrum decreta peculiarem omnem decrevere reverentiam in requirendis Dei rebus, maxime vero justeque ab ipso praesulum examinari vertice apostolico, cujus vetusta solicitudo est tam mala damnare, quam probare laudanda. Antiquis enim regulis sancitum est, ut quidquid quamvis in remotis vel in longinquo positis ageretur provinciis, non prius tractandum vel accipiendum sit, nisi ad notitiam almae sedis vestrae fuisset deductum, ut hujus auctoritate, juxta quae fuisset praenuntiatio firmaretur, indeque sumerent ceterae ecclesiae velut de natali suo fonte praedicationis exordium et per diversas totius mundi regiones puritatis incorruptae maneant fidei sacramenta salutis. Quocirca humillimum vestro apostolico culmini persolventes obsequium, cum lacrimis suggerimus, quod sine cordis gemitu reticere non valemus, ante hoc temporis spatium exosum apud Constantinopolitanam civitatem novitatis commentam (i. e. ἔκθεσιν) ad nos usque opinanter fuisse delatum« etc.

Maximus et Pyrrhus Romam ipsi pervenerunt, quumque hic retractationem monotheleticae haeresis coram papa repetivisset, denuo legitimus Constantinopolitanus patriarcha declaratus

est atque revera postea, cum retractationem iterum retractasset eaque de re pontificali fulmine percussus esset, exarcho Ravennate auctore sedem patriarchalem Constantinopolitanam Pauli morte vacuam occupavit (654).

Constans II. imperator (642—668) quum duplex periculum ex turbis ecclesiasticis et Saracenorum rebus crescentibus imminere imperio cognovisset, primum partes ecclesiasticas inter se reconciliare studuit, ut quietem publicam restitueret; quare ἐκθέσει invisa sublata aliam fidei legem, quae τύπος vocatur, anno 648 edidit, quod edictum neutram de Christi voluntate opinionem praeferens silentium hac de re imposuit.

Composuerat illud, ut verisimile est, Paulus patriarcha, quamobrem *Theodorus* papa fulmen anathematis contra eum jecit.

Ulterius etiam *Martinus I.* papa progressus anno 649 *primum concilium Lateranense* coëgit, in quo tota monotheletica controversia denuo in unum comprehensa gravissimis his verbis pergit: »Quibus paene omnibus omnem mundum conturbantibus atque solicitantibus [Graecis] necessitate compulsi ex diversis locis querelas contra eos seu accusationes ad apostolicam nostram sedem plurimi orthodoxi detulisse monstrantur, et tam in scripto deprecantes et conjurantes, quamque in cominus positi postulantes ut totius mali tantaeque eversionis per apostolicam auctoritatem abscindatur commentum, quatenus minime totum corpus catholicae ecclesiae nocibilis eorum ectheseos languor disrumpere valeat. Ideoque in scripto vel sine scripto orthodoxorum preces minime despicientes apostolicae memoriae nostri praedecessores non destiterunt dictis viris diversis temporibus consultissime scribentes et tam rogantes, quamque regulariter increpantes, nec non per opocrisiarios suos, ut dictum est, per hoc maxime destinatos praesentialiter admonentes et contestantes, quatenus proprium emendarent novitatis commentum, atque orthodoxam fidem catholicae ecclesiae remearent; et neque rogantes neque increpantes potuerunt eos a suo conamine quoquo modo revocare, sed sicut dicit dominus incorrectis: Cantavimus vobis tibiis, et non saltaverunt: lamentavimus et non planxerunt. Obduratum est cor eorum, sicut scriptum est, et auribus graviter audierunt et oculos suos clauserunt, ne quando videant oculis suis et auribus audiant, et corde intelligant et revertantur et sanentur per susceptionem salutiferae praedicationis. Unde et ego tam propter irrevocabile eorum cor et propter animas, quae per eorum fallacem deceptionem depereunt, nec non propter precationes, sicut dictum est, ad apostolicam sedem super tali capitulo in scripto delatas, pertimescens quippe imminentem iram super eos, qui negligenter opus Dei faciunt, necessarium fore praevidi omnes vos, qui secundum gratiam ejus sacerdotale officium geritis, invitare, et propter hanc quaestionem in nomine Domini congregare in unum, quatenus communiter omnes, ipso utique Deo respiciente et judicante nos ipsos, sed et nostra omnia de praedictis viris sive novitate in dogmatibus eorum exposita, tractare debeamus« etc. etc.

Multis decretis hoc concilium veram fidem definivit et Monotheletarum sententiam *praecipue autem* ἔκθεσιν *et* τύπον *proscripsit.*

XI.

Acta concilii Lateranensis primi *Martinus I.* papa ad imperatorem misit simulque eum rogavit, ut patriarcham metropolis munere removeret et auctoritate sua veram fidem restitueret. At imperator *Constans II.* vehementissime obstitit et Olympio, exarcho Ravennati, praecepit, ut papam in custodiam daret; sed hi ambo inter se convenerunt et demum, quum Olympius

contra Saracenos pugnans in proelio cecidisset, *Martinus* papa in vincula conjectus et propter foedus cum Olympio initum perduellionis damnatus est atque in Chersonesum expulsus ibi anno 655 misere periit. Graviora etiam passus est *Maximus*, Confessor honorifice nominatus, qui simul cum Martino Constantinopolim deportatus quum τύπον agnoscere constanter recusaret, saevissimis cruciatibus affectus (lingua ei excisa et manus dextra amputata est) et cum duobus discipulis in terram Laziorum (ad Pontum Euxinum) ejectus est ibique decessit. Crudelis haec agendi ratio omnes de dogmatis rixarum voces inclusit et inter *Petrum*, patriarcham Constantinopolitanum, et *Eugenium I.* papam foedus initum nomenque *Vitaliani* papae (657—669) etiam in diptychas Constantinopolitanas relatum est, quamquam τύπῳ non subscripserat. At paullo post concordia, quae inter Constantem et Vitalianum intercedebat, turbata est, quum imperator in lite Vitaliani et Mauri, archiepiscopi Ravennatis, secundum hunc judicavisset. Quae contumelia papae illata animum addidit *Theodoro*, patriarchae Constantinopolitano, ut simul cum *Macario*, patriarcha Antiocheno, qui quod Syria a Saracenis occupata erat, Constantinopoli commorabatur, vehementer ab imperatore *Constantino Pogonato* (668—685) peteret, ut Vitaliani nomen e diptychis tolleret; imperator diu reluctatus tandem ob periculum a Saracenis minitans ei morem gessit. Simulatque autem Constantinus cum hostibus bella composuit, etiam domi pacem restituere studebat. Quum vero id optime, si papae Romano postulata concessisset, se efficere posse confideret, Theodorum patriarcham a munere removit et archiepiscopum Ravennatem sedi Romanae subjecit.

Quo facto imperator *concilium oecumenicum sextum sive Trullanum primum* indixit (680). Ad deliberandum de rebus in concilio agendis *Agatho* papa Romam CXXV episcopos convocaverat, qui litteras ad imperatorem composuerunt, quibus se severe decreta Lateranensis concilii primi observaturos esse profitebantur. Actum est in concilio primum de querelis legatorum Romanorum qui dicebant haeresim de *una* in Christo voluntate et operatione adhuc persistere; cui doctrinae deinde *Macarius* Monotheleta, patriarcha Antiochenus, patrocinatus est. In octavo consessu *Georgius*, patriarcha Constantinopolitanus, ostendit doctrinam, qua duae in Christo statuerentur voluntates, sanam et justam esse seque illam amplecti; in cujus sententiam longe plurimi episcopi abierunt; Macarius damnatus urbe expulsus est. Actio XIII. proscribit auctores Monotheleticae haeresis, Sergium, Cyrum, Pyrrhum, Petrum, Paulum, Theodorum, Pharanensem episcopum, Honorium papam; actio XVIII praesente imperatore *dogma de duabus in Christo voluntatibus pronuntiat.* Litteris ad papam *Leonem II.*, qui Agathoni successerat, datis synodus negotiorum actorum rationem reddidit eumque rogavit, ut decreta edita confirmaret. *Ubique in imperio Romano unitas ecclesiae restituta est, dyophysitismus et dyothelitismus ubique e pugna discesserunt superiores.*

Constantinopolitani autem ob cladem acceptam ultionem meditati effecerunt, ut Theodorus, princeps Monotheletarum, ex dignitate expulsus Georgio mortuo iterum in sedem patriarchalem Constantinopolitanam eveheretur. Magis etiam hae inimicitiae exarserunt, quum imperante *Justiniano II.* (685—711), Constantini imperatoris successore, a Byzantinis identidem rixae de papa creando moverentur.

Odium diu dissimulatum, quod ecclesia Romana falsi dogmatis argui non poterat, denique plane exarsit, quum Byzantini *in disciplinae ecclesiasticae et ceremoniarum sacrarum diversitate quae inter Graecos et Romanos intercedebat*, locum reperissent, unde in eam impetum facere possent. Egerunt Graeci maxima cum prudentia, ut quantum fieri posset, minimam offensionem excitarent; usi igitur sunt hac astutia: Quum in duobus postremis conciliis oecumenicis ad

constitutionem ecclesiae respectum non esset, synodum, qua ad consequenda sua consilia egebant Byzantini, novam existimari volentes *Concilium quinisextum* (σύνοδον πενθέκτην) nominaverunt. Habitum est hoc concilium a. 692 Constantinopoli in trullo palatii imperatorii, unde *secundum Trullanum* quoque vocatur; statuti sunt CII canones, quibus fidei praecepta oecumenicorum conciliorum confirmantur, et de moribus disciplinaque ea praecipiuntur, quae fere omnia jam pridem in ecclesia valebant; at erant hi sex inter canones, quibus consuetudo Latinorum ecclesiastica proscribebatur. 1) *Canon II.* confirmat octoginta quinque canones Apostolicos, quamquam ecclesia Romana quinquaginta priores tantum receperat; porro decreta conciliorum Nicaeni, Ancyrani, Neocaesariensis, Gangrensis, Antiocheni, Laodicensis, Constantinopolitani (381), Ephesini, Chalcedonensis, Sardicensis, Carthaginiensis, Constantinopolitani (394); praetermissa sunt omnia decreta conciliorum Latinorum, solis exceptis Carthaginiensibus, quae potestati papae non favebant. Denique confirmati sunt canones Dionysii Alexandrini, Petri Alexandrini, Gregorii Thaumaturgi, Athanasii, Basilii Magni, Gregorii Nysseni, Gregorii Nazianzeni, Amphilochii Icoriensis, Timothei Alexandrini, Cyrilli Alexandrini, Gennadii patriarchae Constantinopolitani, Cypriani; decretalia autem paparum Romanorum omissa sunt. 2) *Can. XIII.* presbyteris et diaconis matrimonio interdicit. 3) *Can. XXV.* jejunium sabbatis quadragesimae reprobat. 4) *Can. XXXVI.* repetit et confirmat canonem Constantinopolitanum III. ac canonem Chalcedonensem XXVIII, quibus potentia patriarchae Constantinopolitani praecipue augebatur. 5) *Can. XLVIII.* vetat sanguine et suffocatis vesci. 6) *Can. LXXXII.* imagines Christi sub forma agni prohibet.

Basilius quidem, papae legatus, et internuntii sedis apostolicae Romanae, Constantinopoli commorantes, canonibus concilii decepti subscripserunt, quum vero ad *Sergium* papam, ut agnosceret eos et probaret, missi essent, statim hic, ne acta publice ederentur, vetuit, se mori malle professus, quam ejusmodi novationibus subscribere. *Justinianus II,* imperator, *Zachariae* praefecto Romano praecepit, ut papam in vincula conjiceret, sed seditio exercitus mota est ad defendendum Sergium, qui Zachariae vitam servavit. Justinianus II. anno 695 imperio ejectus et crudeliter mulcatus in Chersonesum deportatus est; *itaque Sergius periculo liberatus auctoritatem et dignitatem sedis Apostolicae sustentavit, concilium autem Trullanum secundum tantummodo in Oriente, non in Occidente agnitum est, qua re separatio utriusque ecclesiae primum publica apparuit.* Justinianus II. quum bis armorum vi imperium recuperare conatus denique id obtinuisset, valde facilem se erga papam praebuit, acta concilii quinisexti Romam misit rogavitque *Ioannem* papam *VI.*, ut iis tantum, quibus visum esset, subscriberet; papa vero acta immutata et non subscripta remisit. Anno 710 Justinianus *Constantinum* papam *I.* magnis promissionibus permovit, ut Constantinopolim veniret eumque cum munificentia et honoribus excepit. »In die autem, qua se invicem viderunt [imperator ac papa], Augustus Christianissimus cum regno in capite sese prostravit, pedes osculans pontificis; deinde in amplexum mutuum corruerunt. Et facta est laetitia magna in populo omnibus aspicientibus tantam humilitatem boni principis. Die vero dominico missas imperatori fecit; et communicans princeps ab ejus manibus, proque suis delictis deprecaretur, pontificem postulans, omnia privilegia ecclesiae renovavit, atque sanctissimum papam ad propria reverti absolvit«. In hoc conventu de concilio quinisexto tractatum esse satis verisimile est, quid autem effectum sit, ignoratur, *Ioannes* papa *VIII.* (872—882) omnes leges, quas Graeci a sexta synodo perhibent editas (id est a secunda Trullana), ita admittit, ut nullatenus ex his illae recipiantur,

quae prioribus canonibus vel decretis sanctorum sedis hujus pontificum aut certe bonis moribus inveniantur adversae.

Anno 711 Justiniano II. occiso successit *Philippicus Bardanes* (711—713), qui Monotheletas denuo fovit et evexit, remque eo adduxit, ut omnes Orientales episcopi in doctrinam de una voluntate jurarent; soli Romani pertinaciter renuerunt, imperatori obsequium renuntiantes. Eum ubi *Anastasius* imperio expulit, Graecos episcopos ad orthodoxiam reduxit et doctrinam de una in Christo voluntate damnavit, quae ex eo prope coenobium Maronem miserabilem in modum perstitit, donec duodecimo saeculo exeunte omnino extincta est.

Sic Romani ex omnibus dogmaticis certaminibus, quae a prima synodo Nicaena inceperant, superiores discesserant et jam de ecclesiae disciplina, constitutione, ceremoniis litigatum est.

XII.

Causae non praetermittendae separationis ecclesiae orientalis ab occidentali in controversiis de dioecesium conditione et de imaginum cultu ortis sitae sunt. Cum enim praefectura Illyrici orientalis, cujus caput erat Thessalonice, Theodosio M. imperante orientali imperio adjuncta esset (379), nihilominus tamen episcopus Thessalonicensis, cui omnes Illyriae episcopi subjecti erant, papae legatus permanserat. Tum episcopi Constantinopolitani perpetuo orientalem Illyrici partem sub potestatem suam redigere studebant, sed omnes eorum conatus ad irritum ceciderunt, donec demum saeculo octavo, quod concupiverant, adjutore Leone Isaurico imperatore consecuti sunt. Praeclare quidem, sed fortasse rem verbis augens, narrat Petrus de Marca: »Lugendum«, inquit, »illud schisma et omnibus saeculis deplorandum, quod florentissimas orientis ecclesias a capite suo avulsit, non in aliam causam conjiciendum est quam in contentionem, quae ob dioeceses malo more usurpatas exarsit. Non enim in eam haeresim, quae de processione sancti Spiritus dimicantes ecclesias postea collisit, referenda est hujus dissidii causa, sed in eam, de qua dixi, dioeceseos usurpationem; unde nata est Graeculis occasio de summis Christianae religionis capitibus et certis quibusdam disciplinae articulis litis movendae adversus Romanam ecclesiam, ut secessionem suam necessariam omnibus comprobarent. Rem certam narrabo, etsi fortasse non omnibus obviam, qui mediae aetatis scriptores terunt. Leo Isaurus per omnes imperii Constantinopolitani provincias usum imaginum in templis edicto abrogavit et infringi jussit. Gregorius II et III. coactis Romae conciliis tantum nefas damnarunt et contumaces anathemate defixerunt. Hinc qui Ravennae et in ceteris Italiae provinciis excubabat exercitus, conjunctis populorum studiis in rebellionem adeo praefracte erupit, ut de novo imperatore constituendo cogitaret, nisi Gregorius pontifex summa auctoritate intercessisset, in eo sistendum ratus, ut communione ecclesiae non imperii dignitate Leoni esset interdictum. Quoniam tamen a pontifice, non sane nominatim, sed per consequentiam quandam, abstentus erat ecclesiae communione atque inde rebellionis occasio erat profecta, dolorem suum ita ultus est, ut supra patrimoniorum et latifundiorum capionem, quae in Sicilia et Calabria sita erant, earum omnium provinciarum, quae a Sicilia usque Thraciam per Illyricum, Epirum, Achajam et Macedoniam porrigebantur, administrationem ab ecclesia Romana avelleret et Constantinopolitanae tribueret«.

»Post quinquaginta exinde annos occasione septimae synodi Nicaenae captata, quo legatos suos misit Hadrianus I, ut ecclesiae laboranti in Oriente et ob imagines confractas discissae

opitularetur, restitutionem dioeceseos abscissae tanto justius petivit, quod ecclesia Romana per summum scelus hanc vim passa erat ab ea haeresi, quae tum in synodo proscribebatur. Sed nihil promovit legatorum conatus, ut hac de re graviter apud Carolum Magnum Francorum regem conqueritur Hadrianus; adeo, ut animo fixum sibi esse profiteatur Graecos illos tot monitionibus rebelles et alienae dioeceseos pervasores pertinacissimos, nisi quantocyus eam ecclesiae Romanae restituant, inter haereticos censere. De dioecesi, inquit ille, sanctae nostrae Romanae ecclesiae tam archiepiscoporum quam episcoporum, seu de patrimoniis aerum increpantes commonemus, ut si noluerit ea sanctae nostrae Romanae ecclesiae restituere, haereticum eum pro hujusmodi erroris perseverantia esse decernimus. Quae anathematis comminatio effectum tandem sortita est, postquam Romanorum patientiam morosae Constantinopolitanorum ludificationes exhauserunt. Etenim cum a Nicolao I. Michaël imperator legatos impetrasset in eum finem, ut una cum synodo in Oriente cogenda Ignatii patriarchae exauctoritatem et adulterium Photii, id est, Constantinopolitanae sedis incubationem, consensu suo firmarent, Nicolaus non insuperhabuit sedis suae jura; quin potius provinciarum Illyrici, Macedoniae, Thessaliae, Achajae. Epiri et Siciliae petitionem renovavit. Verum nulla tam honestae expostulationis habita ratione a Bulgaria (quae erat Illyrici non contemnenda portio et recens ad fidem converso rege Michaële ad Romanae ecclesiae dispositionem accesserat) per vim a Constantinopolitanis fuit deturbatus«.

Luce clarius esse debet, magnam iconomachiam multum ad separandas ecclesias Orientis et Occidentis contulisse. In iconomachia non pugnantes theologi in acie stant, sed quum ab imperatore Leone Isaurico excitata esset, rixa procedente reges reginaeque pugnaverunt; quod bellum et infimos homines graviter afflixit et atrociter depugnatum est. Mira erat in hoc certamine crebra vicissitudo fortunae. *Synodo a. 754 Constantinopoli habita* Iconoclastae victores discesserunt, et in Oriente imperium obtinebant; sed paulo post res plane mutata est; concilium oecumenicum septimum Nicaeae habitum (787) Romanorum precibus obsecutum, imagines secundum veterum memoriam porro colendas esse declaravit, ut jam loco, quem modo attulimus, Petrus de Marca prodit. Contra hoc decretum imperator Leo Armenius anno 814 imaginum cultum rejecit; attamen hic cultus magis magisque invaluit, ita ut Theodora Augusta ejus victoriam quotannis supplicatione, quam Graeci ἑορτήν sive κυριακὴν τῆς ὀρθοδοξίας vocant, celebrari juberet. Quum vero identidem imaginum osores extitissent, *synodi Constantinopolitanae annis 869 et 879 habitae, quibus hic cultus sustentaretur, decreta ediderunt. Insuper ex ratione et modo, quibus media, quae dicitur, aetas antiquitatem in rebus civilibus excepit, separationem ecclesiae orientalis ab occidentali necessario oriri videmus;* utraque propria utitur fortuna; Oriens barbarorum turbis quoquoversus irrumpentibus agrosque vastantibus succumbit, sed victores ipsi obedientes insigni historiae legi cultum, mores, religionem populi victi amplectuntur ita tamen, ut novum vigorem iis addant novique rerum status fundamenta jaciant.

In Italia imperio Occidentali everso Germanicum regnum ab *Odoacro* conditum erat, quod deinde *Theodoricus*, Gothorum rex, comprobante Byzantino imperatore Zenone delevit. Post bellum XX annorum *Byzantini* totam Italiam sub potestatem suam redegerunt, sed jam XIII annis post septentrionalem ejus partem usque ad Tiberim *Alboino*, Longobardorum regi, cedere coacti sunt. Successoribus vero ejus regni fines in dies latius proferentibus *Aistulfo*que summum Romae imperium petente, quum Longobardorum rex neque summis precibus neque opulentis donis arceri posset nec ab imperatore Byzantino auxilium expectari posse videretur, *Stephanus* papa *II.* ad *Pippinum*, Francorum regem, confugit, qui anno 754 in Italiam pro-

4*

fectus, Longobardos amplis regionibus cedere vi coëgit. Postea has terras Romanis donavit, unde papae ditio et potestas civilis originem duxit. In Pippinum omnesque ejus successores patriciatū Romano translato omne in rebus publicis commercium cum Byzantinis sublatum erat.

In imperio Romano Orientali gentium migrationes IV et V saeculo veteres civitatis conditiones turbare et evertere minatae erant, tempestate vero dissipata et dilapsa Oriens nec usus est redintegratione, qua tempestate exacta natura afficitur. Byzantinum imperium et Byzantina ecclesia eadem via progressa et eundem animum retinens nihil novi vigoris et vitae sensit vel in se recepit. Jam externum et spirituale vinculum inter Orientem et Occidentem solutum erat, rerumque civilium turbae et ex his ortae civitatum mutationes ad separandam et dirimendam ecclesiam alteram ab altera multum conferebant.

XIIII.

Dogmaticae controversiae, quae per compluria saecula identidem contentiones inter Graecos et Romanos excitaverant, omnes, ut supra exposuimus, pro Romanis disceptatae nec diuturnae erant. Sed dum hae controversiae aguntur, quae potissimum filium in Trinitate spectabant, aliud dogmaticum certamen *de Spiritu sancto* natum est. Ut enim consubstantialitas filii cum patre luculentissime ostenderetur, dogmate statuto sancitum est in occidente, Spiritum etiam a filio procedere; quare in symboli loco, quo declarabatur Spiritum Sanctum a Patre procedere, adjectum est »*filioque*«.

Ad hanc igitur causam, qua ambarum ecclesiarum separatio maxime effecta est, praesertim animum attendamus.

Decretum concilii Constantinopolitani oecumenici secundi (381): »[Πιστεύομεν] *εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα, τὸ κύριον, τὸ ζωοποιὸν, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν*« christianus terrarum orbis orientalis amplexus est, quum nulla causa ejus mutandi esset. In Occidente autem propter Arii haeresim nondum prorsus extinctam opus erat, simplicem illam symboli Constantinopolitani definitionem amplificare. Quo factum est, ut sub finem saeculi quarti complures doctores ecclesiae docerent, Spiritum Sanctum a patre *et filio* procedere. *Hilarius* de trinitate dicit: »De spiritu sancto nec tacere oportet nec loqui necesse est; sed sileri a nobis eorum causa qui nesciunt non potest. Loqui autem de eo non necesse est, qui Patre *et Filio* auctoribus confitendus sit«. *Augustinus* de trin.: »Fatendum est, Patrem *et Filium* principium esse Spiritus sancti«. — »Nec possumus dicere, quod Spiritus sanctus et a filio non procedat, neque enim frustra idem Spiritus et Patris et Filii Spiritus dicitur«. *Gennadius Massiliensis* († 495) in lib. de eccles. dogm. »Credimus unum esse deum patrem, filium et spiritum sanctum: patrem eo quod filium habeat, filium eo quod patrem habeat, spiritum sanctum eo quod sit ex patre *et filio*. Pater ergo principium deitatis: qui sicut nunquam fuit non deus, ita nunquam fuit non pater, a quo filius natus, a quo spiritus sanctus non natus, quia non est ex nihilo, sed ex deo patre et *deo filio* deus procedens« etc. etc. Idem docent *Ambrosius* et *Leo Magnus*.

Quae doctrina quum in dies latius vulgaretur, denique in *synodo Toletana* (589) in symbolum Constantinopolitanum recepta est (ex patre *et filio* procedentem). *Reccaredus rex* synodum allocutus: »Spiritus sanctus a nobis confitendus est et praedicandus a Patre *et Filio* procedere et cum Patre et Filio unius esse substantiae, tertiam vero in Trinitate Spiritum sanctum esse personam, qui tamen communem habeat cum Patre et Filio divinitatis essentiam«;

et in Gothorum assertione catholica legitur: »Quicunque Spiritum sanctum non credit, aut non crediderit a Patre *et Filio* procedere, eumque non dixerit coaeternum esse Patri et Filio consubstantialem; anathema sit«.

Etiam in symbolum Athanasianum (saeculo VI. compositum) hoc additamentum statim receptum est: »Spiritus sanctus a patre *et filio* non factus nec creatus, nec genitus est, sed procedens«.

Tres oecumenicae synodi in Oriente habitae, secunda Constantinopolitana (553), tertia Constantinopolitana (680), secunda Nicaena (787) hoc additamentum non improbaverunt; jam autem affirmavit *Theodorus Mopsuestenus* († 429) de spiritu sancto: »sed nec filium illum putamus, neque per filium existentiam accepisse« et *Theodoretus*, Cyri episcopus († 451), »tanquam blasphemum et impium rejecit, si dicatur, spiritum sanctum ἐξ υἱοῦ ἢ δι' υἱοῦ existentiam habere.« Etiam ex epistola *Maximi Confessoris* circiter annum 650 ad presbyterum Marinum scripta apparet, additamentum illud neglectum non fuisse et offensionem aliquam excitasse. Leguntur in illa epistola verba haec: »Sane igitur, sanctissimi, qui nunc est, papae [Martini I.] synodica, non in tot capitulis, quot scripsistis, regiae urbis cives [Constantinopolitani] reprehenderunt, sed in duobus duntaxat. Quorum alterum est de fide Trinitatis, ac quod, ajunt, dixerit, *Spiritum sanctum etiam ex Filio procedere*. . . . Et primo quidem, consonantia Latinorum patrum testimonia protulerunt; praeterea etiam Cyrilli Alexandrini, ex ejus sacra lucubratione in sanctum Ioannem Evangelistam. Ex quibus, non causam se ac auctorem, Filium Spiritus facere ostenderant. Unam quippe Filii ac Spiritus causam Patrem noverant, ac auctorem; alterius quidem generationis modo, alterius vero processionis; sed ut per eum prodire significarent, eaque ratione conjunctionem substantiae nullaque evariatione similitudinem demonstrarent«.

Oblocuti autem palam sunt novationi Occidentalium Orientales exeunte demum saeculo octavo, quo tempore, ut *Ado Viennensis* († 875) narrat, legati a *Constantino Copronymo ad Pippinum* Francorum regem missi, *in synodo Gentiliciana,* cujus acta amissa sunt, quaestionem de processione Spiritus Sancti agitare coeperunt. »Facta est«, tradit Ado, »tunc temporis synodus anno incarnationis Domini DCCLXVII. et quaestio ventilata est inter Graecos et Romanos de Trinitate; et utrum Spiritus sanctus, sicut procedit a Patre, *ita procedat a Filio*«.

Carolo Magno imperante sententiae initio fluctuabantur, num additamentum »filioque« in symbolum recipiendum esset necne; postea autem quum Alcuinus, Theodulfus Aurelianensis, Paulinus Aquilejensis, qui antea additamentum impugnaverant, »filioque« recte se habere et secundum orthodoxiam esse ex literis sacris demonstravissent, in universo Francorum regno vulgo in hanc sententiam abitum est. Contendebant etiam jus esse ecclesiae, ejusmodi additamentum symbolo inserere, provocantes ad synodum Constantinopolitanam a. 381 habitam, quae et ipsa symbolum Nicaenum amplificasset.

In Forojuliensi concilio (791) dixit *Paulinus Aquilejensis:* »Propter eos, qui susurrant, spiritum sanctum solius esse patris et a solo patre procedere, additum est, qui ex patre *filioque* procedit«.

Denuo excitabatur illa quaestio, quum monachos in monte olivarum prope Hierosolyma sito, qui in sacris peragendis symbolum additamento illo auctum canebant, Graeci monachi aggressi essent. Franci monachi hanc ob rem ad *Leonem* papam *III.* confugerunt, dicentes, se consuetudinem patriam retinuisse; papa de hac re ad Carolum M. retulit, rogans, ut *concilio Aquisgranensi* (809) rem disceptandam proponeret. Quae ipsa synodus tres legatos ad papam

misit, sententiam ejus exquisitum. Leo Francam illam quidem doctrinam de processione Spiritus Sancti probavit, sed formulam Constantinopolitanam additamento immerito augeri censuit. At formula Toletana nihilominus Carolo M. auctore in toto Occidente servata est; unde plurimae dogmaticae contentiones inter Orientem et Occidentem sub finem saeculi noni exarserunt auctaeque sunt diversitate morum et rituum, quae maxime concilio quinisexto (692) orta erat. —

XIV.

Michaële III. imperante (842—867) maxima morum corruptela principis aulam invaserat; imprimis *Bardas,* homo vitiis flagitiisque omnibus deditus, multum ad res publicas gerendas valebat et in iis summa licentia versabatur. Sedem patriarchalem obtinebat *Ignatius*, vir et nobilitate generis et morum innocentia insignis; imaginum cultum acriter fovebat; ipse autem undique adversariis circumseptus, sola ab Theodora, imperatoris matre, erat adjutus. Is *Gregorii*, archiepiscopi Syracusani consecrationi, nescio qua de caussa, quominus interesset, recusavit. Gregorius hac de re cum aliis multis patriarcham in suspicionem adducere et loco movere studuit. Quare Ignatius per synodum (847) Gregorium munere removit; sed is patriarchae periculosissima negotia facessivit; quibus adductus, ille per legationes papam *Leonem IV.* et ejus successorem *Benedictum III.* rogavit, ut remotionem Gregorii auctoritate sua sancirent; quum vero uterque papa et Ignatium et Gregorium in judicium vocasset, neuter obsecutus est. — Acerrimi adversarii Ignatii porro erant satis multi imaginum cultus amici secreti, quorum maximus numerus in clero Graeco erat. Maximum autem periculum Ignatio imminebat inde, quod corruptelam aulae imperatoriae summo studio arguebat et praesertim Bardae minitabatur. Quum hic autem minas ejus neglexisset, Ignatius ei die festo epiphaniae sacra mensa interdixit; tum ejus animus cupiditate ulciscendi exarsit et testibus mercede conductis mandavit, ut patriarcham accusarent, quod, ut ipse in sedem patriarchalem ascenderet, Methodium decessorem suum e medio sustulisset; imperatorem juvenem permovit, ut Theodoram matrem et Theclam sororem ab Ignatio cultui divino consecrari juberet. Quod quum patriarcha recusaret, causa incognita munere remotus in insulam terebinthorum deportatus est. Tum vir ingenio, doctrina, divitiis, generis nobilitate excellens, *Photius,* magister scrinii epistolarum et praefectus praetorio, qui inter paucos dies omnes gradus ecclesiasticos ab laïco inde percurrerat, in sedem patriarchalem Constantinopolitanam evectus est. »Nam primo die monachus ex laïco, altero lector, tum hypodiaconus ac diaconus et presbyter; sexto deinde, qui fuit Christi natalis et ipse sacrum conscendens tribunal, pacem populo, nihil vera pace dignum cogitans, nuntiavit«.

Patriarchae novo res scelestissimas in aula imperatoria geri patiendum erat neque quin sacra turpissime polluerentur impedire ei licebat. Ut tamen dignitas tali modo occupata aliquam justitiae speciem prae se ferret, frustra Photius Ignatium ad abdicandum se munere adducere conabatur; is autem sectatoribus suis in synodum coactis Photium anathematizavit. Magna saevitia et crudelitate tum Bardas in Ignatii sectatores usus est et Photius anno 859 *synodum episcoporum suae factionis Constantinopolim* convocavit, qua Ignatius condemnatus et dignitate remotus est. Duae factiones jam in ecclesia Graeca inter se certabant, *imperatoria*, cujus Photius dux erat, et *ecclesiastica,* cui Ignatius expulsus praeerat. Nihil igitur aliud reliquum erat, nisi ut papae arbitrium et disceptationem controversiarum committerent.

Imperatoris studiosa factio prior causam suam ad *Nicolaum* papam I. deferre festinavit legatos opulentis donis et binis literis instructos Romam mittens. Altera epistola imperator

a papa petit, ut controversias ecclesiasticas propter Ignatium merito dignitate expulsum ortas componat, altera mendaciis et dolis referta Photius professionem suam fidei exhibet.

Continuo Nicolaus duo responsa per legatos Constantinopolim misit, quorum in altero ad Photium dato: »Sed rectum«, inquit, »vos ordinem minime continuisse doluimus, eo quod non per gradus ecclesiae ductus ad tantum honorem de laïci habitu vos prosiluistis, cum oporteret vestram prudentiam ita canonice vixisse in clericali ordine, ut nihil extra canonica instituta agentes, tempore congruo, ascensu legitimo constitueretis ecclesiae pastor..... Quapropter vestrae consecrationi consentire modo non possumus, donec nostri, qui a nobis Constantinopolim sunt directi, revertantur, qualiter per eos cognoscamus vestrae observationis actus et ecclesiasticae utilitatis constantiam et quo studio circa catholicae fidei defensionem vosmet exerceatis. Et nunc, si dignum fuerit, ut tantae sedis praesulem, ceu convenit, honorabimus et fraterna dilectione amplectemur«.

Ex altera multo ampliori epistola ad imperatorem missa ut maxime memorabilia exscribimus haec: ».... Igitur a vobis Constantinopoli congregatum concilium ab institutis supradictis manum considerationis suae reflectere non trepidavit; adeo ut Ignatium supra jam nominatae urbis patriarcham, sine Romani consultu pontificis, ibidem coetus conveniens, proprio privasset honore..... Ceterum his etiam sic injuste peractis, ad detestabiliora inconsiderationis suae votum, supradictam populi catervam dirigendo, de laïcorum habitu qui ei praeesset elegit pastorem. O quam praesumptuosa temeritas! ille praeponitur ovili divino, qui nescit adhuc dominari spiritui suo. Nam qui ignorat disponere vitam suam per gradus ecclesiae minime ductus, quomodo corrigere quibit vitam alienam subito electus?.... Verum iste Photius videlicet antea doctor prorupit, quam doctus extiterit; prius magister videri cupit, quam discipulus audiri, prius auditor esse debuit, ac deinde institutor; sed hic doctoris e contrario cathedram eligens, docere prius elegit ac deinde coepit doceri; prius sanctificare curavit, ac demum sanctificari; prius illuminare voluit et postmodum illuminari. Haec itaque catholicus ordo prohibet et sancta nostra Romana ecclesia talem electionem semper prohibuit per antecessores nostros catholicae fidei doctores..... His itaque paullisper praelibatis in supradicti viri consecratione consensum apostolatus nostri praebere non possumus, donec per missos nostros, quos ad vos destinavimns, cuncta quae in jam praenominata saepius urbe de ecclesiasticis causis seu ordinibus peracta sunt, vel agentur, nostris intimata fuerint auribus.....«

»Oportet enim vestrum imperiale decus, quod in omnibus ecclesiasticis utilitatibus vigere audivimus, ut antiquum morem, quem nostra ecclesia habuit, vestris temporibus restaurare dignemini, quatenus vicem, quam nostra sedes per episcopos vestris in partibus constitutos habuit, videlicet Thessalonicensem, qui Romanae sedis vicem per Epirum veterem, Epirumque novam, atque Illyricum, Macedoniam, Thessaliam, Achajam, Daciam ripensem, Daciamque mediterraneam, Moesiam, Dardaniam, Praevalim, B. Petro apostolorum principi contradicere nullus praesumat; quae antecessorum nostrorum temporibus, scilicet Damasi etc. sanctorum pontificum, sacris dispositionibus augebatur. Quorum denique institutiones ab eis illis in partibus destinatas per nostros missos, ut rei veritatem cognoscere queatis, vestrae Augustali potentiae dirigere curavimus«.

Jam in itinere Photii factio legatos magnis donis corrumpere et in suas partes ducere studuit et quum Constantinopolim advenissent, non secundum apostolicae sedis dignitatem excepti sunt, cum iis per centum dierum spatium omnium nisi suorum alloquendi facultas fuisset denegata. Per aliquod quidem tempus in exsequendis mandatis perstiterunt, sed brevi

cesserunt. »Quid enim proderit alicui«, dicit Nicolaus papa, »pro veritate primum quidem impetum dare et post paululum aut suasionibus aut terroribus aut alio quolibet vitio a veritatis tramite declinare?«

Anno 861 quum coram imperatore et papae legatis Photius praesideret, synodus habita et Ignatius arcessitus indignissime exceptus est. Papae literae ad imperatorem datae Graece conversae et turpissime corruptae recitatae sunt. Ignatius palam dixit, se legatos tunc demum agniturum esse, si antea hominem, qui summa injuria dignitatem suam occupasset, ex synodo removissent; quum vero legati praetenderent, sibi hoc facere non licere, et ad imperatorem provocantes, dicerent, eum ita rem geri velle, Ignatius respondit: tum vos judices non estis. Variis modis deinde conati sunt patriarcham ad abdicandum se dignitate sponte sua adducere, sed nihil profecerunt, quin etiam acerbissimae contumeliae et injuriae ei allatae constantiam viri non labefactaverunt. Denique, ut judicio facto munere removeri posset, commemoratum est, eum munus non legitime accepisse et in ultimo consessu multitudo infimae plebis juravit »Ignatium sine calculis non rite creatum esse patriarcham«. *Ignatio igitur anathematizato Photius legitimus patriarcha agnitus est.*

Continuo acta concilii ad papam missa sunt, ut iis subscriberet; Photius epistolam adjecit, quae specie clementiae, modestiae et blanditiarum dolis et astutia referta erat. Similis argumenti epistolam imperator ad Nicolaum misit, sed papa de vero rei statu falli non poterat, nam eodem tempore, quo literae et legati redeuntes, profugi Ignatii partium studiosi et Theognostus abbas, qui rei factae relationem papae tradebant, Romam pervenerunt, »petentes ut quae in Synodo remanserant indefinita, definiret, atque etiam postulantes ab eo dispensari in his, quae in octava synodo statuta fuerant, de non recipiendis promotis a Photio, vel qui subscripsissent Photii pseudosynodo contra Nicolaum papam factae«.

Haud multo post Nicolaus binas litteras misit, alteras ad imperatorem, alteras ad Photium. Ex prioribus exscribimus haec: »Quamobrem necessario in sententia nostra, qua stetimus, persistimus; et neque venerabilem Ignatium patriarcham in aliquo damnamus, neque Photium modo quolibet suscipimus. Verum quia omnibus accusationibus remotis, quibus strenuum virum Ignatium patriarcham ad apostolicam sedem asserebatis notabilem, unum opponentes tantummodo, quod potentia saeculari sedem pervaserit, vestro speciali deposuitis, damnastis et expulistis arbitrio; Photium ex laïcali agmine improvide in ejus loco subrogastis episcopum, aequanimiter ferre omnino non possumus, maxime quum horum duorum negotium investigari et nobis renuntiari, non diffiniri mandaverimus. Quapropter, ut diximus, nullo modo prudentis viri Ignatii patriarchae depositioni, vel Photii subrogationi assensum praebemus, quousque veritas omni falsitatis fuco nudata in praesentia nostra eluceat. ....

Sed et hoc vestrae clementiae intimare curavimus, quia sicut in vestris actis apostolicae sedi et nostro pontificio directis insertum invenitur, nescimus cujus fraude vel dolositate epistola nostra ad vos directa fraudata est. Et non solum quia in vestra praesentia secundum illius textum vel ordinem relecta non est, sed plura excerpta, quibus intellectus ipsius epistolae continebatur, aliud pro alio, ignoramus, quis temerarius coram vestro imperiali conspectu legendo percurrere vel interpretari praesumsit, quam si coram vestrae majestatis praesentia scrutari jusseritis, in aliquibus eam mutatam atque fraudatam locis reperietis«.

Alterae etiam majore vehementia sunt conscriptae; sic in eis legitur: »Constat enim sanctam Romanam ecclesiam per beatum Petrum principem apostolorum, qui dominico ore primatum ecclesiarum suscipere promeruit, omnium ecclesiarum caput esse et ab ea rectitudinem

atque ordinem in cunctis utilitatibus et ecclesiasticis institutionibus, quas secundum canonicas et synodicas, sanctorumque patrum sanctiones inviolabiliter atque irrefragabiliter retineret, exquirere ac sectari. Et ideo consequens est, ut quod ab hujus sedis rectoribus plena auctoritate sancitur, nullius consuetudinis praepediente occasione proprias tantum sequendo voluntates, removeatur, sed firmius atque inconcusse teneatur. Nam in loco, quo noster apostolatus vestram prudentiam commonuit, quia ex laïcali ordine sine canonica approbatione ad patriarchatus dignitatem subito transcendere contra patrum promulgationes non recusastis, sed temere atque impudenter ad tanti honoris culmen accedere praesumpsistis. . . . Decretalia autem, quae a sanctis pontificibus primae sedis Romanae ecclesiae sunt instituta, cujus auctoritate atque sanctione omnes synodi et sancta concilia roborantur et stabilitatem sumunt, cur vos non habere vel observare dicitis? nisi quia vestrae ordinationi contradicunt et ex laïco subito ad culmen patriarchatus transvolare resistunt? contra illud apostolicum »»Nemini cito manum imposueris««. Quod si ea non habetis de reglectu atque incuria estis arguendi; si habetis et non observatis, de temeritate estis corripiendi et increpandi. . . . . In damnatione innocentis Ignatii, quem vos ut depositum habetis, immoderate exarsistis; in cujus depositione, nisi prius veracissime illius cognoverimus transgressionem vel culpam inter depositos illum non numeramus neque damnamus, quia valde cavendum est, ne sine caussa innocens damnetur; et sicut illum in pristino honore mansurum, si ei damnationis crimina non comprobantur, sancta Romana retinet ecclesia; sic vos qui incaute et contra paternas traditiones promoti estis, in patriarchatus ordine non recipit, et neque ante justam damnationem Ignatii patriarchae in ordine sacerdotali vobis manere consentit«. . . . .

»De consuetudinibus quidem, quas nobis oponere visi estis, scribentes per diversas ecclesias, diversas esse consuetudines, si illis canonica non obsistit auctoritas, pro qua eis obviare debeamus, nil judicamus, vel eis resistimus; tamen cavere volumus, ne haec vestra consuetudo, quae omnium sanctornm patrum promulgatione convincitur, ut ex laïco non subito ordinetur episcopus, vires accipiat; aut in vestra ecclesia magis pullulet, operam dare minime cessamus. Quam etiam nostra apostolica tantum ambigit censura, quantum hanc temere recognoscit praesumptam«.

XV.

Ceterum Nicolaus contentus non erat, has literas misisse, sed anno 863 *synodum Romam coëgit,* cujus de decretis ex epistolis papae ad imperatorem datis haec praecipua exscribimus: »Photius, qui ex schismaticorum et se a sanctae communionis participatione avertentium parte esse dignoscitur et ex saeculari administratione atque militia et ex foro subito tonsuratus a Gregorio Syracusano dudum episcopo in synodo damnato et ab apostolica sede convicto episcopus ordinatus est et vivente ac superstite consacerdote nostro Ignatio sanctae ecclesiae Constantinopolitanae patriarcha, sedem ipsius invasit et sponsam, quam a Christo sponso immaculatam custodiendam veluti amicus sponsi perceperat, non per ostium, quod Christus est, sed aliunde ex adverso in ovile dominicum more furis, atque latronis ingrediens ac si violentus, rapax et sceleratus adulter irrupit. . . . . Deinde apostolicae sedis missos, quos pro caussa sanctarum imaginum et pro inquirenda et nobis renuntianda jam fati patriarchae dejectione et ob inveniendum modum promotionis hujus neophyti destinaveramus, quibus potuit argumentis a nostris mandatis avertere more Acacii quondam Constantinopolitani

haeretici patriarchae praesumpsit. . . . Postremo episcopos, qui ei tamquam adultero et pervasori communicare noluerunt, exilio relegavit et sui sceleris complices in eorum subrogare locis non timuit. Et usque hodie ecclesiam Dei diversis persecutionibus impugnare non desinit, ita ut fratrem et coëpiscopum nostrum Ignatium sanctissimum patriarcham inauditis poenis et horribilibus tormentis afficere non quiescat; sed et omnes quotquot pro veritate et fide cum eodem persistere comprehenderit, quibus praevalet modis perdere impraetermisse moliatur. . . . Si post notitiam hujus sanctionis tentaverit in Constantinopolitano throno praesidere aut saepe fato venerabili coëpiscopo nostro Ignatio, quominus ecclesiam sibi commissam sine quavis inquietudine regere possit, impedierit, vel si ulterius ausus fuerit, aliquid de sacro ministerio more sacerdotis contingere juxta praecedentem consuetudinem, nullo modo liceat ei communionis spem aut locum habere satisfactionis, sed anathematis vinculis innodatus una cum communicatoribus suis atque fautoribus suis perpetuo Dei per nostram mediocritatem judicio ac sententia sacrum corpus et sanguinem Domini nostri Jesu Christi, non nisi vicino mortis periculo, omnino percipiat; ut haec unusquisque discens nequaquam de caetero temeraria praesumptione ex laïcis subito in dominicis castris insperato quodammodo impetu irrepere audeat et principatus amore ante ducatum praestare velit, quam tironis consummet officium et ante tentet docere, quam discere.... Gregorium sane, qui Syracusanae ecclesiae irregulariter atque Deo contempto praeest, eo quod et ipse ex parte schismaticorum sit etc., anathema sit. Sed et si contra fratrem et coëpiscopum nostrum Ignatium turbas excitaverit vel ab ejus communione fideles averterit, anathema sit. Et omnes communicantes ei ab ecclesia objiciantur, sed et ipsi anathema sint«.

»Eos vero, quos Photius neophytus, et Constantinopolitanae sedis invasor, in quolibet ecclesiastico ordine provexit, quoniam manifestum est, eos in omnibus consecratoris sui pravitatibus consensisse, atque ei post invasionem communicare, omni clericali officio privamus et apostolica atque canonica auctoritate et synodali decreto eos penitus sequestramus«.

»Reverendissimum et sanctissimum fratrem et coëpiscopum nostrum Ignatium st. Const. ec. patriarcham, qui primo quidem imperiali violentia ac terrore, proprio throno privatus est, et postea a Photio adultero, praevaricatore ac pervasore sedis Const. et ab ejns complicibus anathematizatus est, et postremo ab apostolicae sedis misso contra nostram praeceptionem infulis et sacerdotalibus despoliatus, auctoritate summi judicis Domini nostri Jesu Christi promulgamus, sancimus atque decernimus, unquam nec fuisse nec esse depositum, vel anathematizatum, tamquam qui ab imperiali potentia sit absque ulla canonica auctoritate pulsus ecclesia, et tamquam qui ab alligatis nullo possit haberi vinculo colligatus et ab eis qui nullam eum judicandi potestatem vel ab apostolica sede auctoritatem habuerint et nullum sui honoris discrimen pati debuerit. . . . Eos autem episcopos, seu cujuslibet ordinis clericos, qui post injustam dejectionem fratris et coëpiscopi nostri Ignatii vel in exilio relegati, vel ministerio aut gradu invidiose privati sunt, statuimus, ut exilio dissoluto proprias sedes atque gradus recipiant. . . . Quod oportet nos majorum nostrorum statuta immoto mentis intuitu conservare et in omnibus sanctorum patrum semper dogmata venerari, definimus de sacris et venerandis imaginibus Domini nostri Jesu Christi, ejusque semper virginis genitricis Mariae, omnium sanctorum . . . . illibata persistere atque intemerata manere«.

Acta hujus concilii cum epistola Nicolaus ad Michaëlem misit. Duobus demum annis post concilium Romae habitum imperator literas ad papam dedit, quae quidem sunt deperditae, sed quarum argumentum satis ex epistola Nicolai ad clerum Constantinopolitanum data cognoscitur: Papam honori sibi ducere oportuisse, quod post tam longum tempus denuo

Constantinopolitani ad eum provocassent, ceterum hoc non eo spectare, ut papam judicem in rebus ecclesiasticis agnoscere vellent. Photium etiam papa non probante in munere mansurum esse, cum ille nihil auxilii, quod prodesset, Ignatio ferre posset. Latinos imperator nominavit barbaros, Scythas, Romam urbem obsoletam.

De his literis criminosis dicit Nicolaus in epist. ad clerum Constantin.: »Praeterea non omittendum esse credimus nos commemorare praeterito anno per indictionem XIII. epistolam sub nomine principis conscriptam per Michaëlem imperialem protospatharium suscepisse, quae tantis erat verbis contumeliosis, immo blasphemiis respersa, ut scriptor ejus non nisi in gutture colubri calamum tinxisse putetur, et dictatoris labia pro dictionibus venena fudisse videantur, adeo ut si cujuspiam simplicium cor penetrent et hos continuo necent; nimirum tanto miserabilius, quanto mors animae magis quam corporis per illum virulentum haustum admittitur. . . . . Sicque demum omnia, quae male sunt compilata, non solum adversus nos et hanc sanctam ecclesiam, verum etiam contra fratrem nostrum et comministrum Ignatium, coram universa imperii sui multitudine igni tradenda decernat. Impossibile est enim, ut tantorum ac talium sanctorum patrum et propugnatorum catholicae ecclesiae ac destructorum diversarum haereseon atque defensorum orthodoxae fidei blasphemias aequanimiter sustineamus, vel etiam tantae sedis, sive tam excellentis ecclesiae Romanae, cui Deo deservimus auctore, contumelias perferamus«.

Magna cum dignitate, gravitate ac prudentia Nicolaus ad imperatoris literas respondit; primum vituperat ejus superbiam et arrogantiam eique crimini vertit, quod episcoporum consiliorum in concilio particeps fuisset, iis quasi instrumentis usus; nunquam nisi quum de fide ageretur, quae universalis esset, quae omnium communis esset, quae non solum ad clericos, verum etiam ad laïcos, et ad omnes omnino pertineret Christianos, factum esse, ut imperatores in synodis apparerent. Reprehendit quoque Nicolaus scribendi modum et rationem, quibus in epistola usus erat. »Illi [priores imperatores], dicit, petimus, invitamus ac rogamus, ecce sparsim ad sedis apostolicae praesules, sed pari pietate clamant. Vos autem quasi non mansuetudinis et reverentiae, sed solius imperii eorum haeredes effectu praecepisse, jussisse ac imperasse vos, ut quosdam subjectorum nostrorum ad vos mitteremus, asseritis«.

Honorem praeferens imperatoris postulata rejicit et repudiat, nam si eos, qui Romam fugerent, traderet, non aliter se atque Judam Domini proditorem acturum esse, legesque violaturum, quae vel inter ethnicos valerent. »Tanta milia«, inquit, »hominum protectioni ac intercessioni beati apostolorum principis Petri ex omnibus finibus terrae properantium sese quotidie conferunt et usque in finem vitae suae apud ejus limina semet mansura proponunt«.

Quid papa sic agens Constantinopoli effecerit et quomodo animos commoverit, nobis traditum non est; constat tamen, insequenti anno (866) denuo legationem Roma esse missam, quae trinas literas, ad imperatorem, ad Photium, ad clerum Constantinopolitanum, perferret; scriptum in iis denuo erat de rebus actis et querelae superiores repetitae erant. Epistolae quoque ad Theodoram, matrem imperatoris ejusque uxorem, Eudoxiam, et ad senatum Constantinopolitanum legatis perferendae datae erant, sed quum hi tantum ea lege, ut Graecorum symbolo subscriberent et Photium legitimum patriarcham agnoscerent, in fines Graecos admissi essent, re infecta redierunt.

XVI.

Edictum quo Photius munere removebatur et anathematizabatur in synodo Romae 863 habita, hic non melius rependere posse sibi videbatur, quam si sua vice adversarium suum anathematizaret. Quod factum est *in synodo Constantinopolitana anno 867 habita.*

In *encyclica epistola,* quam Photius ad eos qui archiepiscopales thronos per Orientem obtinebant, i. e. Alexandrinum et caeteros miserat et qua ad hoc concilium invitavit, primum diversitates inter ecclesiam Latinam et Graecam, quas olim vix leviter attigerat, magna vi commemorat et ostendit; quo factum est, ut dissensio, quae ad illud usque tempus tantum inter singulos homines erat, tum controversiam inter ecclesias excitaret. »Imprimis, inquit Photius in encyclica commemorata, contra ecclesiae canones illicite ad sabbatorum jejunia traducebant. Solet autem vel levissima traditionum neglectio homines ad totius doctrinae contemtum traducere. In secundis, primam jejuniorum quadragesimalium scilicet septimanam a caetero jejunio discerpentes, in lactis potionem, casei esum, et similium ingurgitationem traxerunt. Ab his exordiis transgressionum vias dilatantes, de recto tramite et regia via deturbarunt; sacerdotes deinceps legitimo conjunctos matrimonio, qui puellas multas sine viro mulieres effecerunt, et mulieres pueros educantes, quorum nemo patrem novit, vere, ut dixeram, sacerdotes Dei abominari et aversari docuerunt; semina nimirum Manichaeorum agricolationis apud illos serentes, et animas, tam nuperrime semen pietatis proferre incipientes, superiore seminatione zizaniorum male perdentes.

Sed et chrismate inunctos per sacerdotes, denuo chrismate inungere non dubitabant; cum se episcopos praedicarent et presbyterorum chrisma inutile quiddam ac frustra factum comminiscerentur.

An talem quis insaniam aliquando fando audivit, quam non cohorruere insanientes isti factitare? ut semel oleo delibutos rursus inungerent, et augusta illa divinaque Christianorum mysteria in bene longas nugas et risum lubentiamque conversa proculiarent. Sed vide insanctificatorum fallacias. Non licet, dicebant, sacerdotibus baptizatos oleo sanctificare: hoc enim solis lege concessum episcopis. Verum unde illa lex? Quis legislator? etc.

Enimvero non in istis tantum peccare sunt inducti, sed in ipsam impietatis coronidem, si quae ulla est, devenerunt. Praeter enim memoratas absurditates sanctum et sacrum symbolum, quod ab omnibus oecumenicorum conciliorum calculis confirmatur, et vim obtinet irresistibilem, sensibus spuriis, verbis adscititiis, quae summa fuit ipsorum audacia, conabantur adulterare. O machinationes diabolicas! *Spiritum sanctum novo more comminiscebantur, non solo Patre sed etiam Filio procedere«.*

Ultimum (885) et perfectissimum Photii opus esse videtur *Liber de Spiritus Sancti mystagogia**); in quo sententiam, quam in encyclica a. 866 scripta primum pronuntiaverat et in epistola ad archiepiscopum Aquilejensem explanaverat, quam diligentissime propugnare studet. Is liber magna cum eloquentia compositus raram ingenii sagacitatem prodit, quare et a posterioribus, qui schisma defenderunt, saepissime excerptus et ab unionis sociis ad suas sententias tuendas in usum conversus est. Sed saepe quae ex Latinorum doctrinis colliguntur, in mirum monstrosumque excurrunt et definitiones quam absurdissimae proferuntur, sententiaeque quales maxima ira studiumque possit invenire; quod non solum ex variis nominibus adversariorum,

---

*) Nuper primum editus a Dre Jo. Hergenroether Ss. theol. professore (Ratisbonae ap. Manz 1857).

quos Photius ubique Haereticos, Blasphemos, Pneumatomachos, hostes cunctae traditionis etc. etc. vocat, sed etiam ex tota argumentatione intelligitur. Photius in Mystagogia duo sibi proposuit; primum suam ipsius doctrinam confirmare, deinde adversariorum argumenta refellere et infirmare studet. Quod ad suam doctrinam confirmandam attinet, negat neque in sacris literis neque in synodis, neque in st. patrum operibus dictum esse, St. Spiritum originem habere ex Filio. Praecipue usus est argumentis ex ratione theologica ductis. In his tota ejus disciplina nititur, nimia arte argutiisque extructa. Latini praecipue patrum auctoritate nituntur tam ecclesiae Orientalis quam Occidentalis atque in sententiis probandis majori cum moderatione et modestia egerunt quam Photius in literis suis ostendit.

Ad repellendas has criminationes Nicolaus papa in epistola ad *Hincmarum*, Remensem episcopum et ceteros episcopos in regno Caroli constitutos, adhortatus est, insuperque has Graecorum criminationes recensuit: »Mentiuntur quoque, nos, sicuti per alia ipsorum conscripta indicatur, agnum in pascha, more Judaeorum, super altare pariter cum dominico corpore benedicere et offerre. Quin et reprehendere satagunt, quia penes nos clerici barbas radere suas non abnuunt, et quia diaconus non suscepto presbyteratus officio apud nos episcopus ordinatur«.

Cupiebat quoque Nicolaus, ut omnes metropolitani cum clero consilia inirent, qua ratione optime Graecae haeresi resistere possent. Hincmarus Odonem, episcopum Belvarensem, ut ecclesiam Latinam defenderet, admonuit; hic obedientem se praebuit scriptumque edidit, quod aetatem non tulit. Verisimile est Adonem Viennensem etiam libellum in Graecos composuisse, qui non jam extat. Aetatem autem tulerunt duo hujus temporis scripta in Photium. Alterius auctor est *Aeneas*, episcopus Parisiensis; is in exordio dicit plurimas haereses ab Oriente esse motas, et Photii criminationes in Latinos deinceps refutare studet. Uberrime papae summam in rebus ecclesiasticis potestatem exposuit regnumque ei ab Constantino M. donatum commemorat.

Alteram Latinam apologiam composuit *Ratramnus*, Corbejensis monachus, contra Graecorum opposita Rom. ecclesiae informantium libb. IV. Cujus priores libri tres dogma de processione Spiritus sancti a Patre *et Filio* evincunt ex sacris literis, ex patribus ecclesiasticis et ex canonibus conciliorum. Quarto libro magna moderatione disserit de discrepantiis ad ritus pertinentibus; ostendit his, qui omnibus temporibus fuerint, unitatem ecclesiae non turbari; eam enim solummodo sitam esse in fide communi de trinitate, Christi redemptione, de origine ejus ex virgine, de ipsius cruciatibus, ejus resurrectione, ascensione in coelum, deque adventu ejus ad supremum judicium faciendum, denique de baptismo in nomine Patris, Filii et Spiritus sancti tribuendo.

Nicolaus papa, priusquam ederentur hi libri, mortuus erat a. 867; secutus eum est *Hadrianus II.* Constantinopoli Aprili mense a. 866 *Bardas* interfectus et Septembri mense 867 ejusdem sicarii Basilii manui succubuit *Michaël* imperator. Homicida *Basilius*, quem atrocissima patrasse fama ferebat, imperium occupavit et ab hoc inde bonum et sapientem regem se praebuit.

Dum sic alii alios in muneribus summis et reipublicae et ecclesiae gerendis excipiunt, variis mutationibus etiam res ecclesiasticae succubuerunt. Controversia inter Graecos et Romanos autem hoc modo aliam formam induit. *Photio ex dignitate ejecto Ignatius denuo in sedem patriarchalem evectus est.* Papa auctore imperator duos episcopos, quorum alter ab Ignatio alter ab Photio stabat, legatos Romam mittens, eis ad papam literas dedit perferendas, in quibus inter alia dicit: »Et quaedam a nobis agenda fore visa sunt, quaedam vero paternae sanctitati vestrae penitus relinquenda. Verum nobis nihil amplius debere fieri visum est, nisi,

ut Photius quidem a sede removeretur, et secum quiescere hortaremur.... At vero Ignatius sanctissimus et spiritalis pater noster, qui clare injurias et tyrannidem pertulit secundum judicium et justificationem, quae in diversis epistolis vestris inventa est, per aequam et justam veritatem ad proprium thronum revocaretur: reliquis autem finem imponendum, immo vero et haec eadem approbandum, atque horum sequentia terminandum, spirituali sanctitati vestrae dimisimus.»

Etiam Ignatius ad Nicolaum literas dedit, quae his verbis incipiunt: »Eorum vulnerum atque livorum, qui in membris hominis consistunt multos, medicos protulit ars; hanc quidem passionem alio accipiente, et alteram altero, et per experientiam amputante et medente; eorum vero, quae in membris sunt Christi et Dei salvatoris, omnium nostrum capitis et sponsae catholicae et apostolicae ecclesiae, unum et singularem praecellentem atque catholicissimum medicum ipse princeps summus et fortissimus sermo et ordinator et curator, et solus ex toto magister Deus omnium produxit, videlicet tuam fraternam sanctitatem et paternam almitatem: propter quae dixit Petro magno et summo apostolorum: »»Tu es Petrus«« etc. Deinde postquam de Graecae ecclesiae conditione disseruit, sub finem ita pergit: »Sunt autem apud eos, qui contra veritatem postea in rabiem versi, et quemadmodum quadam satanae operatione furentes, validissimam etiam contra nos ostenderunt insaniam. Primum igitur de hujusmodi imploramus dari dispositionem; deinde de his qui ab illo manus impositionem susceperunt, et secundum ea etiam ipsi similiter per omnia frustra nequiter egerunt: insuper de presbyteris, qui ex nostra consecratione consistentes, semel ei communicaverunt« etc.

XVII.

Anno 868 *synodus Romam coacta est,* in qua Hadrianus II. tribus allocutionibus universam Photianam controversiam explicavit. Synodus nonnulla decreta edidit, ex quibus haec exscribimus: »C. I. Conciliabulum vanitatis a Photio, et hujus fautore, Michaële videlicet, tyrannice imperante, Constantinopoli nuper adversus apostolicae sedis reverentiam et privilegium congregatum, utpote veritatis inimicum et omni falsitate repletum, quin et sibi consentientium animas interficiens, Ephesino latrocinio comparandum fore statuimus, et ipsius execranda gesta, quibuscunque habeantur monumentis inserta, summi judicis domini nostri Jesu Christi, sanctorum quae apostolorum principum Petri et Pauli, nostraeque mediocritatis auctoritate, penitus abolenda decernimus; ita ut igni voranda tradantur et anathemate perpetuo percellantur. Similiter de ceteris scripturis, quae viris jam nominatis auctoribus, contra eandem sedem tempore diverso sunt editae, gerendum modis omnibus definimus«. C. III: »Photium, qui, licet sit a decessore meo et a nobis pro criminibus ante patratis jure damnatus et anathematizatus, nunc tamen quia recentioribus excessibus priores iniquitates valde transcendit, et ponens in coelo os suum adversus veneranda sedis apostolicae privilegia nova temeritate prorupit, dum scilicet ordinationi supernae, in beati Petri apostoli principatu dispositae, resistere minime formidavit, et in cathedra non sanitatis, sed pestilentiae sedens congregavit conventicula de sanguinibus, cum videlicet sibi faventium simpliciorum animas interfecit, et utpote inventor mendacii et fabricator perversorum dogmatum, non nisi falsitatis praestigia et omnis mendacii figmenta solito more congessit, atque tam contra decessorem meum sanctae recordationis papam Nicolaum, quam etiam contra nos, ac per illum, in apostolicum culmen nec iniqua garrire fauce trepidavit, nec manus obvias, quod nemo unquam praesumpsit, audacter extendere formidavit, apostolicae auctoritatis censura iterato damnamus« etc. C. IV. De iis vero, qui eidem impio conciliabulo

consenserunt, vel subscripserunt, si decreta decessoris mei secuti fuerit, et ad reverendi patriarchae Ignatii communionem repedaverint, atque idem conciliabulum anathematizaverint, atque monumenta illius, vel exemplaria inventa cremaverint, ecclesiae communione fruantur; alias autem ne hac digni reperiantur. Sane filium nostrum Basilium, clementissimum et orthodoxissimum imperatorem, quia et illius nomen in ejusdem profani conciliabuli gestis, ut ipsius et sanctissimi Ignatii patriarchae legatorum relatione didicimus, falso adscriptum est, et in omnibus eum apostolicae sedis constitutionum diligentissimum conservatorem esse cognovimus; non solum ab omni sinistra sententia extraneum reddimus, verum etiam inter catholicorum et piorum Augustorum numerum et nunc recipimus, et, si sic perseveraverit in finem, recipiendum statuimus«.

His rebus actis cum papa palam judex totius orbis christiani agnitus esset, Hadrianus postulavit, ut *Constantinopolim synodus generalis* convocaretur, quae quidem mense Octobri anni 869 praesidentibus tribus papae legatis et imperatore Basilio praesente habita et ab Romanis ut octava oecumenica agnita est. Quum anathema, quod Hadrianus II. papa in concilio Romano Photii factioni irrogaverat, imprimis principes ecclesiae percussisset, in primo consessu praeter imperatoris officiales tantum papae legati, Ignatius et tres orientales aderant; Graeci enim episcopi non admittebantur, nisi antea Photii damnationi subscripsissent et solemniter spopondissent, se Ignatium patriarcham agnoscere et papae obedire velle. Quo factum est, ut numerus congregatorum episcoporum in ultimo consessu concilii tantummodo centum duo esset. Anastasius bibliothecarius de hac re monet: »Non te scandalizet subscribentium paucitas, quia dum Photius diu tyrannidem exercuisset, et paene omnes a piis decessoribus suis sacratos deposuisset, et in loca eorum fautores suos tantummodo provexisset, quorum nullus in hac synodo est receptus, isti soli ex priorum patriarcharum consecratione superstites sunt inventi. Verum quotquot sub Nicolao et Hadriano summis pontificibus episcopi fuerunt, hujus synodi sensui consenserunt« etc.

In hoc concilio de omnibus rebus antea factis quaestio instituta est; sedis Romanae legati, qui antea damnati erant, postea autem veniam impetraverant, Rodoaldus et Zacharias, fallaciarum et fraudum, quibus antea in Ignatium actum erat, testes adhibebantur. Licet in hoc concilio abjectus animus et perfidia Graecorum episcoporum iterum cerneretur, cum hi rebus mutatis fidem datam violare et se ad jusjurandum coactos fuisse profiteri non dubitarent, tamen multi episcopi Photii partes non deseruerunt ejusque defensionem susceperunt. *Zacharias*, Chalcedonensis metropolita a Photio consecratus dixit: »Canones supra patriarchas etiam sunt. Quando ergo hi in canones peccant, eos non sequimur..... Illud quod dicitur, ex laïcis neminem esse promovendum, initiatores quidem cautos reddit, initiatum autem non damnat; et legem illam consuetudo antiquavit. Ita enim consecratus est Tarasius« etc. *Ioannes* a Photio consecratus Heracleae episcopus, quum ex episcopis Photii studiosis quaesitum esset, num Photio damnato Ignatium patriarcham agnoscerent, respondit: »Quisquis anathemate suum ferit pontificem, anathemate feriatur«.

Demum in quinto consessu affuit Photius, verum non sua sponte, sed jussu imperatoris. »Introductus ergo Photius ultimo constitit loco. Legati ergo: »Hic«, inquiunt, »ille est Photius, cujus causa Romana ecclesia amplius septennio multas pertulit molestias; pariterque Orientis sedes, et Constantinopolitana ecclesia est eversa?« Interrogatus dein, sanctorumne patrum decreta reciperet, tacuit; secundo interrogatus respondit: »Etiam tacente lingua Deus audit«.

Legati dixere: »Per silentium non effugies manifestiorem damnationem«.

Photius respondit: »Neque Jesus tacendo evasit damnationem«. Quum Photius identidem

jussus esset, errores suos agnoscere et peccata confiteri, legati Romani dixerunt: »Igitur admonemus eum, ut a sancta synodo supplex veniam petat, cervicemque suam sancto patriarchae Ignatio submittat, membrumque ecclesiae fiat et in coetum fidelium Christianorum ut laïcus adscribatur«.

In sexto consessu imperator ipse affuit, factionem Photii adhortans, ut omnia, quae ad eum defendendum afferre posset, diceret. Quod quum Photii fautores fecissent, refutati sunt, deinde imperator blandis et gravibus verbis admonuit, ut decretis synodi subscriberent. Quum autem oratione sua nihil apud eos efficere potuisset, tempus deliberandi septem dies eis dati sunt. Postquam Photius in consessu apparuit, dixit *Marinus*, Romanae ecclesiae legatus: »Tollite illi de manu baculum; est enim dignitatis symbolum pastoralis, qua ille indignus est. Ablatus ergo ab illo est baculus, rogatusque a *Boane*, num libellum sanctae synodi faceret. *Photius* respondit: »Deus servet in multos annos sanctum imperatorem nostrum«.

Postquam diu actum est, concilium in Photium adeo exacerbatum est, ut sub finem consessus octies eum devoveret:

»Photio curiali et invasori anathema.
Photio saeculari et forensi anathema.
Photio neophyto et tyranno anathema.
Photio schismatico et damnato anathema.
Photio architecto mendaciorum anathema.
Photio moecho et parricidae anathema.
Novo Dioscoro anathema.
Novo Judae anathema.«

Imprimis memorabilis est octavus consessus: »Ergo jussu imperatoris in medio synodi spatio expositum est vas aëneum igne plenum, allataque sunt in sacculo omnia volumina eorum, a quibus chirographa Photius exegit..... Praeterea scripta contra Nicolaum papam beatissimum conficta. Monumenta insuper contra patriarcham Ignatium a synodico illo latrocinio Photii conscripta. Singula ergo haec per legatorum ministros in rogum conjecta, exusta, et penitus abolita sunt«. In hoc consessu etiam tres imaginum impugnatores adhortationibus, ut errores suos dimitterent, obsecuti sunt, unus autem, qui ab opinione sua recedere nolebat, anathematizatus est.

Decimus isque ultimus consessus praesentibus duobus imperatoribus Basilio et Constantino solemniter habitus est. Viginti septem canones sanciti sunt, qui ecclesiae intrinsecus ordinem et vires, extrinsecus auctoritatem et gravitatem attribuerent. Canone IV. damnatur Photius: »Amorem principatus utpote quamdam malam radicem exortorum in ecclesia scandalorum, radicibus excidentes, eum qui temere et praevaricatorie ac irregulariter, veluti quidam gravis lupus, in Christi ovile insiliit, Photium scilicet, qui mille tumultibus et turbationibus orbem terrae replevit, justo decreto damnamus, promulgantes nunquam eum fuisse prius aut nunc esse episcopum, nec eos, qui in aliquo sacerdotali gradu ab eo consecrati vel promoti sunt manere in eo ad quod provecti sunt: insuper et eos, qui ab illo consuetas orationes ad praepositurae promotionem susceperunt, ab hujusmodi patrocinio coërcemus« etc.

Postquam fidei praecepta priorum septem oecumenicarum synodorum confirmata omnesque in iis anathematizati haeretici denuo anathemate percussi sunt, imperator et omnes praesentes actis subscripserunt et synodum diserte oecumenicam proclamaverunt; literis synodalibus deinde papa Hadrianus oratus est, ut synodi decreta confirmaret et promulgaret. Jam quod concilium

spectaverat, effectum erat, Roma ecclesiam Byzantinam et injuriam modo superaverat, quum nova discrepantia exorta est, ex qua re apparebat, pacem inter utramque ecclesiam tantummodo externis rebus contentam fuisse concordiamque tenue velamentum acerrimi odii fuisse. Legati Romani enim archetypis concilii literis potiti erant, de qua re episcopi Graeci apud imperatorem Byzantinum acerbe conquesti sunt, oportere acta concilii denuo recognosci et ob hanc rem ea legatis eripere; id quod deinde re vera factum est, sed poscentibus legatis Franci regis Ludovici II. ea recuperaverunt.

XVIII.

De quaestione aeque gravi atque lubrica in concilio modo tractato non actum erat: *utrius ecclesiae Bulgaria esse deberet.* Quae res quum in rixis Photianis componendis magis quam omnes dogmaticae et rituales impediret, quominus tollerentur lites, et propter rei gravitatem semper novas rixas excitaret, fusius jam nobis de hac re disserendum erit.

Princeps enim Bulgarorum, *Michaël Bogoris* ab Methodio monacho Graeco permotus, ut Christo nomen daret, ab episcopo Constantinopoli accito baptizatus erat. Photius patriarcha autem continuo amplas literas ad eum dederat, quibus continebantur symbolum Nicaeno-Constantinopolitanum et historia septem oecumenicarum synodorum praeceptaque ex morum doctrina christiana; quae multo majorem doctrinam requirunt, quam ut ab barbaro intelligi potuerit, sed insunt etiam multa egregia consilia et admonitiones, quarum unam ad seditionem, quae ob studium fidei propagandae contra Bogorim mota erat, spectantem exscribendam esse existimavimus: »Seditiones, conspirationesque quas facile non licet extinguere, conduceret per dissimulationem et praetensam ignorantiam oblivioni tradere, quam publico quasi triumpho propalare. Ita enim fieri solet, ut flamma magis ex eo accendatur, et pericula non levia creentur; quin et non nisi male mulctatus salutem sibi quis comparaverit. E contrario vero, moderatione sopitur malum, et praeterquam quod sine periculo fit, misericordiae, prudentiae, utilitatisque rationem subit«.

Ceterum inter Bulgaros brevi etiam pseudoprophetae extiterunt; laïcus, ecclesiasticum se esse mentitus, baptizaverat, detectus autem crudelibus mutilationibus et suppliciis affectus est. De alio quodam narrat Nicolaus papa in epistola ad Bogorim: »Graecorum quibusdam codicem accipientibus in manibus clausum, unus ex iis accipiens parvissimam particulam ligni, hanc intra ipsum codicem condat, et si undecunque aliqua vertitur ambiguitas, per hoc affirment scire se posse quod cupiunt« et alio loco: »Multi ex diversis locis Christiani advenerint, qui prout voluntas eorum exsistit, multa et varia loquuntur, id est Graeci, Armeni et ex caeteris locis«. Quae quum ita essent, fieri non poterat, quin turbae et simultates inter neophytos orirentur, ita ut Bogoris anno 865 papam adiret, quo certam doctrinam consequeretur; fortasse etiam caussae ex rebus civilibus fluentes Bulgarorum principem moverunt, ut occidentali imperio se applicaret. Nicolaus papa Bogoris precibus obsecutus duos episcopos compluresque presbyteros, ut religionis praecepta docerent, in Bulgariam misit.

Vere anni 868 Michaël centum sex quaestionibus propositis Nicolaum adiit, ad quas his sane prudenter et accurate respondit. Quaerenti quinam veraciter patriarchae essent, Nicolaus respondit: »Veraciter illi habendi sunt patriarchae, qui sedes apostolicas per successiones pontificum obtinent, id est, qui illis praesunt ecclesiis, quas apostoli instituisse probantur Romanam videlicet, et Alexandrinam, et Antiochenam. Romanam, quam sanctorum principes

apostolorum Petrus ac Paulus et praedicatione sua instituerunt, et pro Christi amore fuso proprio sanguine sacraverunt. Alexandrinam, quam Evangelista Marcus discipulus et de baptismate Petri filius a Petro missus instituit, et Domino Christo cruore dicavit. Antiochenam in qua conventu magno sanctorum facto, primum fideles dicti sunt Christiani, et quam beatus Petrus priusquam Romam veniret, per annos aliquot gubernavit. Constantinopolitanus autem et Hierosolymitanus antistites, licet dicantur patriarchae, non tantae tamen auctoritatis, quantae superiores existunt. Nam« etc. Bulgaris precantibus, ut patriarcham constituere sibi liceret, Nicolaus admonuit haec: »Interim episcopum habetote et cum incremento divinae gratiae Christianitatis ibi fuerit dilatata, et episcopi per singulas ecclesias ordinati, tunc aligendus est inter eos unus, qui si non patriarcha, certe archiepiscopus appellandus sit«.

Nicolaus, ne triticum simul cum lolio evelleret, quaerentibus num sacerdotibus matrimonio junctis in munere remanere liceret, respondit: »Quoniam licet ipsi [presbyteri uxores habentes] valde reprehensibiles sint, vos tamen Dominum imitari convenit, qui solem suum, ut evangelium testatur, oriri facit super bonos et malos, et pluit super justos et injustos«.

Sic Bulgaria, quod ad res ecclesiasticas spectabat, cum Occidenti conjuncta erat, id quod vel Byzantinus imperator negligere non poterat; is ideo periculosae isti conjunctioni acriter obsistere decrevit; praecipue autem Photio adjuvante se facillime Romanos oppugnare posset existimavit. Photius igitur auctoritate recuperata res Bulgarorum encyclica data acriter egit magnaque vehementia contra Romanos usus exclamavit: »Sed et insuper barbara Bulgarorum gens et Christo invisa et infesta, in tantam mansuetudinem et Dei cognitionem convertitur, ut a patriis diabolicisque orgiis recedentes, et paganicae superstitionis errorem excutientes, praeter omnem exspectationem in fidem Christianam insiti transierunt.

Sed o improbum, invidum Deo, invisum consilium et incoeptum! Talis enim narratio evangelii vel boni nuncii argumentum quae futura esset, in dejectionem vultus commutatur, delectatio et gaudium in luctum et lamentum abiere. Nondum enim gens illa per biennium rectam Christianorum religionem amplexabatur, quum impii quidam homines et exsecrandi portenta, homines e tenebris prorepentes heu quomodo reliqua persequi potero? isti inquam in gentem, novella quorum pietas et nuper constituta, tanquam fulgur, terrae motus, seu copiosa grando; aut ut proprius, quod accedit ad rei veritatem, dicam, tanquam aper agrestis vineam Domini dilectam, nuper consitam insilientes, pedibus et dentibus, hoc est semitis quibusdam politiae turpis, et dogmatum depravatorum, quae illorum erat audacia, depraedantes devastabant; omni cum fraudulentia a sanis et puris dogmatibus et a fide inculpata Christianorum, eos subdole deducere et corrumpere conabantur«.

Sed quo spectabat haec epistola, id assecuta non est, quum Orientis patriarchae audere non possent, Byzantinum imperatorem, acerrimum hostem Saracenorum, in recuperanda provincia amissa adjuvare. Ut vero Romanae ecclesiae progressibus in Bulgaria obsisteret, Photius omnes Latinos missionarios in synodo Constantinopoli anno 867 habita anathematizavit. Omnia autem hujus synodi acta in concilio Romae anno sequenti habito anathematizata sunt, nec tamen rerum Bulgaricarum separatim mentio facta est.

Demum finito concilio Constantinopolitano 869 factum est, ut de discidio Bulgarico iterum acriter ageretur. Tribus enim diebus post finitum concilium legati papae, ut cum Bulgaricis vicariis agerent, in aulam imperatoriam arcessiti sunt, quo etiam Ignatius, vicarii patriarcharum orientalium et nonnulli alii convenerant. Bulgari agere coeperunt dicentes: »Usque hodie pagani fuimus, et nuper ad gratiam Christianitatis accessimus. Ideoque ne in aliquo errore videamur,

cui ecclesiae subdi debeamus, a vobis, qui vices summorum patriarcharum geritis, nosse desideramus«.

Legati ecclesiae Romanae responderunt: »Sanctae Romanae ecclesiae, cui per te, o Petre, tuus Senior et beato Apostolorum principi Petro cum omni gentis suae populo se tradidit, a cujus successore, videlicet egregio papa Nicolao, et praecepta vivendi et episcopos et presbyteros suscipere meruit: vos pertinuisse et pertinere debere, etiam in eo monstratis, quod postulatos nostros sacerdotes et suscepistis et devotione congrua retinetis«. Bulgarorum legati dixerunt: »A sancta Romana ecclesia sacerdotes nos petiisse, suscepisse hactenusque habere nos confitemur, et eis in omnibus obedire decernimus. Verum utrum Romanae an Constantinopolitanae ecclesiae rationabiliter subdi debeamus, cum his patriarcharum vicariis definite«. Legati sanctae Romanae ecclesiae responderunt: »Propter quae sancta sedes Apostolica cum Orientalibus definienda mandaverat, Domino juvante, finivimus. Causa autem vestra non secus, quam jam definita est, definienda. Quia nihil in mandatis accepimus, nihil vel definimus, vel in praejudicium sanctae Romanae ecclesiae definiendum censemus. Quin immo quia omnis vestra patria nostris sacerdotibus ubique plena est: nulli vos nisi sanctae Romanae ecclesiae pertinere debere, definitiva sententia, quantum ex nobis est, promulgamus«.

Vicarii orientales interrogant: »quando vos illam patriam cepistis, cujus potestati subdita erat, et utrum Latinos, an Graecos sacerdotes habuerit?« Bulgari: »Nos illam patriam a Graecorum potestate armis evicimus, in qua non Latinos sed Graecos sacerdotes reperimus«. Tum vicarii: »Si Graecos sacerdotes ibi reperistis, manifestum est, quia ex ordinatione Constantinopoleos illa patria fuit«.

Postquam Romani legati multa opposuerunt, vicarii ecclesiae Graecae proclamaverunt: »Quapropter Bulgarum patriam ex Graecorum potestate dudum fuisse, et Graecos sacerdotes habuisse comperimus, S. ecclesiae Constantinopolitanae, a qua qui per paganismum recesserat, nunc per Christianismum restitui judicamus«. Et ita factum est; Bulgares, Graecos sacerdotes suscipientes, Latinos ejiciunt.

Cum Romani hoc modo inferiores e certamine discessissent, Ignatius Bulgariae res ecclesiasticas moderari coepit; paulo post archiepiscopum ibi consecravit; contra sacerdotes Romani expulsi sunt. De iis, quae postea legatis Romanis acciderunt, in vita Hadriani Anastasii continuati refertur: »Sed imperialis commotio, licet spem fronte simularet, augmentum suscepit. Legatos tamen St. Rom. Eccles. ad prandium convocans, donis optimis decoravit, eosque Theodosio Spathario non ea quae congruebat sollicitudine deducendi gratia commendavit, Acodyrcharium [Dyrrhachium] usque perducti, negligenterque sine ulla provisione dimissi, post dies aliquot navigantes in Sclavorum deducti manus, proh dolor! inciderunt, bonisque omnibus ac authentico, in quo subscriptiones omnium fuerant, exemplari denudati sunt ipsique capite plexi fuissent, nisi ab his, qui ex illis aufugerant, sibi timuissent. Tandem Apostolicis Imperialibusque litteris ab exilio liberati et undecimo calendarum Jan. die Ind. IV, Romam reversi« etc. etc.

De hac, qua legati Romani tractati erant, ratione *Hadrianus II.* apud imperatorem valde conquestus est, ejusque successor, *Ioannes VIII.*, pari studio sed aeque irrite porro tractavit, multis literis missis Bulgariam ecclesiae Romanae vindicare studuit. Anno 878 vehementes literas ad Ignatium dedit, ex quibus haec exscribenda esse duximus: »Nullus autem ignorat, regionem Bulgarum a sanctae memoriae Damaso papa, et deinceps usque ad paganorum irruptionem a sedis apostolicae praesulibus, quantum ad ecclesiasticae provisionis attinet

privilegium, moderatam. Praesertim quum hoc nonnulla scripta, sed praecipue diversorum pontificum Romanorum res gestae, quae in archivis antiquitus nostrae reservantur ecclesiae, clarius attestentur. . . . . Porro si intra triginta intervalla dierum omnes, quos vel tu, vel episcopi tui consecrasse in aliquo gradu putantur ecclesiae, a totius regionis Bulgaricae terminis non eduxeris, et temetipsum ab omni ecclesiastico illius jure dioeceseos non subduxeris, tamdiu sancto corpore ac pretioso sanguine Domini nostri Jesu Christi post duos menses a die numerandos qua hujus epistolae tomum acceperis, esto privatus, quamdiu his obstinatus decretis nostris, minime obedientiae colla submiseris. Jam vero si pertinaciter in hac indisciplinatione atque pervasione permanseris, et episcopos et quotquot illic vel ille vel tu consecrasse videris, foras illinc minus expuleris, omnipotentis Dei judicio et beatorum apostolorum principum auctoritate nostraeque mediocritatis sententia, omni patriarchatus esto dignitate, quam favore nostro receperas, alienus et exors, nullo penitus summi sacerdotii privilegio praeditus vel potitus. Data mense Aprili« etc.

Ad episcopos et clericos Graecos scripsit papa: ». . . . Quia igitur contra sacras vos multipliciter egisse regulas deprehendimus; excommunicavimus vos et estis excommunicati. Quisquis autem ex vobis intra triginta dierum spatium cognitae hujus apostolicae sanctionis omni Bulgaricae regioni non cedens, in ea quamlibet ordinationem vel dispositionem patrare ultra praedictum spatium obstinate praesumpserit: sanctorum patrum auctoritate, nostrique judicii sententia proprio caret officio, non nisi resipiscens poenam evasurus, aut veniam aliquo modo speraturus. Si quis autem vestrum humiliter ac obedienter his salubribus monitis nostris parens, Bulgaricae locum dederit dioecesi; noverit nos decrevisse sibi episcopatum restitui quem eum in regione Graecorum prius habuisse constiterit: porro et si nunquam habuit, vacantem illi tribui; si tamen talis persona sit, cui nulla in hoc regula patrum valeat obviare«.

XIX.

Interim mortuus est *Ignatius* (mense Octobri a. 877); quo factum est, ut res in Oriente haud sane in gratiam Romanorum mutarentur, quum *Photius,* ut iterum in sedem patriarchalem eveheretur, callide efficeret. Ut vero recuperatae dignitati gravitatem et auctoritatem conciliaret, *opus erat concilio, quod deinde etiam anno 879 Constantinopolim convenit.*

Jam antecedente anno legatio cum literis imperatoris et patriarchae Romam se contulerat, ut Ioannem VIII. de Ignatio mortuo et Photio in dignitatem restituto certiorem faceret ab eoque peteret, ut Photium confirmaret et legatos in concilium mitteret.

Papa sperans, se Bulgariam recuperaturum esse, ad Basilium et Alexandrum imp., ad clericos Constant., ad Photium patr., ad Constantinopolitanos dedit literas; simul cum literis tres Romani legati advenerunt, qui sedis apostolicae vicem in concilio instanti gererent; quod concilium apud Graecos *octavum oecumenicum,* apud Latinos autem *Pseudosynodus Photiana* et vocatur et existimatur.

Magna quidem audacia Graeci in Romanos usi sunt, imprimis autem Zacharias metropolitanus Chalcedonensis, vehementissime pro Photio verba fecit et contra ecclesiam Romanam pugnavit et licet haec maximis injuriis afficeretur, licet literae Ioannis papae turpissime falsarentur et corrumperentur, licet, id quod a Romanis identidem postulabatur »ut ecclesia Bulgarica sedi apostolicae permitteretur« respueretur et negaretur, tamen legati quietos se tenuerunt, omnia comprobaverunt, omnibusque synodi decretis subscripserunt his verbis »*Paulus* episcopus

st. Anconitanae ecclesiae et legatus st. Apostolicae sedis.... suscipio hunc venerabilem Photium legitimum et canonice electum patriarcham in pontificalem dignitatem et communico ei juxta tenorem literarum, et verba Commonitorii. Abjicio autem et anathematizo synodum, quae coacta fuit contra ipsum in hac st. Constantinopolitana ecclesia; quemadmodum et quaecunque adversus eundem facta sunt, temporibus Hadriani piae memoriae, olim papae Romae, juxta capitulum Commonitorii, abrogo, anathematizo et rejicio, nec in numero synodorum ullo pacto hanc repono. Porro si contingat quospiam scindere ecclesiam Dei sanctam et aversari suum summum pastorem et oecumenicum patriarcham sanctum Photium, sint illi separati a sancta Dei ecclesia et excommunicati permaneant, donec revertantur ad sanctam Dei ecclesiam et communicent cum sancto et oecumenico patriarcha et sint consentientes sedi Apostolicae. Praeterea factam Nicaeae secundo sanctam et oecumenicam synodum de sanctis et reverendis imaginibus, temporibus piae memoriae Hadriani, qui fuit olim papa Romae et sub Tarasio Constantinopolitanae ecclesiae sanctissimo patriarcha, sanctam et oecumenicam septimam appellans, et sanctis sex synodis connumerans, propria manu subscripsi«. His iisdem verbis etiam *Eugenius*, episcopus Ostiensis, et *Petrus*, presbyter et cardinalis, propria manu subscripserunt.

Ex decretis primum, quod gravissimum videtur, exscribimus: »Decrevit sancta et oecumenica synodus, si qui ex Italiae clericis, aut laïcis, aut episcopis, in Asia vel Europa vel Libya commorantes, sub vinculo aut depositione aut anathema sint a sanctissimo papa Ioanne, ut sint isti etiam a Photio sanctissimo patriarcha Constantinopoleos eidem papae obnoxii, hoc est aut depositi, aut anathematizati, aut communione privati: Et quos item Photius sanctissimus noster patriarcha clericos aut laïcos, sive pontificalis aut sacerdotalis ordinis, in quacumque dioecesi, excommunicaverit, deposuerit, aut anathematizaverit, ut habeat illos etiam sanctissimus papa Ioannes, et quae ei snbjacet Romana ecclesia, eidem poenae subjectos: privilegiis quae sanctissimae sedi conveniunt ecclesiae Romanae aut ipsius antistiti, nullo modo immutatis, sive modo, sive in posterum«.

In ultimo consessu decretum est: »Si quis igitur eo amentiae provehatur, ut ausit, quemadmodum superius dictum est, alterum exponere symbolum et definitionem appellare, aut adjicere vel demere in tradito nobis a sancta et oecumenica Nicaeae primum magna synodo, anathema sit«, id quod ad gravissimum argumentum certaminis inter ecclesiam Orientalem et Occidentalem referendum erat.

Impudentissime autem Photius papam decepit de synodi decretis ita ut is literis missis pro eo, quod Bulgariam ecclesiae Romanae permisisset et quod monasterium sancti Sergii Constantinopoli reddidisset, gratias ageret et adventum navium ad tutandam sedem apostolicam Constantinopoli missarum nuntiaret. Quum vero quae revera in concilio acta et decreta erant, papa comperisset, palam anathemate Photium percussit, id quod a tribus sequentibus papis, *Marino*, *Hadriano III.*, *Stephano V.*, literis vehementibus identidem ad imperatorem datis, repetitum est.

Constantinopoli anno 886 *Basilio* imperatore mortuo, ejus filius *Leo VI.* imperium accepit, qui Photium simulans se favere curiae Romanae, revera autem ut *Stephanum* fratrem in sedem patriarchalem eveheret, *ex dignitate expulsum* in monasterium inclusit, ubi anno 891 decessit. Jam Basilius, ut ecclesiasticam et civilem potestatem in sua domo conjungeret, perspicue operam dederat filium suum ab ecclesiasticis ad hanc normam institui jubens. Stephano anno 893 jam mortuo primum *Antonius* monachus ei in munere successit et huic Nicolaus (a. 895), qui cum imperatore, quod quater uxorem duxerat, gravissima jurgia egit et ob hanc rem

expulsus est. Exilium ejus et imperatoris, nuptiae quater repetitae concilio Constantinopolitano (906), in quo etiam legati papae aderant, comprobata sunt. Exinde acerrimae inimicitiae inter clerum Constantinopolitanum ortae sunt, quum alii *Euthymio* patriarchae ab imperatore constituto alii Nicolao expulso addicti essent. Nicolaum Leo VI. moriens revocavit et synodus Constantinopoli anno 920 habita, in qua etiam legati Romani aderant, decreta synodi anno 906 habitae abrogavit, ita ut Nicolaus egregiam victoriam de imperatore et de papa reportaret.

Ultimum omnino saeculo X in Oriente potestas Romanae sedis exercebatur, quum die II mensis Februarii a. 933. legati papae Ioannis XII. Constantinopolim venissent et *Theophylactum*, imperatoris filium, patriarcham contra omnes leges ecclesiasticas ab imperatore *Romano* creatum consecrarent.

Ex eo omne commercium inter Graecam et Latinam ecclesiam intermissum est, tenuia vincula in dies magis dissolvebantur et alteri alteros ita negligebant neque curabant, ut in Italia et imo Romae Graeci abbates suum ritum eodem modo exercerent, et Latinorum ecclesiae Constantinopoli nec infestaretur nec libertate spoliarentur.

Postquam ad finem saeculi decimi Sisinnius et Sergius, deinceps patriarchae Constantinopolitani, encyclicam epistolam Photii ad sacrorum antistites per Orientem miserunt ut eorum animos adversus Latinorum doctrinam de processione spiritus sancti confirmarent, demum tertio decennio saeculi undecimi iterum inter ecclesiam Graecam et Romanam agi coeptum est. Patriarcha Eustathius enim ex mandatu imperatoris Basilii II. legationem Romam misit, quae sibi nomen episcopo oecumenico eademque in Oriente jura efficeret, quibus papa in Occidente frueretur. *Ioannes XIX.*, homo pecuniae avidissimus, qui summas ecclesiae rationes et commoda negligebat, grandi pecunia corruptus, ab his consiliis non abhorrebat. »Dum ergo adhuc«, inquit Glaber Rodulphus, »leni sub murmure hujusce machinatores in conclavi sese putarent talia tractavisse, velox fama de ipsis per universam Italiam decucurrit. Sed qualis tunc tumultus, quam vehemens commotio per cunctos extitit, qui audierunt, dici non valet«. Guilelmus Abbas Divionensis St. Benigni in epistola ad Papam missa vehementissime in eum invectus his verbis finit: »De cetero quoque optamus, uti universalem decet antistitem, vos acrius in correctione ac disciplina sanctae et Apostolicae ecclesiae vigere«. Sic res inter patriarcham et papam ultimo actae ad irritum ceciderunt et omne commercium inter ecclesiam Orientalem et Occidentalem solutum est; quin etiam Constantinopolitani eo progressi sunt, ut nomina paparum et diptychis tollerent.

XI.

Medio saeculo undecimo, quo pugna inter papam et imperatorem Romanum in Occidente vehementer exardebat, contentio hereditate quasi tradita, ambitio nunquam quieta Constantinopoli denuo vehementissime orta est vinculaque inter ecclesiam Orientalem et Occidentalem jam saepe debilitata prorsus abscidit.

Normanni quum initio saeculi undecimi in Italiam venissent, magnum imperium sibi paraverunt. Contra hos communes hostes *Leo IX.* papa (1048—1054) et *Constantinus Monomachus* imperator (1042—1054) maxima concordia inter se usi pugnaverant, victusque papa Beneventi retentus ibi commorabatur.

Quo tempore (1053) instigante *Michaële Caerulario*, patriarcha Constantinopolitano (1043—1059), *Leo*, archiepiscopus Achridanus, incendium discordiae inopinato suscitavit *epistola ad Ioannem, episcopum Tranensem, missa* (Vide infra in collectione nostra scriptum numero I).

Eodem tempore Michaël Caerularius omnes Latinorum basilicas in Oriente claudi et abbates atque monachos, qui Graecorum institutionibus non obedirent, expelli jussit.

Leo IX. ecclesiam Occidentalem extemplo defendere non praetermittens literas ad Michaëlem patriarcham dedit (Vide l. c. nro. II).

Sperari poterat, pacem inter ecclesiam Graecam et Latinam brevi conciliatum iri, quum Constantinus Monomachus imperator, considerans, Normannorum potentiam in Italia in dies magis augeri, ad papam literas dedit, quibus se concordiae restituendae studiosum praebuit. Etiam patriarcha imperatore suadente literas pacificas et benignas ad Leonem misit. Utraque quidem epistola deperdita est, sed quae continuerint ex *responsis Leonis papae* (Vide l. c. nro. III. et IV) luculenter apparet. Haec responsa per legatos, *Humbertum* dico cardinalem et episcopum, *Petrum* Amalphitanum archiepiscopum, et *Fridericum* sanctae Romanae ecclesiae cancellarium, quos Leo ad pacem restituendam Constantinopolim mittere non neglexit (m. Januario 1054 *)), imperatori et patriarchae reddita erant.

Legationem papae quum Constantinopolim advenisset, imperator benigne excepit et nonnullos dies in palatio suo retinuit. Patriarcha autem minime ad severe agendum proclivis, postquam primum cum iis congressus est, omnem conversationem eorum evitavit, ita ut *Humbertus*, princeps legatorum, per scripta cum eo agere cogeretur. Is tum *Dialogum inter Romanum et Graecum* (Vide l. c. nro. V) ad refutanda omnia ea, quae Latinis a Graecis objecta erant, summa diligentia composuit.

Eodem tempore, quo legati Romani Constantinopoli versabantur, *Nicetas*, monachus coenobii Studiensis, Constantinopoli, *scriptum contra ecclesiam Romanam compositum* emisit (Vide l. c. n. VI).

Contra hoc *Humbertus refutationem accuratam et vehementem edidit* (Vide l. c. nro. VII). Imperatoris jussu Nicetas scriptum suum retractavit et coram legatis Romanis combussit. Haec et quae deinceps sequuntur, in *brevi et succincta Commemoratione* (Vide l. c. nro. VIII) referuntur.

Frustra autem legati Romani patriarchae Michaëlis pertinaciam haereticam frangere studuerunt cumque ille nullo modo ad agendum cum iis se accingere vellet, legati aedem St. Sophiae ingressi *chartam, qua Michaël patriarcha et sectatores ejus excommunicabantur*, praesentibus populo et clero in altari principali deposuerunt (Vide l. c. nro. IX). *Altera excommunicatio* (Vide l. c. nro. X) praesentibus imperatore et optimatibus ejus viva voce proclamata est.

Legati postquam ecclesias Latinorum Constantinopoli ordinaverunt, domum reverti coeperunt. Tum patriarcha cum iis se acturum esse professus est, ita ut imperator legatos revocari juberet. Michaël synodum in ecclesia St. Sophiae habendam indixit, ut ostensa

*) Histoire littéraire de la France tom. VII. obtinet, legationem exeunte anno 1053 Constantinopolim profectam esse, et in annotatione addit: „Baronius et la plupart des autres modernes ne mettent le départ des légats qu'en 1054, s'autorisant du texte de Léon d'Ostie. Mais l'expression eodem anno du chapitre 88 du livre II ne se rapporte pas à la morte du pape S. Léon, arrivée en 1054, mais à l'année 1053, que l'auteur marque disertement au chap. 87 du même livre. Le P. Labbé est encore moins bien reçu à placer cette légation dès 1051". Cui opponimus, verba „eodem anno" capitis 88 nimirum multo rectius ad id quod exeunte capite 87 narratur (mortem Leonis noni XIII Cal. Maj. 1054) referenda esse, quam ad a. 1053, cujus mentio fit medio capite 87, quum sermo est de pugna inter Normannos et Leonem papam. Ceterum ex eo quod epistola Leonis ad Michaëlem Caerularium, quam legati secum Constantinopolim portabant, data est mense Januario (a. 1054), indictione VII, luculentissime apparet, legatos Romanos anno demum 1054 iter Constantinopolim suscepisse.

excommunicationis charta, quam in Graecum transtulerat, populi furorem in legatos concitaret. Imperator cognitis his insidiis concilium nisi ipse adesset haberi vetuit et legatos in viam confestim se dare jussit. Patriarcha vero seditione excitata effecit, ut interpretes Latinorum caederentur et detonsi dimitterentur. Imperator autem, postquam per nuntios a legatis verum exemplum excommunicationis accepit, atque ita Michaëlem chartam falsasse comperit, ira in hunc exarsit omnesque ejus amicos et affines honoribus spoliavit et e palatio expulit.

Edictum pseudosynodi (Vide l. c. nro. XI), a Michaële Caerulario statim Constantinopolim convocatae in legatos vehementer invehitur et excommunicationis chartam refutat, ita ut imperator cogeretur, ea quae contra patriarcham constituerat, retractare. Illud decretum epistolam Constantini imperatoris continet, qua patriarchae mandat, ut chartam Romanam proscribat et comburat, quod factum non est. »Prototypum vero, legimus in edicto synodi, projectum ab impiis, impii execrandique scripti combustum non est, sed in sacro chartophylacis secreto repositum, ad perpetuum eorum dedecus et stabiliorem condemnationem, qui similia adversus Deum nostrum blasphemarunt«.

»Sed quum jam intra hos dies defuncto papa redire disponerent [legati], imperialibus illos donis Monomachus honorifice munerans, beato quoque Petro per eosdem dona non parva transmisit; insuper etiam ut omni anno binas auri libras de palatio ejus hoc monasterium reciperet, illorum rogatu concessit. Quos prospere revertentes, Trasmundus Teatinus comes per terram suam transeuntes cepit, et universa quae ferebant cum magna injuria auferens, tandem demisit« (*Leonis* Chron. Mon. Casin.).

Commemoranda sunt nonnulla scripta, quae inter has contentiones et controversias edita, ad ecclesiae Graecae ab Latina separationem pertinent.

Sub tempus erumpentis discidii inter utramque ecclesiam a Michaële Caerulario et Leone Achridano excitati, Petrus Antiochenus patriarcha modo creatus Leonem papam de evectione sua certiorem fecerat, et professione fidei missa eum de causis discidii inter ecclesiam graecam et latinam rogaverat. Quod scriptum per peregrinatorem Hierosolymis redeuntem ad Argyroum catapanum graecum in Italiam missum aetatem non tulit, quae autem continuerit comperimus ex *responso a Leone dato* (Vide l. c. nro. XII).

Michaël Caerularius quum Constantinopoli, ut vidimus, superior extitisset, amicitia cum ceteris Orientis patriarchis ineunda se tueri studebat. Quare *binas literas ad Petrum Antiochenum* dedit (Vide l. c. nro. XIII. XIV), in quibus quum crimina priora Romanae ecclesiae facta repetit tum alia nova addit.

Quo facto *Petrus Antiochenus responsum dedit* (Vide l. c. nr. XV), quod aliqua ex parte criminibus a Michaële ecclesiae Romanae objectis adversatur.

Sed etiam Latini patriarchas Orientales sibi conciliare videntur tentavisse. Patriarcha enim *Dominus Gradensis*, ut videtur, papae jussu *ad Petrum Antiochenum literas dedit* (Vide l. c. nro. XVI), ut ejus amicitiam sibi pararet. *Petrus respondit his literis* (Vide l. c. nro. XVII), de controversiis et certaminibus inter ecclesiam Orientalem et Occidentalem mite judicans.

Theophylactus, Achridae in Bulgaria archiepiscopus, partibus Michaëlis Caerularii addictus, circiter annum 1070 *allocutionem ad quendam e suis familiaribus* (Vide l. c. nro. XVIII) *edidit*, in qua non omnia crimina Romanis objecta probat, processionem vero Spiritus sancti a patre et filio vehementer impugnat.

Denique mentio facienda est *fragmenti disputationis contra Graecos* (Vide l. c. nro. XIX) ab incerto auctore compositae.

ACTA ET SCRIPTA.

7

I.

LEONIS ACHRIDANI

EPISTOLA AD IOANNEM EPISCOPUM TRANENSEM.

Hoc scriptum gravissimi momenti, quod simulatque editum est, contentiones miserandi eventus excitavit, hucusque tantum ex Latina interpretatione Humberti innotuit. Cujus Graecum archetypon, nuperrime ab I. Hergenroether, theol. prof., inventum et in usum nostrum fideliter descriptum, nunc primum typis exscribitur; de eo jam haec sunt monenda:

Cod. Monac. 286 chartac. in 4to saeculi quinti decimi bene conservatus, scriptus charactere minuto et eleganti, foliis 277 constans continet: 1) »Simeonis Thessal. expositionem de templo« f. 1—20 (Typis expr. ap. Goar: Euchol. Gr.). 2) »Nicol. Cabasill. Tract. de St. Missa«. f. 20—78. 3) Io. Zonarae expositionem canticorum Io. Damasceni«. f. 78—276., quam 4) excipit codicemque claudit *epistola nostra*.

Leo Allatius »de ecclesiae Occidentalis atque Orientalis perpetua consensione lib. III. cap. XIV, 1. initium hujus epistolae affert; *ἡ τοῦ Θεοῦ μεγάλη ἀγάπη, καὶ τὰ χρηστὰ τῆς συμπαθείας σπλάγχνα ἔπεισεν ἡμᾶς γράψαι πρὸς τὴν σὴν ἁγιότητα, καὶ διὰ σοῦ πρὸς πάντας τοὺς ἀρχιερεῖς τῶν Φράγγων, καὶ πρὸς τὸν αἰδεσιμώτατον πάπαν, καὶ ὑπομνῆσαι περί τε τῶν ἀζύμων καὶ τῶν σαββάτων, ἃ μωσαϊκῶς ἀσυντηρήτως ἐπιτελοῦντες συγκοινωνεῖτε τοῖς Ἰουδαίοις. τὰ γὰρ ἄζυμα, καὶ τὰ σάββατα ἐκεῖνοι φυλάττειν παρὰ Μωσέως ἐνετάλθησαν. τὸ δὲ ἡμέτερον πάσχα ὁ Χριστός ἐστιν, ὃς ἵνα μὴ νομισθῇ ἀντίθεος καὶ περιετμήθη, καὶ τὸν νομικὸν ἐτέλεσε πάσχα πρῶτον.* (Dei magna charitas et bona commiserationis viscera persuaserunt nobis ad tuam Sanctitatem literas dare, et per te ad omnes Francorum praesules et ad papam reverendissimum, et in memoriam revocare azyma et sabbata, quae Mosaico ritu imprudenter conficientes communicatis cum Judaeis. Azyma etenim et sabbata illis observare a Moyse praeceptum est. At nostrum pascha Christus est, qui, ne existimaretur, Deo se opponere, et circumcisus est, et legale primum pascha confecit).

Haec verba cum codice nostro paucis demtis consentiunt; attamen existimandum est, Allatium sua ex alio codice hausisse, quum Romae degens Monacensi codice vix uti potuerit vel indiguerit. Lectio codicis nostri multis locis et interdum haud mediocriter differt ab Humberti translatione, quae et ipsa in diversis editionibus nonnihil diverse exhibetur; quin etiam haec

epistola a singulis ejus partibus, quae per Humberti dialogum inter Romanum et Constantinopolitanum distributae sunt, in utraque editione (altera ex cod. Vaticano et altera ex cod. Monacensi) hic illic recedit.

In inscriptione epistolae nostrae Leo Achridanus, Bulgariae archiepiscopus, *solus ejus auctor vocatur. Quod, quamquam sententiae de auctore epistolae nunc et antea ab omnibus receptae adversatur, tamen verum et rectum est existimandum.*

Jam auctoritas inscriptionis epistolae, quae est in codice nostro, magis etiam eo fulcitur et augetur, quod et ipse Leo Allatius l. c. ex alio codice initium epistolae nostrae referens eam Leoni Achridano his verbis tribuit: »Leo Bulgariae Archiepiscopus, epistola prima de azymis«. Ergo etiam in hoc epistolae archetypo *solus* Leo Achridanus auctor nominatur.

Luce clarius nostram de auctore epistolae sententiam ex epistolae ipsius verbis probare possumus. Sub finem ejus legimus: *»καὶ εἰ τοῦτο ποιήσῃς, προσθήσω καὶ διὰ δευτέρας γραφῆς τὰ μείζω καὶ πλατύτερα τούτων εἰς ἔνδειξιν πρότερον τῆς ἀληθοῦς καὶ θείας πίστεως«.* Ex singulari numero verbi *»προσθήσω«*, cui in Humberti translatione *»propono«* respondet, apparet, ab *uno* tantum epistolam esse compositam. Idem ostendunt etiam verba, quae Humbertus in epistolae interpretatione Latina Constantinopolitanum loquentem inducit: »Quae vero *scripsi,* ea sunt quae Petrus et Paulus et caeteri apostoli et Christus docuit« etc. Videtur igitur Humberto, quum ista scriberet, persuasum fuisse, *solum Leonem Achridanum* scripti esse auctorem.

Vix verbo moneri opus est pluralem majestatis saepe in hoc scripto repertum nostrae argumentationi non obstare.

Quodsi Leo Achridanus in loco modo commemorato se de rebus in epistola ad Ioannem Tranensem tractatis alibi fusius tractaturum esse pollicetur, eum promisso stetisse ex Leonis Allatii libro de perp. cons. etc. lib. III. c. XIV intelligimus, ubi ex *tertia* Leonis Achridani epistola haec afferuntur: *»Οὐ δεόμεθα οὖν ὡς τέλειοι θείᾳ χάριτι ὥσπερ, οὐδὲ περιτομῆς σαρκικῆς, πνεύματι γὰρ τέμνονται ἡμῶν τὰ πάθη, οὕτως οὐδὲ ἀζύμων δεόμεθα, ὡς οἱ νηπιώδεις καὶ ἔκφρονες Ἰουδαῖοι, καὶ οἱ σύμφρονες τούτων Ἰταλοί τε καὶ Ἀρμένιοι, καὶ Αἰγύπτιοι, ὅτι πνεύματι φεύγομεν καὶ ἐν τούτοις τὸ δυσῶδες ἅμα καὶ δυσειδὲς τῆς Αἰγυπτιακῆς κακίας ἄθεον φύραμα, καὶ ζῶμεν κατὰ τὸν τῆς χάριτος τοῦ θείου εὐαγγελίου νόμον, πάντα τὸν παλαιὸν νόμον τοῖς ἔργοις καταργοῦντες«.* (Latine) »Non indigemus itaque, tanquam perfecti divina gratia, quemadmodum neque corporali circumcisione, spiritu enim nostrae passiones inciduntur, ita neque azymis, veluti pueri et stulti Judaei, et qui una cum illis sentiunt, Itali, Armenii, et Aegyptii, quod spiritu fugimus etiam in his graveolentem ac informen Aegyptiacae malitiae impiam massam, et vivimus secundum divini evangelii gratiae legem, omnem veterem legem operibus antiquantes«.

Sic igitur demonstratum est, Leonem Achridanum potissimum instrumentum fuisse rerum novarum, quae Graeci praecipue vero Michaël Caerularius, moliebantur, et ex eo quod *trinae* ejus literae commemorantur novum pondus accedit persuasioni ab eo *solo* primas literas aeque ac secundas et tertias missas esse, praesertim quum Michaël patriarcha etiam a. 1053 amicam et placabilem epistolam ad papam dedisset. (Vide infra Leonis papae epistolam ad Michaëlem Caerularium, annot. I).

Porro. Brevis et succincta commemoratio etc. Humberti et charta excommunicationis, quam legati Latinorum in altari posuerunt, in compluribus chronicis exeuntis saeculi undecimi et ineuntis saeculi duodecimi adhibitae et nonnullis in locis exscriptae sunt; sic praesertim ab

Annalista Saxone et Sigeberto Gemblacensi ad a. 1053 et 1054 (uterque in Mon. Germ. Scr. VI); cum his consentit *Ekkehardi Chron. Univ.* ad a. 1051 (M. G. Scr. VI).

Atqui *in commemoratione Humberti*, quam diximus, hic locus invenitur: »Porro dicta vel scripta eorumdem nuntiorum adversus diversas calumnias Graecorum, et maxime contra scripta Michaëlis Constantinopolitani episcopi et Leonis Achridani metropolitani episcopi, et saepedicti Nicetae monachi, jussu imperatoris in Graecum fuere translata, et in eadem urbe hactenus conservata«. In *Chronicis autem Sigeberti et Ekkehardi* legimus: »Humbertus episcopus Silvae candidae haec descripsit, et scripta Nicetae monachi et Leonis Achridani Bulgarum archiepiscopi confutavit«. *Annalista Saxo* vero, qui paucis exceptis cum Sigeberti et Ekkehardi narratione de rebus Constantinopoli gestis dum legati Romanorum adsunt, consentit, inter verba commemorata »Humbertus — confutavit« haec interponit »planis divine scripture testimoniis capitulatim sub nomine Constanlinopolitani et Romani confutavit«. Hinc sequitur, ab eo non Ekkehardum exscriptum esse, ut in marginali annotatione editionis ejus l. c. proditur, sed locupletius archetypum ab eo adhibitum esse, quare praeter Chronica Sigeberti et Ekkehardi is testis suam ipsius auctoritatem retinet.

Quodsi igitur locum commemorationis Humberti citatum cum locis ceterorum, quos diximus fontium, comparamus, inter se non consentiunt, quum quaeritur, *quinam sint, quorum* scripta Humbertus refutaverit. *Humbertus* ipse quum in inscriptione epistolae ad Ioannem Tranensem a se versae *Michaëlem auctorem* professus sit, sibi constat patriarcham inter *eos* habens, *quorum* scripta a legatis Romanis refutata sint. *Wibertus* in vita Leonis IX. hoc confirmare videtur, sed quum in narratione sua de controversiis inter ecclesiam Graecam et Latinam Humberti Commemorationem etc. secutus sit (V. infra) atque etiam, ut suo loco demonstrabitur, in eo turpiter erret, quod libellum contra Nicetam editum Friderico cancellario tribuit, in nostra quaestione ejus auctoritas nulla est.

Quid autem *ex aliis fontibus allatis* sequitur? Hi referunt tantum, Humbertum scripta *Nicetae et Leonis Achridani* refutasse, quin etiam Annalista Saxo disertis verbis dicit, Humbertum in dialogo scribendo hoc sibi proposuisse; *Michaëlis Caerularii scriptum ullum refutatum esse ignorant.* Haec differentia inter hos et Humbertum ita explicari potest, ut statuamus, scriptores citatos Graecum epistolae Leonis Achridani exemplum novisse, in quo nihil reperitur, quo existimare liceat, Michaëlem Caerularium illius auctorem esse; Leonem Achridanum solum epistolam ad Ioannem Tranensem misisse, fortasse etiam aliunde scriptores citati cognoverunt, idque eo facilius fieri potuit, quod Sigebertus Gemblacensis etiam aequalis controversiarum ecclesiasticarum fuit et duo reliqui exeunte saeculo undecimo et ineunte saeculo duodecimo fuerunt. Etiamsi auctoritas nostrorum scriptorum in his locis, ubi aliorum narrationes sequuntur, non magni pendenda sit, tamen eo pluris valet iis locis, ubi nova afferunt, aut omissis nonnullis rebus auctores suos corrigunt; hoc cadit in narrationem de refutatione libellorum Leonis Achridani et Nicetae. Quare quum nihil de refutatione scripti Michaëlis Caerularii commemorent, tale omnino non exstitisse concludere non dubitamus.

Denique nonnulla afferamus, quae fidem faciant, *non ipsum Michaëlem* epistola ad Ioannem Tranensem missa in Romanos invectum esse.

Jam complures annos ante quam controversiae inter ecclesiam Orientalem et Occidentalem excitabantur (1053), Graecorum imperium in Italia per Normannos valde labefactatum erat et, ut ex rebus inter Byzantinum imperatorem et papam anno 1054 actis intelligimus, illius magnopere intererat, pacem cum sede Romana servare. Quare patriarcha non facile invito

imperatore controversias adversus ecclesiam Romanam suo nomine excitare poterat, quin etiam imperatoris jussu placabiles literas exeunte a. 1053 ad papam dedit. Tamen Michaël Caerularius, quum aliquo modo ecclesiam Romanam lacessere vellet, Leone Achridano instrumento usus est ad efficiendum id quod spectabat, adhortatus, ut, quum ipse occulte ageret, literis ad Ioannem Tranensem missis haeresis crimina Latinis exprobraret.

Idem machinabatur Michaël Caerularius legatis papae Constantinopoli commorantibus. *Ipse* secum agi nequaquam passus est, sed Nicetam Pectoratum scriptum adversus Latinos vehementissimum edere jussit, ut videtur; quod scriptum quum Nicetas non multo postquam editum est, retractaverit et combusserit, suspicari licet eum minus ex sua sententia et opinione, quam ab alio permotum hoc scriptum composuisse.

Porro existimandum est, illum »universalem patriarcham«, ut Michaël Caerularius se semper appellabat, potius ad papam, cui se parem esse opinabatur, non vero ad exiguae civitatis episcopum literas dedisse, si quidem ecclesiam Romanam ob haeresim *palam ipse* criminari voluisset.

Ex his argumentis maxima cum verisimilitudine efficitur, literas ad Ioannem Tranensem datas non communiter a Michaële Caerulario patriarcha et Leone Achridano archiepiscopo, sed ab hoc *solo* profectas esse.

Jam igitur restat, ut explicare studeamus, quomodo factum sit, ut epistolae inscriptio in Latina interpretatione immutaretur.

Quod enim in *interpretationis* inscriptione epistola ad Ioannem Tranensem missa Michaëli Caerulario et Leoni Achridano auctoribus tribuitur, id *archetypi* fidem nequaquam exinanit, praesertim quum illud, ut infra exponetur, in Humberti translatione multis locis satis negligenter expressum sit.

Verisimile est, Latinis per longum tempus non ignotum fuisse, a Constantinopolitanis novas turbas imminere; nam in epistola, quam Leo papa legatis suis ad Michaëlem perferendam dedit, legimus: »Plurima autem ex tua fraternitate *rumor jam diu pertulit ad aures nostras*, quae nos . . . . . indiscussa hucusque reliquimus«. In epistola ad Michaëlem patriarcham et Leonem Achridanum Leo papa scribit: »Ut enim fertur, omnes Latinorum basilicas penes vos clausistis«. In epistola ad Constantinum Monomachum proclamat papa: »Sed noverit tua claritas, super praesumptionibus ejus multa et intolerabilia *jamdudum pervenisse ad aures nostras*, qualiter etiam aperta persecutione in ecclesiam Latinam exardescens, anathematizare non timuit« etc.

Quum ergo Leonis Achridani epistola in manus Humberti cardinalis pervenisset, qui de rebus Orientis sine dubio bene edoctus erat, is in translatione a se confecta etiam Michaëlem illius auctorem nominare non dubitabat, quoniam is epistolam missam esse certe non ignorabat; fortasse etiam putabat Humbertus, quod verisimilius est, epistolae verum auctorem esse Michaëlem eamque nomen tantum Leonis Achridani prae se ferre.

Leo nonus igitur, quum Graece nesciret nec nisi jam controversiis exortis Graecae linguae operam dare coepisset*), adactus erat, ut quae Graeci scripsissent, ex Humberti interpretatione

---

*) Wibertus in Vita Leonis IX. lib. II, c. XII tradit: „Illud etiam in eo erat mirandum, quod ultra quinquagenarius [natus fuit undecimo Kalendas Julii, anno videlicet ab humanato Dei Verbo millesimo secundo, Wibertus l. c. lib. I, c. II] tanto fervebat studio ut divinarum lectionem Scripturarum Graeco addisceret eloquio“.

Latina cognosceret. Ad *Michaëlem Caerularium* et Leonem Achridanum responsum quidem dedit papa et patriarcham epistolae ad Appulos missae auctorem vocabat, nihilominus ex eo colligi non potest, Michaëlem ipsum auctorem epistolae ad Ioannem Tranensem fuisse. Leo IX. enim vel inscriptione epistolae in translatione Humberti mutata decipi vel Michaëlem auctorem epistolae existimare potuit, quamvis sciret, eum ipsum re vera epistolam non scripsisse, sed ansam ejus scribendae dedisse.

Porro. In omnibus editionibus praecedunt Humberti interpretationem praemonita, quae paucis discrepantiis in orthographia (mefites = mephites, Arridani = Achridani) et uno mendo graviori apud Canisium (Kannensi = Tranensi) exceptis prorsus inter se conveniunt.

De his apud Baronium legitur: »cui [epistolae] in codice titulus hujusmodi affixus legitur: Calumnia episcoporum *Michaëlis Constantinopolitani* et Leonis Acridani pervicaciter exhalantium pestiferas mephites diversarum haereseon adversus sanctam Romanam et Apostolicam sedem, imo contra omnem Latinam et Occidentalem ecclesiam. Haec quidem calumnia Graeco sermone edita et Ioanni Tranensi episcopo in sugillationem omnium Latinorum directa, cum fuisset Trani exhibita fratri Humberto, sanctae ecclesiae Silvaecandidae episcopo, in Latinum est translata ejus studio, atque delata domino Leoni Nono. Quae etiam hic ad cautelam multorum et notitiam, non autem ad aliquam utilitatem inserta, cunctis scire volentibus fideliter est conservata«.

Haec inscriptio, ut ex ultimis verbis apparet apographo Humberti translationis proposita est; quod apographum videtur paulo post epistolam missam scriptum fuisse in usum cunctorum scire volentium, quae criminationes a Graecis factae essent. Attamen in titulo, quem attulimus nulla est demonstrandi vis, epistolam ad Ioannem Tranensem *a Michaële Caerulario* scriptam esse, propterea quod ille ex ipsa inscriptione epistolae haustus esse videtur. Quodsi quis opinari velit, titulum modo commemoratum ex *Wiberto* (Vitae Leonis IX. lib. II., c. 9) qui eum fere iisdem verbis exhibet, in codicem epistolae nostrae translatum esse, animadvertendum est, rem contrariam esse, sicut, in capite citato Vitae Leonis narratio de rebus a legatis Romanis Constantinopoli actis et praecipue relatio de Nicetae refutatione fere iisdem verbis ex Humberti Commemoratione brev. etc. sumpta est. Ergo narratio apud Wibertum de auctoribus epistolae ad Ioannem Tranensem missae non magis valet, quam fons, unde fluxit.

F.277 a. ΛΕΟΝΤΟΣ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ[1] ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΕΜΦΘΕΙΣΑ ΠΡΟΣ ΤΙΝΑ ΕΠΙΣΚΟΠΟΝ ΡΩΜΗΣ[2] ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΖΥΜΩΝ[3] ΚΑΙ ΤΩΝ ΣΑΒΒΑΤΩΝ.

Ἡ τοῦ θεοῦ μεγάλη ἀγάπη καὶ τὰ χρηστὰ τῆς συμπαθείας αὐτοῦ[4] σπλάγχνα ἔπεισαν[5] ἡμᾶς γράψαι πρὸς τὴν σὴν ἁγιότητα[6] καὶ διὰ σοῦ πρὸς πάντας τοὺς ἀρχιερεῖς τῶν Φράγγων, καὶ πρὸς αὐτὸν[7] τὸν αἰδεσιμώτατον Πάπαν καὶ ὑπομνῆσαι περί τε τῶν ἀζύμων καὶ τῶν σαββάτων, ἃ μωσαϊκῶς ἀσυντηρήτως ἐπιτελοῦντες συγκοινωνεῖτε τοῖς Ἰουδαίοις. Τὰ γὰρ ἄζυμα καὶ τὰ σάββατα ἐκεῖνοι φυλάττειν παρὰ Μωσέως ἐνετάλθησαν· τὸ δ' ἡμέτερον πάσχα ὁ Χριστός ἐστιν, ὅς, ἵνα μὴ νομισθῇ ἀντίθεος, καὶ περιετμήθη καὶ τὸ νομικὸν πάσχα ἐτέλεσε πρότερον[8], εἶτα ἐκεῖνο καταπαύσας τὸ ἡμέτερον ἐκαινούργησε. Καὶ τοῦτο δῆλον ἀφ' ὧν ἐν τῷ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίῳ περὶ τοῦ μυστικοῦ δείπνου διαλεγόμενος ὁ θεῖος εὐαγγελιστὴς οὕτω πώς φησι [Matth. XXVI. 17. 18]. *„τῇ δὲ πρώτῃ τῶν ἀζύμων προσῆλθον τῷ Ἰησοῦ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ λέγοντες αὐτῷ· κύριε, ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ πάσχα; ὁ δὲ εἶπεν· ὑπάγετε εἰς τὴν πόλιν πρὸς τὸν δεῖνα καὶ εἴπατε αὐτῷ· ὁ καιρός μου ἐγγύς ἐστι, πρὸς σὲ ποιῶ τὸ πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν μου". Καὶ μετ' ὀλίγον· „ὀψίας δὲ γενομένης ἀνέκειτο μετὰ τῶν δώδεκα καὶ ἐσθιόντων αὐτῶν εἶπεν· ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με"* [Matth. XXVI. 20, 21]. *Καὶ μετ' ὀλίγον εἰπόντος τοῦ Ἰούδα, μήτι ἐγώ εἰμι, ῥαββί; λέγει αὐτῷ· σὺ εἶπας"* [Matth. XXVI. 25]. *Μέχρι τούτου, ὦ τοῦ θεοῦ ἄνθρωποι, τὰ τοῦ νομικοῦ πάσχα εἰσίν· εἶτα τὰ[9] τοῦ μυστικοῦ καὶ ἡμετέρου προσθεὶς ὁ εὐαγγελιστὴς λέγει· „ἐσθιόντων δὲ αὐτῶν λαβὼν ὁ Ἰησοῦς ἄρτον ἔκλασε καὶ ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ καὶ εἶπε· λάβετε, φάγετε, τοῦτό μού ἐστι *τὸ σῶμα* f.277 b. *τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον· καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον εὐχαριστήσας ἔδωκεν αὐτοῖς λέγων· πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες· τοῦτο ἔστι τὸ αἷμά μου τὸ τῆς καινῆς διαθήκης"* [Matth. XXVI. 26—28]. *εἰπὼν*

1) Quodsi hic nomen urbis Achridae deest, inde nequaquam sequitur, id ullo modo excidisse; nihil enim est, quod de veritate inscriptionis dubitemus, quum unus tantum archiepiscopus Bulgariae sit, qui necessario intelligendus est Achridanus. In translatione igitur nomen „Achridae" explicandi causa appositum esse videtur, quin etiam hoc additamentum suspicionem interpolationis movet.

2) Quod in inscriptione Graeci exempli nomen episcopi Tranensis non additum est, id mirum videri non debet, quum multae causae fuisse possint, cur scriptor codicis nomen reticendum vel omittendum esse putaret, fortasse ne in Graeco quidem archetypo nomen positum erat.

3) Fusius et diligenter disserit de azymo Ioannes Mabillon in „Dissertatione de pane eucharistico, azymo ac fermentato" (Vet. Analect. nov. edit. pag. 522), dilucide ostendens, azymum jam ante saeculum IX. apud Latinos in usu fuisse, quod in hac epistola primum Latinis crimini vertitur.

4) *αὐτοῦ* omittit Allatius.

5) *ἔπεισας* vitiose exhibet codex, unde quum Allatius habeat *ἔπεισεν*, veram lectionem existimamus „*ἔπεισαν*".

6) *αὐτὸν* omittit Allatius.

7) Cod. *ἁγιώτητα*.

8) Allatius, qui hucusque verba epistolae nostrae dat, habet „*πρῶτον*".

9) *τά* deest in codice.

δὲ καινὴν, ἔδειξεν, ὅτι τὰ τῆς παλαιᾶς παρῆλθε καὶ ἐπαύθη. Ὁρᾶτε, πῶς τὸν ἄρτον σῶμα αὐτοῦ ἐπὶ τῆς καινῆς διαθήκης ἐκάλεσεν, ὡς ζωτικὸν καὶ ὡς ἔμπνουν καὶ ὡς θερμότητος ἐμποιητικόν· ὁ γὰρ ἄρτος ἐκ τοῦ αἴρω τε [καὶ] ἐπαίρω καὶ φέρω ἐπὶ τὰ ἄνω λέγεται, ἀπὸ τῆς ζύμης καὶ τοῦ ἅλατος τὴν θερμότητα καὶ τὴν ἔπαρσιν ἔχων· τὰ δὲ ἄζυμα οὐδὲν διαφέρει λίθου ἀψύχου καὶ πηλοῦ πλινθίνου καὶ κεράμου[10], κάτω προσκολλημένα[11] τῇ γῇ καὶ τῷ καταξήρῳ πηλῷ προσφυόμενα, ἃ καὶ μετὰ νηστείας καὶ πικρίδων ὁ Μωσῆς ἐσθίειν τοῖς ἀθλίοις Ἰουδαίοις ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ προσέταξε[12] καὶ ἐνομοθέτησε [Exod. XII. 8. Num. IX. 11. Deut. XVI. 3] λέγων, ὅτι κακοπαθείας ταῦτα καὶ λύπης σύμβολα εἰσίν· εἰ γὰρ καὶ ἐπὶ τῆς παλαιᾶς οἱ ἄρτοι τῆς προθέσεως ἄρτοι λέγονται [Exod. XXIX. 32. Levit. XXIV. 5. Matth. XII. 4], ἀλλὰ καταχρηστικῶς καὶ ἀδιαφόρως οὕτω λέγονται· ὡς τὸ „ἄρτον οὐρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς“ καὶ „ἄρτον ἀγγέλων ἔφαγεν ἄνθρωπος“ [Ps. LXXVII. (Gr. LXXVIII) v. 24. 25]· καὶ „ἐγενήθη τὰ δάκρυά μου ἐμοὶ ἄρτος ἡμέρας καὶ νυκτός“ [Ps. XLI. 4 (Gr. XLII. 3)]· τὸ μάννα δὲ διὰ τούτων δηλοῦται[13]· τὸ δὲ ἡμέτερον πάσχα χαρὰ καὶ εὐφροσύνη ὅλον ἐστὶ καὶ ἐπαίρει ἡμᾶς ἀπὸ τῆς γῆς διὰ τῆς χαρᾶς εἰς τὸν οὐρανὸν, ὥσπερ καὶ ἡ ζύμη διὰ τῆς ἰδίας θερμότητος τὸν ἄρτον, ὃς καὶ ἅλατος καὶ ζύμης μετέχων[14] πάσης ἡδύτητος ἀνάμεστός ἐστι· τὸ δὲ ἄζυμον μήτε ζύμην μήτε ἅλας ἔχον πηλός ἐστι ξηρός· ἢ οὐκ ἀκούετε τοῦ Χριστοῦ[15] λέγοντος τοῖς μαθηταῖς, ὅτι „ὑμεῖς ἐστε τὸ ἅλας τῆς γῆς“ [Matth. V. 13], καὶ ὅτι „ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ζύμῃ, ἣν λαβοῦσα γυνὴ ἔκρυψεν εἰς ἀλεύρου σάτα τρία, ἕως οὗ ἐζυμώθη ὅλον“ [Matth. XIII. 33]· γυναῖκα τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν καλεῖ, *σάτα τρία τρεῖς εἰσι μόδιοι πληρέστατοι [F. 278 a.] τὴν χάριν, οἳ κρυφιομύστως τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα αἰνίττονται[16], ἐν οἷς ἡμεῖς πνευματικῶς ἀεὶ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμέν[17]· ὧν οὐδόλως τὸ πήλινον ἄζυμον μετέχει· εἰ γὰρ κακὸν ἦν τὸ ἅλας καὶ ἡ ζύμη, διὰ τί ὁ Χριστὸς ἐν τοῖς ὀνόμασι τούτων τοὺς μαθητὰς †ἁλατῷ καὶ τῇ χάριτι τοῦ ἁγίου ἀναζύμῳ πνεύματος φῶς αὐτοὺς τοῦ κόσμου καὶ ζύμην τέθεικε; Ἀλλ' ὅρα μοι πάλιν, τί ψάλλων[18] περὶ τοῦ Χριστοῦ ὁ Δαυὶδ λέγει· „σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν

10) *κέραμος* i. e. argilla, ab Humberto redditum non est.

11) *προσκολλημένα* vitiose legitur; nos corrigendum esse putamus „*προσκολλώμενα*“.

12) *προσέταξε* i. e. praecepit, Humbertus vertere omisit.

13) ab ‚*εἰ γὰρ*‘ usque ad ‚*δηλοῦται*‘ i. e. ‚Si enim etiam in veteri testamento panes propositionis panes (*ἄρτοι*) vocantur, sed per abusum et sine discrimine sic vocantur, ut illud „panem coeli dedit eis et panem angelorum manducavit homo“ et „fuerunt mihi lacrymae meae panes die ac nocte“; manna autem per haec intelligitur‘, desunt in Latina interpretatione.

14) *ὃς καὶ ἅλατος καὶ ζύμης μετέχων* i. e. ‚qui etiam salis et fermenti particeps‘ omisit interpr.

15) pro *Χριστοῦ* vertit Humbertus ‚Jesum‘.

16) *τὴν χάριν, οἳ κρυφιομύστως .... αἰνίττονται* i. e. ‚penitus repleti gratia, qui cryptomystice .... significant‘, in interpretatione Latina desunt.

17) ab ‚*ἐν οἷς*‘ usque ad ‚*ἐσμέν*‘ i. e. ‚in quibus nos spiritualiter semper vivimus et movemur et sumus‘ omisit interpres.

†) Sic codex. Leg. *αἰνίττεται*, ut docet annotatio subsequens.

18) ab ‚*εἰ γὰρ κακὸν*‘ usque ad ‚*ψάλλων*‘ i. e. ‚si enim pravum esset sal et fermentum, cur Christus per nomina eorum discipulos significat (*αἰνίττεται*) et gratia fermentata Spiritus sancti lumen eos et fermentum mundi reddidit. Sed vide rursus, quid psallens‘ desunt in interpretatione Latina.

Vox *ἁλατῷ*, quae in codice exstat, nihil est; verbum sub hac corruptela latere, ex eo apparet, quod quum *τοὺς μαθητὰς* dixisset, non poterat in eodem enuntiato *αὐτοὺς* adjicere; quare nos pro *ἁλατῷ καὶ* conjecimus *αἰνίττεται καὶ*, quod verbum paulo supra eadem significatione positum est.

Μελχισεδέκ“ [Psalm. CIX (CX). 4. Hebr. VI. 20. VII. 17], ὃς πρὸ τοῦ Μωσέως καὶ τοῦ Ἀβραὰμ ἀπό τε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς καὶ τῶν λοιπῶν κτισμάτων γνοὺς τὸν θεὸν ἐκ παρθένου καὶ ἀγενεαλογήτως [Hebr. VII. 3] ἐν τοῖς λογίοις φερόμενος καὶ ἀρχιερεὺς λεγόμενος[19], ἀναστὰς ἔδωκεν αὐτῷ ἄρτον καὶ οἶνον [Gen. XIV. 17—19], τὴν καθ' ἡμᾶς ἐν τούτοις ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ θείαν λατρείαν ἄνωθεν προτυπῶν[20]. διὰ τοῦτο λέγει ὁ θεῖος ἀπόστολος, ὅτι „εἰ ἡ τελείωσις διὰ τῆς λευϊτικῆς ἀρχιερωσύνης ἦν, οὐκ ἂν κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ ὁ Χριστὸς ἱερεὺς ἐλέγετο“ [Hebr. VII. 11], καὶ ὅτι „μετατιθεμένης τῆς ἱερωσύνης ἐξ ἀνάγκης καὶ νόμου μετάθεσις γίνεται“ [Hebr. VII. 12]. Παυθέντος οὖν τοῦ νόμου κατὰ τὸν αὐτὸν ἀπόστολον, ἐξ ἀνάγκης καὶ τὰ ἄζυμα παύονται. Αὖθις ὁ αὐτὸς μέγας ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους πρώτῃ[21] ἐπιστολῇ περὶ τούτων διαλεγόμενος ἐν τῇ περικοπῇ τῇ ἀναγινωσκομένῃ κατὰ τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην πέμπτην[22] λέγει· „ἀδελφοί, ἐγὼ παρέλαβον ἀπὸ τοῦ κυρίου, ὃ καὶ παρέδωκα ὑμῖν, ὅτι ὁ κύριος ἐν τῇ νυκτί, ᾗ παρεδίδοτο, ἔλαβεν ἄρτον καὶ εὐχαριστήσας ἔκλασε καὶ εἶπε· λάβετε, φάγετε, τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον[23]· τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν· ὁμοίως καὶ περὶ τοῦ ποτηρίου· *τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη F. 278 b.
ἐν τῷ ἐμῷ αἵματι· τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν· ὁσάκις[24] γὰρ ἂν ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο πίνητε, τὸν θάνατον τοῦ κυρίου καταγγέλλετε“. Τὰ δὲ ἄζυμα οὔτε ἀνάμνησιν ἔχουσι τοῦ κυρίου, οὔτε τὸν θάνατον αὐτοῦ καταγγέλλουσιν, ὡς μωσαϊκὰ καὶ πρὸ χιλίων ἑξακοσίων ἐτῶν νομοθετημένα[25] καὶ διὰ τῆς καινῆς διαθήκης ἤγουν τοῦ εὐαγγελίου καταργηθέντα[26] τε καὶ παυθέντα.— Καὶ τὸ σάββατον πῶς κατὰ τὴν ἁγίαν[27] τεσσαρακοστὴν ἰουδαϊκῶς φυλάττετε; ἢ οὐκ ἀκούετε τοῦ εὐαγγελίου λέγοντος, ὅτι ἐρχόμενοι οἱ μαθηταὶ ἐν τοῖς σάββασιν ἤρξαντο ὁδὸν ποιεῖν τίλλοντες τοὺς στάχυας καὶ ἐσθίοντες [Matth. XII. 1]; ἀντὶ τοῦ ἀρχὴν τῆς καταλύσεως τοῦ νόμου τὴν τοῦ σαββάτου ἐποίουν κατάλυσιν, ὁδὸν εἰς ἀθέτησιν τοῦ νόμου εἰσάγοντες[28]· ἔλεγον δὲ οἱ Ἰουδαῖοι πρὸς τὸν Χριστόν· ὁρᾷς, τί οὗτοι ποιοῦσιν ἐν τοῖς σάββασιν; ὁ δὲ εἶπε· ναί· ἢ οὐκ ἀκούετε, τί ἐποίησε Δαυίδ, ὅτε ἐπείνασεν αὐτὸς καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ; πῶς εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔφαγε καὶ τὰ ἑξῆς [Matth. XII. 2—4. Luc. VI. 1—4]· καὶ ὅτι τὸ σάββατον διὰ τὸν ἄνθρωπον ἐγένετο, οὐχ ὁ ἄνθρωπος διὰ τὸ σάββατον [Marc. II. 27]· οἱ δὲ ἔλεγον· οὗτος οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ

19) ab ‚ἐκ παρθένου‘ usque ad ‚λεγόμενος‘ i. e. ‚ex virgine et sine genealogia in litteris fertur et summus sacerdos dicitur‘ desunt in interpretatione Latina.

20) a ‚τὴν καθ' ἡμᾶς‘ usque ad ‚προτυπῶν‘ i. e. ‚illum nostro tempore in his in spiritu et veritate divinum cultum antiquitus praesignificans‘ desunt in Latina interpretatione.

Codex vitiose habet ἀληθείας pro ἀληθείᾳ.

21) Cod. πρώτης.

22) ab ‚ἐν τῇ περικοπῇ‘ usque ad ‚πέμπτην‘ i. e. ‚in pericopa, quae legitur quinto magno (die sanctae hebdomadis)‘. Feria V majoris hebdomadis in Coena Domini in ecclesia tum Graeca tum Latina haec epistola legitur. I. Cor. XI, 23—26.

23) κλώμενον i. e. frangitur, ex antecedente ‚ἔκλασε‘ Leo repetiisse videtur.

24) Cod. ὡσάκις.

25) νομοθετημένα corrigendum est in ‚νενομοθετημένα‘.

26) καταργηθέντα i. e. ‚abolitae‘ in cod. legitur; interpres vero, quum reddat ‚maledictae‘ καταρηθέντα (καταραθέντα) legisse videtur.

27) ἁγίαν i. e. sanctam, omittit interpretatio Latina.

28) ab ‚ἀντὶ τοῦ‘ usque ad ‚εἰσάγοντες‘ i. e. ‚pro eo quod dicendum erat: initium destructionis legis de sabbato destructionem sabbati faciebant, viam ad abrogandam legem munientes‘ desunt in interpretatione Latina.

θεοῦ, ὅτι τὸ σάββατον οὐ τηρεῖ [Ioa. IX. 16]· *καὶ πάλιν† εἰπόντι τῷ κυρίῳ*[29] *ἐν τῷ σαββάτῳ τῷ ἐξηραμένην ἔχοντι τὴν χεῖρα, ὁμοίως καὶ τὴν τῷ δαιμονίῳ πνεύματι συνεχομένην ἐν τῷ σαββάτῳ ἐθεράπευσεν· καὶ γογγυζόντων τῶν Ἰουδαίων καὶ τὰ ὅμοια λεγόντων, λέγει ὁ Χριστὸς· ὑποκριταί, ἕκαστος*[30] *ὑμῶν οὐ λύει τὸν ὄνον αὐτοῦ ἐν σαββάτῳ ἀπὸ τῆς φάτνης, ἢ καὶ τὸν βοῦν, καὶ ἀπαγαγὼν ποτίζει αὐτὸν*
F.279 a. [Luc. XII. 15]; *καὶ ἐπὶ *τοῦ παραλύτου δὲ ὁμοίως, ὃν ὑγιῆ ἐν σαββάτῳ*[31] *ἐποίησε. Καὶ διὰ τοῦτο οἱ τὰ σάββατα μετὰ τῶν ἀζύμων φυλάττοντες καὶ λέγοντες χριστιανοὶ εἶναι*[32], *οὔτε Ἰουδαῖοι οὔτε χριστιανοὶ καθαροὶ*[33] *εἰσιν, ὅμοιοι ὄντες δορᾷ παρδάλεως*[34], *ὡς ὁ μέγας λέγει Βασίλειος, ἧς ἡ θρὶξ οὔτε μέλαινά ἐστιν οὔτε δι' ὅλου λευκή. — Πῶς δὲ καὶ τὰ πνικτὰ οἱ τοιοῦτοι ἐσθίουσιν, οἷς τὸ αἷμα αὐτοῦ συγκέκραται; ἢ οὐκ οἴδατε, ὡς ψυχὴ παντὸς ζώου τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐστι καὶ ὅτι ὁ ἐσθίων αἷμα ψυχὴν ἐσθίει; „πλὴν κρέα“, φησὶν ἡ γραφή, ἐν αἵματι ψυχῆς οὐκ ἔδεσθε* [Levit. XVII. 14]· *καὶ γὰρ τὸ ὑμέτερον*[35] *αἷμα ἐκζητήσω ἐκ χειρὸς τῶν θηρίων καὶ ἐκ χειρὸς ἀνθρώπου ἀδελφοῦ αὐτοῦ· ἐκζητήσω αὐτό“*[36]. *Καὶ πάλιν κατὰ τοῦτο οὔτε*[37] *ἐθνικοὶ καθαροί εἰσι (κἀκεῖνοι γὰρ σφάττοντες οἱ πλείονες ἐσθίουσιν) οὔτε Ἰουδαῖοι καθαροί (κἀκεῖνοι γὰρ οὔτε αἷμα οὔτε πνικτὰ ἐσθίουσιν), ἀλλ' οὔτε χριστιανοὶ καθαροί, κρᾶσιν θολερὰν καὶ χύσιν τῇ θρησκείᾳ αὐτῶν εἰσάγοντες καὶ τὸ κατ' εἰκόνα τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ἀπολύοντες*[38]. *Ὅτι δὲ καὶ τὸ Ἀλληλούϊα κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν οὐ ψαλλετε*[39], *ἀλλὰ κατὰ τὸ πάσχα μόνον ὅπερ ἑρμηνεύεται „ὁ κύριος ἦλθεν“ καὶ „αἰνεῖτε, ὑμνεῖτε καὶ εὐλογεῖτε αὐτόν“· κατὰ τοῦτο οὖν μηδὲ τὸ „θεὸς κύριος, καὶ ἐπεφάνη ἡμῖν“ μηδὲ τὸ „εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος“ ψάλλετε· καὶ τοῦτο γὰρ Ἀλληλούϊα ἐστί. Τίς ἡ τοιαύτη ὑμῶν ἐπὶ τῶν τοιούτων πλάνη; οὐκ ἀναβλέψετε, οὐ νοήσετε, οὐ διορθώσασθε ἑαυτοὺς καὶ τὸν λαόν, ὡς μέλλοντες κριθῆναι περὶ τούτων ὑπὸ θεοῦ; οὐ καταλείψετε τὸ λέγειν· οὕτω Πέτρος καὶ Παῦλος καὶ οἱ λοιποὶ ἀπόστολοι, καὶ ὁ Χριστὸς ἐδίδαξε καὶ αἱ ἅγιαι *καὶ οἰκουμενικαὶ* F.279 b.
ἑπτὰ σύνοδοι κυρώσασαι ἐβεβαίωσαν, καὶ ἡ ἁγία καὶ καθολικὴ ἐκκλησία ἐδέξατο καὶ φυλάττει εὐσεβῶς· καὶ ὑμεῖς οὖν διορθωσάμενοι εὐσεβῶς φυλάττετε· τὰ δὲ ἄζυμα καὶ τὴν φυλακὴν τῶν σαββάτων ἀποῤῥίψατε τοῖς ἀθέοις Ἰουδαίοις, ὁμοίως καὶ τὰ τῶν πνικτῶν τοῖς

29) † *εἰπόντι τῷ κυρίῳ* locus depravatus est, sed facile corrigi potest, si legas: „*εἰπόντος τοῦ κυρίου*“, id quod etiam Humbertus expressisse videtur, vertens: „loquente Christo“; sententia igitur est: et rursus (intell. id factum est) quum Dominus in sabbato ei qui manum aridam habebat, diceret: „extende manum tuam“ etc. Matth. XII, 13.

30) Cod. *ἕκαστον*.

31) *ἐν σαββάτῳ* i. e. „in sabbato“ deest in interpretatione Latina.

32) *καὶ λέγοντες Χριστιανοὶ εἶναι* i. e. „et dicentes se esse Christianos“ desunt in interpretatione Latina.

33) *καθαροί* deest in interpretatione Latina.

34) *δορᾷ παρδάλεως* i. e. „pelli leopardi“ Latine simpliciter „leopardo“. Cod. *δορά*.

35) Cod. *ἡμέτερον*.

36) a „*πλὴν κρέα*“ usque ad „*ἐκζητήσω αὐτό*“ i. e. „excepto, quod carnem cum sanguine non comedetis, sanguinem enim vestrum requiram de manu bestiarum et de manu hominis fratris ejus requiram eum“ in interpretatione Latina desunt.

37) Cod. *οὐδέ*.

38) ab „*οὔτε Ἰουδαῖοι*“ usque ad „*ἀπολύοντες*“ i. e. „sed neque Christiani puri mixtionem impuram et fusionem religioni ipsorum inducentes, et id quod est secundum imaginem orthodoxae fidei absolventes“ desunt in interpretatione Latina.

39) Cod. *ψάλλεται*. Sed interpretatio Latina et quae infra sequuntur, ostendunt legendum esse *ψάλλετε*. Notum est, syllabas *ται* et *τε* saepe confundi.

ἀπίστοις[40] *καὶ βαρβάροις ἔθνεσιν, ἵνα καλῶς καὶ συνετῶς συμφρονήσαντες γένησθε μεθ' ἡμῶν ἅπαντες διὰ τῆς ὀρθῆς καὶ ἀμωμήτου πίστεως μία ποίμνη ἑνὸς τοῦ καλοῦ καὶ ἀληθινοῦ ποιμένος Χριστοῦ, τοῦ μὴ θέλοντος τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὥστε ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτὸν*[41] [Ezech. XXXIII. 11], *οὗ τῷ ἐπὶ σταυροῦ θείῳ αἵματι συγκαθέντες δοξάσωμεν τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, πάντα τὸν μωσαϊκὸν νόμον καὶ τὰς ἐν ἐκείνῳ παρατηρήσεις ἐγκαταλιπόντες τοῖς Ἰουδαίοις, οἵτινες ὡς τυφλοὶ ψηλαφῶντες*[42] *τοῖχον, τὸ φῶς ἀφέντες προσμένουσι τῇ σκιᾷ ὡς ἄφρονες ἀείποτε καὶ ἀσύνετοι*[43]. *Ταῦτα, ὦ ἄνθρωπε τοῦ θεοῦ, πολλάκις ἀναγνοὺς μετὰ τοῦ ἰδίου λαοῦ καὶ διδάξας οὕτω αὐτοὺς καὶ διορθωσάμενος μεταστραφῆναι πρόσταξον ἐν πολλοῖς ἰσοτύποις, οὕτως*[44] *ἔχῃς*[45] *τὴν σωτηρίαν τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς· καὶ ἀπόστελλε τοῖς ἀρχιερεῦσι τῶν ἐπισκόπων τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν θρόνων*[46], *καὶ ὅρκιζε αὐτοὺς διορθώσασθαι ἅπαντας, ἵνα μέγιστον τὸν μισθὸν καὶ ἐν τούτοις, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς σου καλοῖς ἔχῃς, καὶ εἰ τοῦτο ποιήσῃς, προσθήσω καὶ διὰ δευτέρας γραφῆς τὰ μείζω καὶ πλατύτερα τούτων εἰς ἔνδειξιν πρότερον τῆς ἀληθοῦς καὶ θείας πίστεως καὶ δόξαν θεοῦ καὶ σωτηρίαν τῶν καλῶς καὶ ὀρθοδόξως πιστεύειν αἱρουμένων*[47], *ὑπὲρ ὧν Χριστὸς εὐκαίρως*[48] *τέθεικε τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν.*

Finis epistolae et totius codicis.

40) *ἀπίστοις* i. e. „incredulis“ deest in interpretatione Latina.

41) a „*τοῦ μὴ θέλοντος*“ usque ad „*αὐτόν*“ i. e. „nolentis mortem impii, sed ut convertatur impius a via sua et vivat, desunt in interpret. Lat.

42) Cod. *ψηλαφόντες*.

43) *καὶ ἀσύνετοι* i. e. „amentes“ desunt in interpretatione Latina.

44) *οὕτως* legendum videtur „*ὅπως*“.

45) Cod. *ἔχεις* habere videtur.

46) a „*τῶν ἐπισκόπων*“ usque ad „*θρόνων*“ i. e. „episcoporum sedium, quae sunt in Italia“ desunt apud interpretem Latinum.

47) ab „*εἰς ἔνδειξιν*“ usque ad „*αἱρουμένων*“ i. e. „ad ostentationem prius verae et divinae fidei et gloriam dei et salutem eorum, qui bene et orthodoxe credere malunt“ in interpretatione Latina desunt.

48) *εὐκαίρως* i. e. „tempestive“ deest in interpretatione Lat.

EPISTOLA LEONIS ACHRIDANI AD IOANNEM TRANENSEM AB HUMBERTO IN LATINUM SERMONEM TRANSLATA *).

Michaël, universalis patriarcha novae Romae, et *Leo*, archiepiscopus Achridae[1] metropolis Bulgarorum, dilecto fratri *Ioanni* Tranensi[2] episcopo.

1. Dei magna dilectio et jucunda compassionis[a] viscera flexere[b] nos scribere ad tuam sanctitatem, et per te ad universos principes sacerdotum et sacerdotes[3] Francorum, et monachos et populos[4], et ad ipsum reverendissimum papam, et memorari de azymis et sabbatis, quae mystice[5] indecenter custoditis, et communicatis Judaeis. Etenim azyma et sabbata ipsi custodire a Moyse jussi sunt: nostrum vero pascha Christus est. Qui, ut non juxta legem[6] inveniretur deo[c] adversarius, et circumcisus est, et legale pascha celebravit primitus. Sic illo discedente nostrum novum operatus est. Et hoc manifestum est sicut[d] in evangelio secundum Matthaeum; de mystica coena loquens evangelista[7] sic quoque[8] inquit:

a) *compositionis* B., C. — b) *flexerunt* B., Cd. — c) *deo* omittunt B., C., Cd. — d) *sicut* om. B. C. Cd.

*) In diversitate lectionis B. Baronium, C. Canisium et qui eum sequuntur, significat; littera d addita lectionem, quam uterque in dialogo Humberti exhibet, notamus.

1) Hujus urbis nomen vario modo scribitur: Akridia, Acridia, Achrida, Achris, Arrida.

2) Canisius, Galland, Migne etc. exhibent „Kannensi", ad quod annotat Basnage, qui curavit secundam Canisii „Thesauri Monumentorum ecclesiasticorum et historicorum" editionem: „Legendum Tranensi, fuit enim Tranensis episcopus cui literas suas direxit Michael; et sive Graecis faveret in eosque propensior esset [hic aut alterum membrum deest aut pro „sive" legendum est „quum"], depositus est a Nicolao secundo in synodo Apuliae, ut testatur Petrus Damianus. Fuit urbs olim celeberrima a Trajano Trajanopolis dicta, sed expulsis a Ferdinando rege Judaeis, qui illuc ex Hispania confugerant, civium multitudo urbisque splendor minui coepit et sensim evanuit; est tamen sedes Metropolitana, sed de tempore, quo id honoris sit adepta, dubium est".

Ad hanc annotationem nobis haec addenda et corrigenda esse videntur. Epistolam Leonis Achridani ad Ioannem Tranensem missam esse, colligitur ex Humberti Dialogo, in quo Romanus sub finem ita disputat: „Ecce hic specialiter Tranensem episcopum Ioannem, cui talia scripsistis, alloquentes, oleo peccatoris caput ejus impinguare satagitis dicentes:"

Quod Basnage annotat „et sive [quum] Graecis faveret, in eosque propensior esset, depositus est a Nicolao II, in synodo Apuliae, ut testatur Petrus Damianus", ei respondendum est, ex Petri Damiani relatione tantum sequi, Ioannem Tranensem depositum esse, causa vero depositionis non additur, quum in Petri Damiani epistola ad st. Rom. eccl. Cardinales (Opusculi XXXI. cap. VI) modo legatur: „Numquam certe vidisse me memini pontificales baculos tam continuo radiantis metalli nitore contectos, sicut erant, qui ab Esculano atque Tranensi gestabantur episcopis. Uterque tamen alter in Apulis finibus, Nicolao praesidente; alter in Lateranensi ecclesia coram Alexandro, Romanis scilicet Pontificibus sunt dejecti".

3) Verba „et sacerdotes" desunt in Graeco exemplo.

4) „et monachos et populos" desunt in Gr. exemplo.

5) Quum haec vox „mystice" hoc loco sensu careat et in Graeco exemplo „μωσαϊκῶς" legatur, verisimile est, illud ex hoc corruptum esse.

6) „juxta legem" addidit Humbertus.

7) „sanctus" deest ante evangelistam.

8) hoc „quoque" quo spectet non intelligitur; in Gr. exemplo legitur οὕτω πώς φησι i. e. „sic fere loquitur", quod non sine causa dictum esse ex eo apparet, quod quae sequuntur „τῇ δὲ πρώτῃ" etc. non ad verbum ex sacris literis sunt laudata.

»Prima autem die azymorum accessere[e] discipuli ad Jesum dicentes ei[f]: Ubi vis paremus tibi comedere pascha? Qui ait: Ite in[g] civitatem ad quemdam, et dicite ei: Tempus meum prope est, apud te facio pascha cum discipulis meis«. Et post pusillum: »Vespere autem facto discumbebat cum duodecim[h]. Et edentibus illis dixit: Amen, amen[i] dico vobis, quia unus vestrum me traditurus est«. Et post pusillum, dicente Juda: »Nunquid ego sum, Rabbi?« dicit[k] ei: »Tu dixisti«. Huc usque, o[l] Dei homines, universa legalis paschae sunt. Deinde ea[m], quae mystici et nostri sunt, addidit evangelista et[n] dixit: »Edentibus autem illis accepit Jesus panem, fregit et dedit discipulis suis, et dixit: Accipite et comedite; hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur[9]. Et accipiens calicem gratias egit, et dedit eis[o] dicens: Bibite ex eo omnes, hic est sanguis meus novi testamenti«. Dicendo enim novi ostendit quoniam[10 p] ea, quae veteris fuerunt testamenti cessaverunt[q]. Aspicite, quomodo panem corpus suum sub novo testamento vocavit, sicut vivificum et plenum spiritu et sicut caloris demonstrativum[r]. Vos quidem panem, nos *ἄρτον* dicimus[11]. *Ἄρτος* autem interpretatur *elevatus et sursum portatus a fermento et sale calorem et elevationem habens.* Azyma autem nihil distant a lapide sine anima et luto lateris deorsum conjuncta terrae et sicco luto comparata[s]. Quae Moyses cum amaritudinibus comedere miseris Judaeis[t] semel in anno legem[u] constituit dicens[v]; quoniam malae passionis et tribulationis symbola sunt significativa[w]; nostrum vero[x] pascha gaudium et laetitia totum est et extollit nos ab humo propter gaudium ad coelum, sicut et fermentum propter proprium calorem panem, qui panis omni suavitate repletus est. Azymum vero neque sal, neque fermentum habens[y] lutum est aridum. Aut non audistis Jesum dicentem discipulis suis. Quia[z] *vos estis sal terrae?* Et quoniam[a] *Simile est regnum coelorum fermento, quod accipiens mulier abscondit in farina satis tribus, usque dum*[b] *fermentaretur totum?* Mulierem sanctam ecclesiam vocat. Satis vero tribus, hoc est, tribus modiis[c] repletis, Patrem et Filium et Spiritum sanctum: quorum nequaquam lutulentum azymum est particeps[d]. Dicit enim et David de Christo[e]: *Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem*[f] *Melchisedech.* Qui ante Moysen et Abraham, coeli et[g] terrae et caeterarum creaturarum agnoscens Deum[h] exsurgens obtulit illi panem et vinum. Ideo dicit divinus apostolus: »Quoniam si consummatio per leviticum sacerdotium erat, non secundum ordinem Melchisedech sacerdos Christus diceretur *(Hebr. 7, 11)*«. Et quia »translato sacerdotio necesse est, ut legis translatio fiat *(Ibid., 12)*«, quae lex lutulenta constituit azyma Judaeis custodire[12].

II. Idem ipse magnus Paulus ad Corinthios prima epistola de[i] his loquens ait[k]. »Fratres, ego accepi a Domino, quod et tradidi

e) *accesserunt* Bd., Cd. — f) *ei* om. Bd., Cd. — g) *ad* B., C. — h) *discipulis suis* addunt Bd., Cd. — i) *amen* semel ponunt Bd., Cd. — k) *dixit* C. — l) *o* om. Bd., Cd. — m) *ea* om. B. — n) *enim* C — o) *illis* B., C. — p) *quomodo* B., C. — q) *cessavere* C. — r) ab „*sicut*" usque ad „*demonstrativum*" om. C. — s) *Azymae — conjunctae — comparatae. — Quas* C., Cd.; *Azymae — consumtae — comparatae. — Quas* B. — t) *Judaeis* om. Bd., Cd. — u) *in divina lege* Bd., Cd. — v) *dicens* om. C., Cd. a „*septem*" usque ad „*vitae tuae*" add. Bd. — w) *significativa* om. C. — x) *at* C. et B. — y) *Azymae — habentes* B., C. — z) *quia* om. Cd. — a) *quoniam* om. Cd. — b) *donec* Bd., Cd. — c) *Satis vero tribus modis repletis* B., C. — d) *lutulentae* etc. B., C. — e) *dixit autem David de ipso* Cd. *Dicit autem et David de Christo* Bd. — f) *Abraham et Moyses* C., Cd. — g) *et* om. Cd. — h) *Dominum* B. — i) *ex* C., Cd. — k) *sic ait* Cd. *inquit* Bd.

9) „tradetur" ex ep. I. ad Corinth. II, 2; *κλώμενον* (frangitur) in exemplo Graeco Leo ex antecedente *ἔκλασε* repetiisse videtur.

10) „quoniam" i. e. „quod".

11) Verba a „vos" usque ad „dicimus" absunt a Graeco exemplo et ab Humberto addita esse videntur.

12) Verba „quae lex lutulenta constituit azyma Judaeis custodire" non exprimunt Graeca, quae ita reddenda sunt: Quum igitur lex cessavisset secundum eundem apostolum, necessario etiam azyma cessaverunt.

vobis: quoniam Dominus in nocte, qua[l] tradebatur, accepit panem et gratias agens fregit et dixit: accipite et comedite, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter et de calice: Hic est calix novum testamentum in meo sanguine: hoc facite, quotiescunque bibetis[m], in meam commemorationem. Quotiescunque manducabitis panem hunc et calicem bibetis in meam commemorationem, mortem Domini annuntiabitis *(1 Cor. 11, 23—26)*«. Azyma[n] vero neque commemorationem habent Domini[o] neque mortem illius annuntiant, sicut Mosaica et ante mille quadringentos[13] annos ex lege constituta: et per novum testamentum hoc est per sanctum[14] evangelium et per Christum[15] maledicta et derelicta.

III. Sabbata[16] vero quomodo in quadragesima Judaice observatis? Aut non audistis evangelium loquens[p]: quia transeuntes. discipuli in sabbatis coeperunt iter agere evellentes spicas et comedentes? Dicebant autem Judaei ad Christum: »Vides, quid isti faciunt[q] sabbatis«? Qui dixit: »Etiam. An[r] nescitis[17], quid egit[s] David cum esuriret ipse, et qui cum eo erant? quomodo intravit in templum et panes propositionis comedit«, et caetera. Et quia »sabbatum propter hominem[t] factum est, non homo propter sabbatum«. Qui et dicebant, »quoniam homo[18] iste non est ex Deo, quia sabbatum non custodit[u] *(Marc. 2, 23,* seqq.; *Luc. 6, 1* seqq.*)*». Et iterum loquente Christo in sabbato ei[v], qui manum habebat aridam, similiter et eo[w], qui[19] daemonis spiritum habebat, in sabbato mundato et[x] murmurantibus Judaeis et similia[y] dicentibus, dicit Christus: »Hypocritae, unusquisque vestrum non solvit asinum a praesepi[z] aut bovem suum, et ducit adaquare? *(Luc. 12, 15)*«. Et paralytico similiter, quem sanum fecit. Et ideo hi[a] qui sabbata cum azymis custodiunt, neque Judaei neque Christiani sunt, sed similes sunt leopardo, sicut dicit magnus Basilius, cujus capilli nec nigri sunt, nec albi omnino[b].

IV. Quomodo autem et suffocata hi tales comedunt, in quibus sanguis tenetur? An[c] nescitis quod[d] omnis animalis sanguis anima ipsius sit, et qui comederit sanguinem animam comedit? Et idcirco[20] secundum hoc[e] nec gentiles ex toto sunt. Illi enim[f] occidunt, aut plagantes comedunt.

V. Item[g] alleluia in quadragesima non psallitis, sed semel in pascha tantummodo: quod interpretatur, *Dominus venit, laudate, hymnum dicite, et benedicite eum*[h]. Ergo secundum hoc neque *Domini*[i], *Dominum*[21], neque *Benedictus qui venit*, psallitis. Et istud vero alleluia Hebraice dictum[22] est.

VI. Cur tantam deceptionem horum talium non aspicitis nec intelligitis neque corrigitis

l) *in qua nocte* Bd., Cd. — m) *bibitis* Cd. — n) *Azymae* B., C. — o) *Dei* C., om. Cd. — p) *evangelistam loquentem* C. *in evangelio dicentem* Bd., Cd. — q) *facerint* C. — r) *Aut* C. — s) *egerit* Bd., Cd. — t) *homines* Bd., Cd. — u) *Quomodo homo iste est ex Deo, qui sabbata non custodit?* Cd. — v) *et* C. *et ei* B. — w) *ei* B., Bd., Cd. — x) *et* om. C. — y) *multa* B. — z) *praesepe* B., Bd., Cd. — a) *hi* om. Bd., Cd. — b) ab „*et ideo*“ usque ad „*nec albi omnino*“ in dialogo Humberti dupliciter ponuntur. — c) *aut* B., Bd., Cd. — d) *ut* Bd., C., Cd. — e) *haec* Cd. — e) *haec* Cd. — f) *autem* B. om Bd, Cd — g) *Et iterum* B. *Etenim* Bd., Cd. — h) *ei* C. — i) *Laudate* Bd., Cd.

13) pro „quadringentos“ vertendum fuit „sexcentos“, nam in Graeco exemplo legitur „*ἑξακοσίων*“.
14) „sanctum“ deest in Graeco exemplo.
15) „et per Christum“ deest in Graeco exemplo.
16) „Sabbata“ in Gr. exemplo „*Καὶ τὸ σάββατον*“.
17) in Graeco exemplo „*οὐκ ἀκούετε*“ i. e. nonne audivistis?
18) „homo“ additum est ab interprete.
19) Interpres hic contra exemplum Graecum errat, marem pro femina substituens (Luc. XIII, 11).
20) „idcirco“ pro „iterum“ in Graeco exemplo „*πάλιν*“.
21) In Graeco exemplo „*θεὸς κύριος*“.
22) „Hebraice dictum“ merito abest a Gr. ex.

populos et vosmetipsos[k] sicut qui debent judicari ex his[l] a Deo? Non derelinquitis quod dicitur, quod[m] hoc Petrus et Benedictus et Paulus et caeteri docuerunt? Decipitis vos ipsos et populum in istis. Quae vero scripsi, ea sunt, quae Petrus et Paulus et caeteri apostoli et Christus docuit, et sancta atque[n] catholica ecclesia suscepit et custodit religiose[23]. Quae et vos correcti custodite. Azyma[o] vero et custodias sabbatorum projicite miseris[24] Judaeis; similiter et suffocata barbaris gentibus, ut fiamus puri omnes[p] in recta et immaculata fide, et unus grex unius pastoris Christi. Cujus in cruce divino sanguine inebriati laudamus puri pure[25] Patrem et Filium et Spiritum sanctum. Universa Mosaicae legis et ab eo custodita derelinquentes sine Deo[26] Judaeis, qui velut caeci perquirentes Christum lumen amiserunt, permanentes in umbra, sicut insipientes perpetuo. Haec autem, homo Dei[q], et multoties[r] ipse cum populo agnoscens docuisti esse, et correctus scripsisti[27] multis similem[s] consuetudinem habentibus. Et ut habeas salutem animae tuae, mitte principibus sacerdotum et sacerdotibus, et adjura, ut per haec seipsos corrigant et Dei[t] populum, ut Dei[u] mercedem et[v] in istis habeas[w]. Et si hoc feceris[x], propono et per secundam scriptionem majora et perfectiora his tibi scribere[28], fidei vera ostensione et firmamento animarum, pro quibus Christus posuit animam suam.

k) *et vosmetipsos* om. Cd. — l) *ex his* om. Bd., Cd. — m) *quoniam* Bd., Cd. — n) *et sancta ecclesia catholica* C. — o) *Azymas* C., Cd. — p) *omnes* om. B. C. — q) *hujusmodi* C. — r) *multoties et ipso* Bd., Cd. — s) *talem* Bd., Cd. — t) *Dei* om. Bd., Cd. — u) *Dei* om. Bd., Cd. — v) *et* om. B., C. — w) *habeant* Bd., Cd. — x) *feceritis* Cd.

23) Interpres quae simpliciter in Graeco dicta erant quum inutiliter duplicavit tum interpolavit et corrupit. Primum enim inter Paulum et Petrum „Benedictum" interposuit, quo factum est, ut „*ἀπόστολος*" abjiceret, eodemque modo „*αἱ ἅγιαι καὶ οἰκουμενικαὶ ἑπτὰ σύνοδοι*" omitteret. Deinde se ea scripsisse, quae Petrus etc., iterum gloriatur.

24) In Graeco „*ἀθέοις*".

25) „puri pure" absunt a Gr. ex.

26) „sine Deo" interpres ex eo, quod supra legebatur „*τοῖς ἀθέοις Ἰουδαίοις*" hausisse videtur.

27) „docuisti" et „scripsisti". Vertendum erat „doce" et „scribe", ut in Gr. ex. est „*πρόσταξον*".

28) pro „propono" et „scribere" in Graeco exemplo legitur „*προσθήσω*" i. e. „addam".

II.

S. LEONIS IX.

EPISTOLA AD MICHAELEM CONSTANTINOPOLITANUM PATRIARCHAM ADVERSUS EIUS ET LEONIS ACHRIDANI EPISCOPI INAUDITAS PRAESUMPTIONES ET NIMIAS VANITATES [1]).

Leo episcopus, servus servorum Dei, *Michaëli* Constantinopolitano et *Leoni* Achridano episcopis.

I. *In terra pax hominibus bonae voluntatis (Luc. 2).* Hujusmodi exordium docuit nos illud Dominicum: *In quamcunque domum aut civitatem intraveritis, primum dicite: Pax huic domui; et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra; sin autem, ad vos revertetur (Luc. 10). In pace etenim vocavit nos Deus (1. Cor. 7), qui est pax nostra; qui fecit utraque unum, et veniens evangelizavit pacem his qui longe, et his qui prope erant (Ephes. 2):* et inter nonnulla dixit: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur (Matth. 5).* Quorum pedes Deiloquus Isaias admiratus, proclamat: *Quam speciosi pedes evangelizantium pacem! (Isa. 52; Rom. 10).* Ad quam magnus Paulus contestando sic discipulos adhortatur: *Pacem sequimini cum omnibus, et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum (Hebr. 12).* Et: *Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes (Rom. 12).* Et rursum: *Pacem habete, et deus dilectionis et pacis erit vobiscum (2. Cor. 13).* Nec immerito dicente discipulis suis, imo omnibus Christianis ipso Domino: *Pacem relinquo vobis, pacem meum da vobis (Ioan. 14).* Quae utique quam germano et unanimi affectu, et indissolubilis foederis nexu retinenda sit, hinc potest colligi quod eam ultimam cohaeredibus et comparticipibus suis, velut haereditario et perpetuo jure commendatam, sub testamento mox suo sanguine subscripto et pia morte confirmato reliquit, quasi diceret: Fratres et cohaeredes mei, relinquo vobis ex patrimonio nostro sortem, temporalem videlicet pacem;

1) Hoc reponsum brevi, postquam literae a Leone Achridano missae sunt, datum etiam ad a. 1053 pertinet; hoc ostendunt verba capitis V: „Ecce jam mille ac ferme viginti a passione salvatoris nostri annos incipit per vos discere Romana ecclesia, qualiter memoria ejusdem sit recolenda“, quod certe ad a. 1053 spectat, quia Romani a tricesimo quarto anno Christi numerare consueverunt; in epistola Leonis ad Michaëlem, Const. archiep., quae consignata est mense Januario (a. 1054), legimus: „... post tot sanctos et orthodoxos patres, per mille et viginti a passione salvatoris annos, novus calumniator eccl. Lat. emersisti“, unde apparet ‚ferme viginti‘ in priori loco citato ad annum 1054 praecedentem, nondum exactum pertinere.

Criminationes ab Orientalibus excitatas in hoc responso papa praetermittit de industria, quod ex capite XLI sequitur; non enim ignorabat, disputationibus theologicis controversias haud facile componi posse; contra adhortationibus, ut re vera christianum decet, pacem labefactatam servare studet. Leo igitur auctoritatem sedis apostolicae efferens perpetuam orthodoxiam et tolerantiam Latinorum Graecorum innumeris haeresibus eorumque duritiae et superbiae opponens novum impetum se propulsaturum esse sperat.

quam si integram et incontaminatam in fine mihi representaveritis, meam sortem, pacem scilicet sompiternam, adjungo vobis. Nec his contentus, Patri aequalis, Patreque minor, pro hac ipsa Patrem sic deprecatur, ad Patrem suum et Patrem nostrum, a quo nunquam discesserat, rediturus: *Pater, quos dedisti mihi, volo ut sint unum, sicut et nos unum sumus, et sint consummati in unum (Ioan. 17).*

II. Sed *Vae mundo a scandalis (Matth. 18)*, quia, cum pene omnes paginae divinae nos pariter invitent ad bonum unitatis et pacis, quatenus cor unum et anima una sit nohis in eo qui unanimes in domo sua, quae est catholica ecclesia, habitare facit exstitere tamen, hactenus, et existunt miseri homines, sua, non quae sunt Jesu Christi, quaerentes *(Philip. 2)*, per omnia militibus Dominum gloriae crucifigentibus nequiores. Illi siquidem corruptibili tunicae ipsius, quia inconsutilis et desuper contexta erat per totum, pepercerunt, dicentes: *Non scindamus eam (Ioan. 19)*, quadam utique reverentia admirati et textricis diligentiam et operis elegantiam. Isti vero incorruptibili charitati ejus, qua univit ecclesiam, ut exhiberet sibi vestem gloriosam, non habentem maculam aut rugam, impias et sacrilegas manus ad discindendum crudeliter injiciunt, linguas magniloquas et dolosas ad confodiendam illam exacuunt; nihili pendentes ineffabili et speciali artificio coaeternae Deo Patri sapientiae compactam et contextam, nec humano ingenio seu philosophorum syllogismis aut argumentationibus consutam: *Stulta enim mundi elegit Deus, ut confundat sapientes (1. Cor. 1).* Neque enim per rhetores et sophistas collegit piscatores, sed per piscatores et simplices piscatus est sophistas et oratores, quia sicut egregius Paulus dicit: *Non est in sermone regnum Dei, sed in virtute (1. Cor. 4).*

III. Verum erubescat et confundatur impia haeresis, impudenter inhians sectioni atque divisioni insecabilis et indivisibilis unitatis, reclamante et repugnante non solum ipsius unitatis natura, sed etiam humanae sapientiae conjectura. Discedant ergo perfidi corvi, milvi, vultures, et quaecunque laniatu vel morte aliena pascuntur aves. Sola columba ad arcam redeat et super caput Domini Jesu manens, totum corpus ejus, quod est Ecclesia, uniat, infundat et repleat, unicamque columbam de diversae professionis et nationis hominibus atque linguis omnibus, quasi de diversis membris efficiat, cui voce Capitis, quod est ipse Christus, dicat: *Una est columba mea, perfecta mea, immaculata mea (Cant. 5).* Quae enim semper *una* vocatur, et est, nunquam dividitur aut secatur; quae semper *perfecta*, hoc est plena, nunquam minuitur aut evacuatur; quae semper *immaculata*, nunquam corrumpitur aut maculatur. Quoniam, etsi nonnunquam ab ea plerique ita exeunt ut non revertantur, non tamen ejus unitas inde discinditur, aut perfectio minoratur, seu virginitas violatur. Quandoquidem membra corvina ad hoc revertuntur, ut suo corpori, a quo ad tempus videbantur esse disjuncta, reincorporentur, et integerrima permaneat columba illa unica, cui se incorporatos et unitos falso gloriabantur. Et quae gemebat sub periculis in falsis fratribus, revelata illorum exitu, per os beati Ioannis apostoli libere protestatur: *Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum (1. Ioan. 2).* Qui enim pectus columbae, velut humores mali, solebant premere, et ad nauseam jugiter provocare, alicujus accessionis vel occasionis impulsu egressi, vel ejecti, aut potius egesti, comprobantur eam relevare; atque bonae valetudinis statum sua discessione eidem revocare. Quotquot autem exeunt redituri, omnino ab ea nequenut avelli aut praecidi; et si videntur aliquandiu avulsi aut praecisi, quia *Novis Deus qui sunt ejus (2. Tim. 2)*, per cujus praedestinationem sunt intus sine errore, etiam qui putantur foris esse, et errare; nec rapit

quisquam de manu ipsius, quos jam prorsus raptos suspicabamur.

IV. Sed vae hominum superbiae et arrogantiae [ignorantiae], qui membra Antichristi, et praecursores ejus affecti, qui est rex super universos filios superbiae, non cessant zizaniorum pestes in medium tritici spargere, et messem, cui caeleste praeparatur horreum, quantum in eis est, atterere. De quorum periculoso tempore dilectus Domini virgo Ioannes voluit nos instruere: *Filioli,* inquiens, *novissima hora est, et sicut audistis quia Antichristus venit, nunc autem Antichristi multi facti sunt (1. Ioan. 2).* Haec novissima hora a primo adventu Salvatoris incoepta, usque ad secundum ejus adventum est protendenda. Quae quot Antichristos jam habuerit aut detexerit, dicere quis poterit? De quibus et Doctor gentium, mirabilis Paulus, Ephesiis in Actibus apostolorum ait: *Ego scio, quoniam intrabunt post discessionem meam lupi graves in vos non parcentes gregi; et ex vobis ipsis exsurgent viri loquentes perversa, uti abducant discipulos post se (Act. 20).* Sed, o Domine Jesu, pervigil pastor, et leo de tribu Juda, qui, secundum Psalmistam, super aspidem et basiliscum ambulas, et conculcas leonem et draconem *(Psal. 90),* jam in fine saeculorum oves pascuae tuae, variis insidiis et rabie innumerabilium luporum hactenus fessas, miseranter attende, et *increpa feras arundinis (Psal. 67),* quae saeviunt, et dentibus frendunt super humilitatem ecclesiae tuae, fulti et protecti arundineto, id est, mundana potestate, exterius quidem nitida, sed internus vacua ubi, sicut ad beatum Job divina voce dicitur: *Non solum omnes bestiae agri ludunt (Job 40),* cuncta scilicet turba malignorum spirituum secundum libitum suum debacchatur, verum etiam Behemot, eorum utique princeps, ibidem sub umbra dormit in secreto calami et locis humentibus, cum sine aliqua inquietudine vel contradictione in superborum et lubricorum cordibus requiescit securus. Catholica vero ecclesia promissiones tuas retinens, Domine, quotidie gaudet compleri in doctoribus suis illud Sapientiae: *Fulgebunt justi, et tanquam scintillae in arundineto discurrent (Sap. 3),* atque vento agitatas arundines comburent. Tunc ferae arundinis pariter interient, in quibus est *congregatio taurorum (Psal. 67),* coetus videlicet haeresiarcharum cervicoso ducatu post se trahentium vaccas, id est, lascivas animas populorum, ut qui probati sunt argento, excludantur, scilicet perfecti in eloquiis divinis et stabiles in fide appareant, emineant vel manifestentur. Argento quippe eloquia divina significantur, ut idem Psalmista testatur: *Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum (Psal. 11).* Per exclusionem autem, argentum vel aurum quodam artificio subrigitur, clevatur et exprimitur, ut repente videatur respersum, et insignitum decenti figuratione diversorum florum aut imaginum, quod prius humile jacebat et planum. Quod totum brevius et clarius sic eloquitur magnus Paulus: *Oportet haereses esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant in vobis (1. Cor. 11).* Sed, o maligna haeresis, non inde tibi blandiaris, quod ab Apostolo, *Oportet haereses esse,* audieris. Etenim in sancto evangelio Dominus noster dicit: *Necesse est ut veniant scandala; verumtamen vae homini per quem scandalum venit! (Matth. 18).* Nempe non est frustra in fornace aurificis palea, quia aurum non purgatur, si palea non uratur.

V. Haec et alia similia his cum pene omnes sacri eloquii paginae contra impudentem vesaniam haereticorum concrepent, vehementer obstupescimus, et hacrymis charitatis plangimus, sic edormisse ecclesiae sacerdotes, quatenus qui Dei debuerant esse adjutores, non exhorreant eorum fieri sequaces quorum memoriam cum sonitu periisse, et civitates destructas vident. Inde est totum illud, quod tandem cum indicibili contritione et gemitu cordis ac corporis effundimus, in quo omnia viscera

catholicae matris concutiuntur; in quo omnes sensus Christianorum obtunduntur, in quo disciplina ecclesiastica et sanctorum vigor canonum confunditur ac calcatur, quia tu, charissime nobis, et adhuc dicende in Christo frater et antistes Constantinopolitanae, tuque Leo Achridane, dicimini apostolicam et Latinam ecclesiam nova praesumptione, atque incredibili audacia, nec auditam nec convictam palam damnasse, pro eo maxime quod de azymis audeat commemorationem Dominicae passionis celebrare, Ecce incauta reprehensio vestra, ecce non bona gloriatio vestra, quando ponitis in coelum os vestrum, cum lingua vestra transiens in terra, humanis argumentationibus et conjecturis antiquam fidem confodere ac subvertere moliatur. Ecce, nisi quantocius resipiscatis, incorporati et annumerati, quod absit! eritis in illa cauda draconis, qua tertiam partem stellarum coeli traxit, et in terram misit. Ecce jam post mille ac ferme viginti a passione Salvatoris nostri annos, incipit per vos discere Romana ecclesia qualiter memoria passionis ejusdem sit recolenda, quasi nil ei contulerit praesentia, conversatio et diuturna institutio, seu, qua clarificavit Deum, mors pretiosa illius venerabilis senis, cui specialiter Christus Filius Dei vivi dicit: *Beatus es, Simon Bar-Iona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui est in coelis (Matth. 16).*

VI. Non ergo perpenditis quanta impudentia dicatur Pater, qui est in coelis, abscondisse a principe apostolorum, Petro, cultum, sive ritum visibilis sacrificii, per dispensationem Unigeniti sui, cui per semetipsum plenissime revelare dignatns est illud ineffabile arcanum invisibilis divinitatis ejusdem Filii sui. Et cui non per angelum, nec per prophetam, sed proprio ore, ipse Dominus angelorum et prophetarum sic repromittit in sequentibus: *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam (Ibid.)* illius capiti vos satagitis subtrahere Christum Jesum, praeter quem nemo potest universali Ecclesiae aliud ponere fundamentum *(1. Cor. 3)*. Quod utique devotissimus ille Petrus non solum vivens, sed etiam moriens demonstravit, quando nimia humilitate et congrua significatione se crucifigi deorsum verso capite petivit; profecto divina inspiratione praefigurans sese esse primum et quadrum lapidem in fundamento, quod est Christus Jesus, compaginatum, cohaerentem atque connexum; qui, utpote superpositus angulari lapidi, totum pondus ecclesiasticae fabricae incorruptibili soliditate sufferret, ac proprii capitis suppositione omnia membra corporis Christi per aptas et naturales compages, usque ad consummationem saeculi, quasi usque ad pedes crescentia, inflexibili colle ad caelos sustolleret.

VII. Taliter sancta ecclesia super petram id est Christum et super Petrum, vel Cepham filium Ioannis, qui prius Simon dicebatur, aedificata, quia inferi portis, disputationibus scilicet haereticorum, quae vanos ad interitum introducunt, nullatenus foret superanda. Sic pollicetur ipsa Veritas, per quam sunt vera, quaecunque sunt vera: *Portae inferi non praevalebunt adversus eum (Matth. 16).* Cujus promissionis effectum se precibus impetrasse a Patre idem Filius protestatur, dicendo ad Patrem: *Simon, ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum. Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua; et tu aliquando conversus confirma fratres tuos (Luc. 22).* Erit ergo quisquam tantae dementiae qui orationem illius, cujus velle est posse, audeat in aliquo vacuam putare? Nonne a sede principis apostolorum, Romana videlicet ecclesia, tam per eumdem Petrum quam per successores suos, reprobata et convicta, atque expugnata sunt omnium haereticorum commenta et fratrum corda in fide Petri, quae hactenus ncc defecit, ncc usque in finem deficiet, sunt confirmata?

VIII. Praeterimus nominatim replicare nonaginta et eo amplius haereses ab Orientis

partibus, vel ab ipsis Graecis, diverso tempore ex diverso errore ad corrumpendam virginitatem catholicae ecclesiae matris emergentes. Dicendum videtur ex parte, quantas Constantinopolitana ecclesia per praesules suos suscitaverit pestes, quas viriliter expugnavit, protrivit, et suffocavit Romana et apostolica sedes. Ecce Eusebius Nicomediensis episcopus, sedis Constantinopolitanae invasor, et signifer maledicti Arii exstitit. Quartus Macedonius haeresiarcha, suffocator antecessoris sui beati Pauli, blasphemator Spiritus sancti, tortor Christianorum, et usque ad mortem persecutor, et alter Julianus, charactere in frontibus notando catholicos. Haec et alia mala tam ipse quam sui sequaces per omnes Orientis urbes et maxime Constantinopoli agebat, cum Hesperiae partes ab hac tempestate immotae manerent teste vestro historiographo Socrate *(Hist. eccles.* lib. 2, cap. 2*)*. Quintus Eudoxius Arianus invasor sedis et ordinator Eunomii haeretici dicens Patrem ἀσεβῆ, quod nullum colat; Filium εὐσεβῆ, quod Patrem colat. Sextus Demophilus, ipse Arianus. Nonus Maximus, Cynicus et Apollinarista. Decimus Nectarius vir sanctus ordinatus a sancta Constantinopolitana synodo prima; de quo cum sancti Patres Damaso papae et suis coëpiscopis scripsissent, dixerunt: »Constantinopolitanae urbis novellam, ut ita dicamus, ecclesiam velut ex ore leonis, haereticis suffossam blasphemiis, abstraximus«: teste Theodoreto vestro historiographo *(Eccl. Histor.* lib. 5, cap. 9*)*. Sed non inde omnino suffocatus est ille veternosus basiliscus et venenosus; quia successor hujus Ioannes Chrysostomus ab ingrata ecclesia bis est depositus, et in exsilio defunctus. Cujus depositionem non ferentes Occidentales episcopi id est Latini ab Orientalium communione sunt segregati. Hujus successor Arsacius manu militari in Ioannitas desaeviit, in sequaces videlicet beati Ioannis. Jam quintus decimus in catalogo Nestorius haeresiarcha exstitit, qui spiritu diaboli plenus inter alias suae perversitatis blasphemias tale virus evomuit: »Dei genitricem Mariam nullus appellet; Maria enim homo fuit, et Deum ab homine generari nimis impossibile est«. Qui etiam duas personas in Deo Christo mentitus est. Hinc septimus decimus Flavianus beatus praesul martyrio coronatus postea, quia damnavit Eutychen abbatem, unam substantiam vel naturam in Christo asserentem. Propter quod beatissimae memoriae domino papa Leone et Marciano Christianissimo imperatore factum est Chalcedonense concilium sexcentorum triginta pontificum. Quid dicemus de Acacio accusatore, et restitutore Petri Alexandrini episcopi, per quos plurima homicidia exstiterunt, nisi quod a sanctissimo Gelasio papa in perpetuum fuere ambo damnati cum Ioanne successore et defensore Acacii? *(In tomo de anathematis vinculo* ep. 9, 11*)*. Post quos Anthimus Eutychianus haereticus per praesentem papam Agapetum in ipsa Constantinopoli est depositus *(Agap. epist. 4, 5)*. Eutychius autem, quia dogmatizabat humanum corpus in resurrectione impalpabile futurum et vento aëreque subtilius, a beato Gregorio tunc diacono ita est convictus, ut in praesentia piae memoriae Tiberii imperatoris codices dogmatis ejus justis flammis traderentur.

IX. Successit quoque huic Ioannes, cujus superbiam, quamvis universus mundus capere nequiverit, angustus tamen cespes post non multum temporis compressit. Hic nimie vanitatis novum nomen primus sibi usurpavit, ubi se a cunctis oecumenicum patriarcham, id est universalem, et dici et scribi debere decrevit. Pro qua utique praesumptione a beatis pontificibus Pelagio et Gregorio digna perculsus est excommunicatione. Cujus contagii macula adhuc vobis cum ipsa maledictione sic adhaesit, ut nunc quoque vos ipsos oecumenicos patriarchas[2] et appellare et scribere non timeatis.

2) Vide supra Prolegomenon cap. IX.

Et certe nomen istud a sanctis Patribus in Chalcedonensi synodo ob reverentiam S. Romanae et apostolicae sedis sanctissimo decessori nostro Leoni papae, et praeclarissimo doctori successoribusque ejus fuit oblatum, sed nec ab illo, nec ab ullo successorum ipsius constat hactenus receptum[3]. Et cui post Christum Jesum hoc nomen magis poterat aptari quam successoribus Petri? Sed imitanda humilitas reverendorum pontificum attendens, quod ipse princeps apostolorum non inveniatur dictus universalis apostolus, et superbum refutavit vocabulum penitus, quo videbatur par dignitas subtrahi cunctis per orbem praesulibus, dum uni ex toto arrogaretur, tanquam singuli dicerent verbis et factis, quod magister eorum et primus crucifigendus inquit: »Non sum dignus caput sursum ponere, sed declinare vultum in terram«. Vestra ergo fraternitas videat, quanta apud se protervia tumeat, quae nec oblatum sibi a quoquam, nec concessum, sed potius denegatum et sub anathematis interpositione ab apostolica et prima sede et a sanctis atque orthodoxis Patribus interdictum superstitiosum vocabulum tantae obstinationis contumacia per quadringentos jam a beatissimo papa Gregorio et amplius annos usurpare non cessat: et qualiter exemplo Domini nostri Jesu Christi et suorum parati estis pro fratribus animas ponere, qui per tot tempora noluistis saltem inane nomen et totius ecclesiae unitatem sua insolentia scandalizans deponere? et quid effecit in vestris mentibus toties declamata in auribus illa gloriosi Apostoli professio, qui dicit: *Quis scandalizatur et ego non uror? (I. Cor. 2)* qui non solum pro scandalo aliorum non urimini, sed etiam scandalo vestro quotidie uritis ecclesiam Dei?

X. Sed ut ad reliquos decessores vestros revertamur, quid de Pyrrho episcopo, imo haeresiarchae Macarii Antiocheni sequace dicetur? qui veniens Romam scripto anathematizavit omnia, quae ipse et decessores sui contra fidem catholicam et apostolicae sedis senserant? Sed quantocius ad vomitum reversus a papa Theodoro est damnatus et successor ejus Paulus, quod ab eodem Romano pontifice monitus et increpatus non resipuit, quando velut simulacrum aut phantasma aliquod insensibile Dominum nostrum Jesum Christum arbitratus, nec unam, nec duas voluntates vel operationes in eodem fuisse diffinivit, et altare Latinorum et legatorum Romanae ecclesiae, quod nemo haereticorum ante eum praesumpserat, subvertit. Ad cujus rabiem, qua saeviebat in catholicos, destruendam sanctissimus papa Martinus collectis centum et quinque episcopis damnavit Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrhum, et Paulum, Constantinopolitanos episcopos. In qua utique vesania nec vos istis modo temporibus inferiores illo vestro Paulo summam et apostolicam sedem cunctosque institutionis ejus fidissimos observatores anathemate damnatis; incauta, impudenti arrogantia adeo caecati, ut non animadvertatis, quid et qui faciatis, et cui. Illi nempe facitis praejudicium, de qua nec vobis, nec cuilibet mortalium licet facere judicium, beatissimo et apostolico pontifice Silvestro divinitus decernente spiritualique ejus filio Constantino, religiosissimo Augusto cum universa synodo Nicaena approbante ac subscribente ut summa sedes a nemine judicetur; inviolabiliter et inconcusse sibi conservato illo privilegio, quod idem princeps quarto baptismatis sui die devotus contulit pontifici Romano, scilicet ut in toto orbe sacerdotes ita hunc caput habeant, sicut omnes judices regem. Quorum semper omni mundo reverendam sententiam, sicut veraciter divina inspiratione promulgatam, amplexae reliquae universales synodi, id est Constantinopolitana prima, consensu pii Augusti et religiosi majoris Theodosii, Ephesina prima,

3) Hunc errorem esse ostendit Hefelius ss. Conc. hist. vol. II. §. 202, simulque explicat, quomodo hic error ortus esse videatur.

sub Juniore Theodosio, filio Archadii, Chalcedonensis, sub imperio divae memoriae Marciani, tertia Constantinopolitana, rogatu et consensu Junioris Constantini, unanimi voluntate concordique verbo et scripto confirmavere sanctam Romanam et apostolicam sedem post Dominum Jesum caput esse omnium ecclesiarum Dei, et hoc debere credi, confiteri et scribi ab omnibus veneratoribus Nicaeni concilii cujus statutorum usque ad unum iota contemptoribus districtum anathema cautum est a quinque praefatis et cunctis sanctorum Patrum synodis subsequentibus.

XI. Sic juxta Sapientem lapis missus non pergit ad coelum *(Eccli. 27)* et maledictum frustra prolatum revertitur in auctorem suum *(Prov. 26):* sic juxta vulgi proverbium qui supra caput suum spuere conatur, quantocius in faciem illius sputum relabitur: Sic nobis maledictum pro maledicto non redentibus, sed cum Psalmista adversum nos peccatore consistente custodiam ori nostro jam diu ponentibus (*(Psal. 38)*, per tumorem vestrum incurristis, quod dolemus, quia praejudicium faciendo summae sedi, de qua nec judicium licet facere cuiquam hominum anathema accepistis ab universis patribus omnium venerabilium conciliorum. Quo indissolubiliter astringemini, si cor impoenitens retinendo super tantam praesumptionem, ab illo per vicarios ipsius non solvamini, cui specialiter dixit Christus, Filius Dei vivi: *Quaecunque solveris super terram, erunt soluta et in coelis (Matth. 16).* Si conferamus vetera novis, Balaam ille hariolus in hac parte cautior fuit vobis, qui reverens Deum nec promissis nec minis regis Moab ad maledicendum filiis Israel flecti potuit: *Quomodo, inquiens, maledicam, cui non maledixit Deus? aut qnomodo detestabor, quem Dominus non detestatur? (Num. 23).* Vos vero nec amor Dei et proximi nec reverentia divinorum canonum, aut sicut dicitur orthodoxorum principum vestrorum prohibitio revocat, quin publice maledicatis et detestemini genus electum, regale sacerdotium, gentemque sanctam *(1. Petr. 2).*

XII. Quod quamvis omnibus ecclesiis Christi, quae unam catholicam in toto mundo efficiunt, a principe apostolorum Petro sit vere dictum, nulli tamen verius aptatur quam illi, cui proprie praesidet ipse, qui coelestis regni meruit gubernacula obtinere, Domino Jesu Christo sibi dicente: *Tibi dabo claves regni coelorum* (*Matth. 16*), et, in speciali potestate ligandi et solvendi, summi sacerdotii privilegium. At quoniam attestante Salomone: *Cor regis in manu Domini; quocunque voluerit, vertet illud* (*Prov. 21*): tantum apicem coelestis dignitatis in beato Petro et in ejus vicariis prudentissimus terrenae monarchiae princeps Constantinus intima consideratione reveritus, cunctos usque in finem saeculi successuros eidem apostolo in Romana sede pontifices, per beatum Silvestrum non solum imperiali potestate et dignitate, verum etiam infulis et ministris adornavit imperialibus valde indignum fore arbitratus terreno imperio subdi, quos divina majestas praefecit coelesti; cui equidem comparatum istud terrenum nihil est, nisi vanitas vanitatum, qua homines obliti Domini Creatoris sui intumescentes, mox detumescunt. Et tamen imperialis celsitudo hoc totum quod potuit effecit, quando tota devotione quidquid a Domino acceperat, eidem in ministris suis reddidit. Ut enim venerabilis Paulus docet: *Non est potestas nisi a Deo, quaecunque autem sunt, a Deo ordinata sunt* (*Rom. 13*). Quibus in terreni regni opportuna administratione non resistendum sic instruimur per ipsum principem apostolorum: *Subjecti estote omni humanae creaturae propter Deum; sive regi, quasi praecellenti; sive ducibus, tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum laudem vero bonorum, quia sic est voluntas Dei* (*1. Petri 2*). Et post pauca: *Deum timete, regem honorificate* (*Ibid.*). Atque per coapostolum ejus Paulum: *Omnia anima po-*

testatibus sublimioribus subdita sit. Nam qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt ipsi sibi damnationem acquierunt (*Rom. 13*). Unde Sapientia in Proverbiis intonat, dicens: *Per me reges regnant et principes justa decernunt* (*Prov. 8*). Quod etiam saepe dictus Augustus Constantinus perspicacis animae vivacitate deprehendit, et matri suae religiosae Helenae inter nonnulla sic rescripsit: »Qui moderatur saecula, et disponit totius mundi suffragia, quibus alimur et sustentamur, per se quidem spirantia vivificat, sed per pectora principum sua jura saeculis dictat«.

XIII. His et aliis quamplurimis testimoniis, jam vobis satisfactum esse debuit de terreno et coelesti imperio, imo de regali sacerdotio S. Romanae et apostolicae sedis, praecipue super speciali ejus dispositione in coelis, si quoquo modo Christiani esse vel dici optatis, et si ipsam evangelii veritatem aperte, quod absit! non impugnatis. Ad cujus tonitruum quisquis non expergiscitur, non dormit, sed omnino est mortuus, cui jam frustra ab hominibus clamabitur. Sed ne forte adhuc de terrena ipsius dominatione aliquis vobis dubietatis supersit scrupulus, neve leviter suspicemini ineptis et anilibus fabulis sanctam Romanam sedem velle sibi inconcussum honorem vindicare et defensare aliquatenus, pauca ex privilegio [4], ejusdem Constantini manu cum cruce aurea super coelestis clavigeri venerabile corpus posito, ad medium proferemus, quibus fundetur veritas et confundatur vanitas, ut omnia membra catholicae matris cognoscant nos illius Petri disciplinae esse qui sic in epistola sua ait de se: *Non enim doctas fabulas secuti notam vobis fecimus Domini nostri Jesu Christi virtutem, sed speculatores facti illius magnitudinis* (*II. Petr. 1*); et nos vobis inculcare non tam relatu quolibet quam quae ipso visu et tactu comperta sunt. Vel admoniti recognoscite, quia idem gloriosus princeps in jam dicto privilegio, post Christianae fidei claram perfectamque confessionem atque baptismatis sui enucleatam commendationem, specialem sanctae Romanae ecclesiae dignitatem sic promulgavit dicens: »Utile judicavimus, una cum omnibus nostris satrapis, et universo senatu, optimatibus etiam in cuncto populo Romanae gloriae imperio subjacente, ut, sicut beatus Petrus in terris vicarius Filii Dei videtur esse constitutus, ita etiam et pontifices ipsius principis apostolorum vice, principatus potestatem, amplius quam terrenae imperialis nostrae serenitatis mansuetudo habere videtur, concessam a nobis nostroque imperio obtineant, eligentes nobis ipsum principem apostolorum vel ejus vicarios, firmos apud Deum esse patronos. Et sicut nostra est terrena imperialis potentia, ita ejus sacrosanctam Romanam ecclesiam decrevimus veneranter honorare, et amplius quam nostrum imperium terrenumque thronum sedem sacratissimam B. Petri gloriose exaltare, tribuentes ei potestatem et gloriae dignitatem, atque vigorem et honorificentiam imperialem; atque decernentes sancimus, ut principatum teneat tam super quatuor sedes, Alexandrinam, Antiochenam, Hierosolymitanam ac Constantinopolitanam, quamque etiam super omnes in universo orbe terrarum Dei ecclesias, et pontifex, qui, pro tempore, ipsius sacrosanctae Romanae ecclesiae exstiterit celsior et princeps cunctis sacerdotibus totius mundi existat, et ejus judicio, quaeque ad cultum Dei

4) Has literas Constantini suppositițias esse, jam diu inter omnes constat. Quodsi Schroeckhius Christianae eccl. hist. part. XXIV. pag. 213 dicit: „aber weit grösser ist die Unverschämtheit oder vielleicht nur Leichtgläubigkeit des Papstes, indem er die untergeschobene Schenkungsurkunde Constantin's des Grossen an Silvestern beinahe ganz einschaltet“. (Sed multo major impudentia aut fortasse modo credulitas papae est, quum Constantini Magni de donatione Silvestro facta literas suppositițias maximam partem addat) nescivisse videtur, has literas spurias esse demum saeculo XV. innotuisse (Cf. Laur. Valla de falso credita et ementita Constantini donatione).

vel fidei Christianorum stabilitatem procuranda fuerint, disponatur. Justum quippe est, ut ibi lex sancta caput teneat principatus, ubi sanctarum legum institutor, salvator noster, beatum Petrum apostolum obtinere praecepit cathedram, ubi et crucis patibulum sustinens beatae mortis sumpsit poculum suique magistri et Domini imitator apparuit, et ibi gentes pro Christi nominis confessione colla flectant, ubi eorum doctor beatus Paulus apostolus pro Christo extenso collo martyrio est coronatus: et illic usque in finem quaerant doctorem, ubi sanctorum doctorum quiescunt corpora; et ibi proni ac humo prostrati coelestis regis Dei et salvatoris nostri Jesu Christi famulentur officio, ubi superbi terreni regis serviebant imperio«. Et succincte commemorato suo studio et devotione in construendis aliquot sanctorum basilicis et imperialium donationum magnificentia abundanter ditatis ait: »Concedimus ipsis sanctis apostolis, dominis beatissimis Petro et Paulo, et per hos etiam beato Silvestro patri nostro, summo pontifici et universali urbis Romae papae, et omnibus ejus successoribus pontificibus, qui usque in finem mundi in sede beati Petri erunt sessuri, atque de praesenti contradimus palatium imperii nostri Lateranense, quod omnibus in toto orbe terrarum praefertur atque praecellit palatiis: deinde diadema videlicet coronam capitis nostri simulque phrygium necnon et superhumerale, videlicet lorum, quod imperiale circumdare assolet collum; verum etiam et chlamydem purpuream atque tunicam coccineam et omnia imperialia indumenta, sed et dignitatem imperialium praesidentium equitum, conferentes ei etiam imperialia sceptra simulque cuncta signa atque banda etiam et diversa ornamenta imperialia et omnem processionem imperialis culminis et gloriam potestatis nostrae. Viros etiam reverendissimos clericos diversi ordinis, eidem sacrosanctae Romanae ecclesiae servientes illud culmen singularis potentiae et praecellentiae habere sancimus, cujus amplissimus noster senatus videtur gloria adornari, id est, patricios atque consules effici, necnon et caeteris dignitatibus imperialibus eos promulgamus decorari. Et sicut imperialis exstat decorata militia, ita et clerum S. Romanae ecclesiae ornari decernimus. Et quemadmodum imperialis potentia diversis officiis, cubiculariorum nempe et ostiariorum atque omnium excubitorum ornatur, ita et sanctam Romanam ecclesiam decorari volumus. Et ut amplissime pontificale decus praefulgeat, decernimus et hoc, ut clerici ejusdem S. Romanae ecclesiae mappulis et linteaminibus, id est candidissimo colore decoratos equos equitent. Et sic noster senatus calceamentis utitur cum udonibus, id est candido linteamine illustratis, sic utantur et clerici; et ita coelestia sicut terrena ad laudem Dei decorentur. Prae omnibus autem licentiam tribuentes concedimus ipsi sanctissimo patri nostro, Silvestro urbis Romae episcopo et papae et omnibus, qui post eum in successu et perpetuis temporibus advenerint, beatissimis pontificibus, pro honore et gloria Christi Dei nostri in eadem magna Dei catholica et apostolica ecclesia ex nostro indicto, quem placatus proprio consilio clericare voluerit et in numero religiosorum clericorum connumerare, nullum ex omnibus praesumentem superbe agere.

XIV. »Decrevimus itaque et hoc, ut idem venerabilis pater noster, Silvester summus pontifex, vel omnes ei succedentes pontifices, diademate, videlicet corona, quam ex capite nostro illi concessimus, ex auro purissimo et gemmis pretiosis uti debeant et in capite ad laudem Dei pro honore beati Petri gestare. Ipse vero beatissimus papa super coronam clericatus, quam gerit ad gloriam beati Petri, omnino ipsa ex auro non est passus uti corona; phrygium autem candido nitore splendidam resurrectionem Dominicam designans ejus sacratissimo vertici manibus nostris imposuimus et tenentes frenum equi ipsius pro reverentia beati Petri stratoris illi officium exhibuimus statuentes

eodem phrygio omnes successores ejus singulariter uti in processionibus ad imitationem imperii nostri. Unde ut pontificalis apex non vilescat, sed magis quam terreni imperii dignitas et gloriae potentia decoretur, ecce tam palatium nostrum, ut praelatum est, quam Romanam urbem et omnes Italiae seu Occidentalium regionum provincias, loca et civitates, saepefato beatissimo pontifici et patri nostro Silvestro universali papae contradentes atque relinquentes ei vel successoribus ipsius pontificibus potestatem et ditionem firmam imperiali censura per hanc nostram divalem jussionem et pragmaticum constitutum decernimus disponenda atque juri sanctae Romanae ecclesiae concedimus permansura. Unde congruum prospeximus nostrum imperium et regni potestatem Orientalibus transferri ac transmutari regionibus et in Byzantiae provinciae optimo loco nomini nostro civitatem aedificari et nostrum illic constitui imperium, quoniam ubi principatus sacerdotum et Christianae religionis caput ab imperatore coelesti constitutum est, justum non est, ut illic terrenus imperator habeat potestatem. Haec vero omnia, quae per hanc imperialem sacram et per alia divalia decreta statuimus atque confirmavimus usque in finem mundi illibata et inconcussa permansura decernimus«. Deinde facta obtestatione coram Deo vivo et terribili ejus judicio et imprecatione aeternae condemnationis temeratori vel contemptori ipsius sui privilegii secutus idem venerabilis Constantinus ait: »Hujus vero imperialis nostri decreti paginam propriis manibus roborantes super venerandum corpus B. Petri, principis apostolorum, posuimus ibique eidem Dei apostolo spondentes nos cuncta inviolabiliter conservare et nostris successoribus imperatoribus conservanda in mandatis relinquere patri nostro Silvestro, summo pontifici et universali papae, et per eum cunctis successoribus ejus pontificibus Domino Deo et salvatore nostro Jesu Christo annuente tradimus feliciter atque perenniter possidenda«.

XV. Tot ergo et talibus aliisque quamplurimis testimoniis subnixa non erubescit veritas sed confutatur impudens vanitas. At nos hinc habentes testimonium majus Constantino: *Qui*, ut ait beatus evangelista Ioannes, *de terra est, et de terra loquitur (Ioan. III)*, vix ab homine testimonium accipimus contenti testimonio illius, qui de coelo venit et super omnes est et dicit: *Tu es Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam et portae inferi non praevalebunt adversus eam. Et tibi dubo claves regni coelorum. Et quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum et in coelis; et quodcunque solveris super terram, erit solutum et in coelis (Matth. 16).* Qui etiam in cathologo apostolorum instar cardinis ab ipso Domino Jesu Christo primus positus Petrus, id est *Cephas*, exstat cognominatus. Cui specialiter et nominatim non tantum ante passionem suam, verum et in ipsius articulo passionis, mox ut sui corporis et sanguinis mirabile mysterium agendum generaliter discipulis tradidit, tam oves se pastorum pastore percusso dispergendas, quam et usque in finem saeculi ad unum ovile et ad se unum pastorem colligendas commendando ait: *Simon, Simon, ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum; ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: et tu aliquando conversus confirma fratres tuos* (*Luc. 22*). Ipsum quoque angelus per mulieres ad videndam resurgentis magistri gloriam nomine invitavit, cum dixit: *Dicite discipulis ejus et Petro, quia surrexit et ecce praecedet vos in Galilaeam. Ibi eum videbitis* (*Matth. 20*). Necnon eidem, ipsa die resurrectionis suae pius et verax magister apparuit, quemadmodum venerabilis evangelista Lucas nos instruit, dicens: *Quia surrexit Dominus vere et apparuit Simoni (Luc. 24).* Quam manifestationem soli Petro prius, deinde illi cum reliquis condiscipulis factam gloriosus coapostolus ejus Paulus declarat, ubi ad Corinthios sic scribit: *Quia surrexit Christus tertia die secundum scriptu-*

ras et quia visus est Cephae et post haec undecim (I. Cor. 15).

XVI. Instante quoque jam suae assumptionis gloria, ubi prandebat cum septem discipulis suis Dominus amorem Petri erga se tertio inquisivit et tertio confitenti agnos et oves suas tertio pascere praecepit, pro quibus qua morte clarificaturus esset Deum, in extensione manuum illius et praecinctione futura eidem significavit. Qui nec mora assumpto Domino in medio centum et vinginti fratrum exsurgens et profundos sanctissimi Psalmistae sensus edisserens auctoritate sua apostolicum numerum sorte annumerato Matthia supplevit, quem undenarium remanere nefas credidit. Quibus etiam pariter misso Spiritu S. in variis linguis, cum quidam stuperent admiratione, quidam deridentes inveterata caecitate dicerent musto plenos esse, Petrus uno S. Ioëlis testimonio *(Ioël. 2)* et ignaros instruxit et incredulos destruxit. Deinde constanter improperata illis scelerata sua conspiratione adversus Dominum et Christum ejus, qua ipsum auctorem vitae morte turpissima tunc condemnantes interfecerant clarissimis beati David oraculis, astruxit illius sanctam resurrectionem et gloriosam ascensionem et ab eo impraesentiarum factam Spiritus sancti effusionem. Ita compunctis Judaeis primus apostolorum reis sanguinis Christi poenitentiam indixit et eorum protinus tria millia baptizavit *(Act. 2)*.

XVII. Hic solus, sicut doctiloquus evangelista Lucas testatur, dum qui dispersi fuerant pro persecutione facta sub Stephano circumirent civitates nemini loquentes verbum vitae, nisi solis Judaeis, orans in coenaculo factus est in excessu mentis: et linteum omnibus terrae quadrupedibus et reptilibus volucribusque coeli refertum quatuor initiis submitti de coelo vidit sibique coelitus dictum tertio: *Surge, Petre, occide et manduca,* et tertio ab eo responsum: *Quia commune et immundum nunquam introivit os meum;* et tertio superna voce repetitum: *Quod Deus mundavit, tu ne commune dixeris* *(Act. X);* sufficienter instructus a quatuor mundi partibus gentes quondam immundas in unitatem fidei congregandas sicque fide mundatis eorum conscientiis ab operibus mortuis et occisa in eis pristina immunditia, cui servire membra sua exhibuerant, Christo delectabiliter inviscerandas tribus nuntiis in mysterio Trinitatis se invitantibus, immanem aprum illum de silva gentium Cornelium centurionem aggressus non reluctantem occidit et comedit, quando aqua et Spiritu mundatum ecclesiae indidit. Cui coadunatis ipsius domesticis et amicis dum adhuc loqueretur, Spiritus sanctus cecidit super omnes qui audiebant verbum et erant loquentes linguis et magnificantes Deum *(Ibid.)*. Quod nulli Judaeorum nec ipsis apostolis uspiam legitur concessum, ut Paracleti tantam plenitudinem acciperent priusquam baptismum. Nonne hinc jam luce clarius constat Petrum primitus ad aedificationem ecclesiae Christi Judaeos et gentiles attraxisse et quasi duos parietes ex diverso venientes per singularem lapidem Christum indissolubili caritatis glutine conjunxisse? Qui postea videns messem multam et operarios paucos Paulum et Barnabam ab Antiochia praedicatores omnibus nationibus destinavit; quibus strenue officio insudantibus dexteram societatis dedit, ut illi quidem in gentibus, ipse vero in circumcisione esset, sicut in epistola ad Galatas ostenditur evidenter *(Gal. 2)*. Neque tamen partito in eos onere subtraxit se coeptae vocationi gentium et curae, quam post Asiam ab Illyrico sentit tota Europa et Africa praecipueque mundi caput et domina gentium Roma. Nam cum quidam pseudoapostoli turbassent corda fratrum dicentes eos debere circumcidi secundum legem Moysis Paulusque et Barnabas Hierosolymam iissent super hac quaestione consulturi, solus Petrus sua auctoritate circumcisionis onus atque veteris legis jugum a cervicibus discipulorum removit et gratiam evangelii ad plenam salutem credentium sufficere censuit dicens: *Quare vultis imponere grave jugum super cervices disci-*

pulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus? sed per gratiam Domini Jesu Christi credimus salvari, quemadmodum et illi. Visum est enim Spiritui sancto et nobis nihil oneris ultra vobis imponere (Act. 15). Qua utique responsione confirmatus doctor gentium Paulus Galatis protestatur: *Si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit (Gal. 5).*

XVIII. Sed et illud in ipso Petro nihilominus est animadvertendum, quod sui corporis umbra infirmis conferebat optatae sospitatis remedium. Quod nulli sanctorum constat hactenus concessum: nec ille, per quem Petrus potuit, quidquid boni potuit, ex suo sanctissimo corpore aliquando cuiquam tale donum attribuit Sanctus sanctorum, sed suo Petro specialiter in magna significatione praesentis et futurae ecclesiae hoc reservavit privilegium, scilicet quia ipse utriusque principalis rector existeret, utriusque statum in seipso portenderet, quatenus haec visibilium et transiturorum sacramentorum secreta virtute, quasi umbra sua, morbis animarum in terra curatis illam nobis adhuc invisibilem veritatis et beatitudinis solidam speciem, velut solidum corpus, exhibeat in coelis. Quarum differentiam breviter Apostolus demonstrat: *Videmus nunc*, inquiens, *per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam, sicut et cognitus sum* (*I. Cor. 13*). Cui concordans Ioannes coapostolus suus ait: *Charissimi, filii Dei sumus et nondum apparuit, quid erimus. Scimus, quoniam, cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum secuti est* (*I. Ioa. 3*). Quod vero praesens ecclesia fide et spe salvatur, Paulus sic loquitur: *Sine fide impossibile est placere Deo. Fides autem est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium* (*Hebr. 11*). Idem in alio loco: *Spe salvi facti sumus; spes autem, quae videtur, non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat?* (*Rom. 8*). Sic modo credendo et sperando atque per patientiam exspectando, quod non videmus, fide et spe a peccatis liberati videmus, quia justus ex fide vivit. In futuro plenam beatitudinem in re videbimus et possidebimus, qua per charitatem solam sine fastidio satiabimur, cum apparuerit gloria ejus.

XIX. Verum vestra insolentia nihil pendens talia specialibus Christi ovibus claudere et interdicere non timet, in quibus temporaliter ad laudem Dei recubabant, ovilia: quas ipse non cessat invitare et introducere ad sempiternae vitae pascua; quas tantum ex omnibus sibi compatientes in crucis ultima poena jam positus attendens pro eisdem animam ponendo, cum gratiarum actione et piissima prece in ipsa emissione sui beati spiritus Domino commendavit dicens: Gratias tibi ago, pastor bone, quia oves, quas tradidisti mihi compatiuntur mihi. Peto ergo, ut participent mecum de gratia tua in sempiternum. Ergo praevalebit illis portas vitae obserare vel obstruere errorum claviculis, seu sophismatum tendiculis quilibet inimicus, quas potestate meritis et prece reserat et pandit tantus amicus, cui portae inferi non praevalebunt aliquatenus in coelis terrisque praepotens ex ultimo desiderio animae suae et voluntate labiorum suorum a Domino, ad quem mox ibat, erit fraudatus? Absit!

XX. Quapropter a tanta amentia jam resipiscite et Latinos vere catholicos atque maximi Petri familiariores discipulos institutionisque ejus devotiores sectatores cessate subsannando azymitas vocare, aut ecclesias illis denegare, seu tormenta, sicut coepistis, inferre, si vultis nunc et semper pacem et portionem cum Petro habere. Cujus doctrinam et traditionem in epistola ad Romanos sapientibus et insipientibus debitor ille gentium doctor ad tertium coelum et in paradisum raptus sic per omnia commendat dicens: *Primum quidem gratias ago Deo meo per Jesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiatur in universo mundo (Rom. 1).*

Ex cujus capituli occasione beatus et catholicus doctor Augustinus in Latinaque lingua clarissimus atque noster Chrysostomus ait: Fides ista, quam Romani habens, ipsa eademque est et non alia quae in universo mundo annuntiatur et creditur; quae non solum in terra, sed et in coelis praedicatur; quia Jesus pacificavit per sanguinem suum non solum terrestria et inferna, sed et coelestia (*Col. 1*). Et hoc est in universo mundo fidem praedicari, per quam omnis mundus sit subditus Deo. Sed Paulum audite subsequentem: *Desidero videre vos, ut aliquid impertiar vobis gratiae spiritualis ad confirmandos vos* (*Rom. 1*). Qui ne putaretur velle aliquid institutioni Petri addere vel demere, exposuit, quid dixerit *ad confirmandos vos: id est, simul consolari in vobis per eam, quae invicem est, fidem vestram atque meam* (*Ibid.*). Et in fine epistolae monens eos devitare falsos fratres et praeter doctrinam, quam ipsi acceperant, euntes ait: *Rogo vos, fratres ut observetis eos, qui dissensiones et offendicula praeter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt; et declinate ab illis. Hujuscemodi enim Christo Domino nostro non serviunt, sed suo ventri; et per dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentium. Vestra enim obedientia in omni loco divulgata est. Gaudeo igitur in vobis (Rom. 16).*

XXI. Ecce in totius epistolae serie non invenitur magnus Paulus fidem Latinorum correxisse nec vitia redarguisse; sed congratulatus fidei et conversationi eorum de perseverantia commonuisse, cum non propter reprobam actionem, sed et ob ipsius fidei citissimum naufragium in Graecos fuerit invectus acerrime ab initio usque in finem primae ad Corinthios epistolae. Quod certe liquet in paucis verbis, ubi ait: *Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem Filii ejus Jesu Christi Domini nostri. Obsecro autem vos, fratres, per nomen Domini nostri Jesu Christi, ut idipsum dicatis omnes et non sint in vobis schismata; sitis autem perfecti in eodem sensu et in eadem scientia. Significatum est enim mihi de vobis, fratres mei, ab his qui sunt Chloës, quod contentiones sint inter vos. Hoc autem dico, quod unusquisque vestrum dicit. Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephae, ego autem Christi. Divisus est Christus? (1. Cor. 1).* Et ubi notavit eos ex arrogantia falsae et mundanae sapientiae subjunxit: *Jam saturati estis, jam divites facti estis, sine nobis regnatis; et utinam regnaretis, ut et nos vobiscum regnaremus! (1. Cor. 4).* Et inflationi eorum minatus virgam ait: *Omnino auditur inter vos fornicatio et talis fornicatio, qualis nec inter gentes ita ut uxorem patris habeat quidam. Et vos inflati estis et non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit (I. Cor. 5).* Quibus expletis admonuit eos secum epulari, non in fermento veteri, quod totam massam corrumpit, sed in azymis sinceritatis et veritatis *(Ibid.)*.

XXII. Igitur istis et hujusmodi apostolicis sanctorumque patrum dictis cum evidenter approbetur Latinorum sincera obedientia et plurimorum Graecorum improbetur corrupta insolentia, sunt adhuc plura his super hoc parti nostrae faventia, quae, si liceret ad medium deducere, non solum excederent modum epistolae, verum etiam possent armaria onerare. Quapropter his omissis charitative monemus, ne absentes sitis vobismetipsis; sed vos, ante vos constituatis, vias praedecessorum vestrorum et vestras sollicite consideretis nec nos privato amore palpetis et in fratrum oculis festucam explorantes in vestris trabem non videatis. Recordamini illius nefandae synodi, quam voluerunt vocari septimam vestri haeresiarchae, quorum conspiratione ipsius Domini nostri Jesu Christi et sanctorum reverendae imagines aut flammis traditae aut aquis sunt immersae, picturae vero ex parietibus basilicarum deletae [5]. Quibus quamvis semper

5) Haec synodus Constantino Copronymo imperante Constantinopoli a. 754 habita est (Vide Prolegom. c. XII).

restiterit Romanorum pontificum auctoritas, prae cunctis tamen sanctissimi papae Nicolai ubivis laudanda libertas, qui per legatos suos tam pro sacris imaginibus, quam pro depositione beati antistitis Ignatii et substitutione Photii neophyti ecclesiam agiae Sophiae clausit, donec sedis apostolicae acquiesceret decretis.

XXIII. Absit autem ut velimus credere, quod publica fama non dubitat asserere Constantinopolitanae ecclesiae contigisse, ut eunuchos contra primum sancti Nicaeni concilii capitulum passim promovendo, feminam in sede pontificum suorum sublimasset aliquando [6]. Hoc tam abominabile scelus detestabileque facinus etsi enormitas ipsius vel horror fraternaque benevolentia non permittit nos credere, considerata tamen incuria vestra erga sanctorum censuram canonum, quia eunuchos et aliqua parte corporis imminutos non solum ad clericatum, sed ad pontificatum etiam indifferenter ac solemniter adhuc promovetis, fieri potuisse pensamus. Sed quid plura? Tot et tantis schismaticis et haereticis catholicam atque apostolicam ecclesiam aperte impugnantibus et discindere laborantibus hactenus redundastis, ut Latina vel Occidentalis ecclesia de vobis merito conqueri possit voce sponsae dicens in Canticis canticorum: *Filii matris meae pugnaverunt contra me (Cant. 1).* Et vere: numquid enim Romana et apostolica sedes, quae per evangelium genuit Latinam ecclesiam in Occidente, mater non est Constantinopolitanae ecclesiae in Oriente, quam per gloriosum filium suum Constantinum et nobiles sapientesque Romanos non tantum moribus, sed et muris studuit reparare? Quod si contradicitis, ad quid vestro imperatori Latinae laudes et in ecclesia Graecis recitantur Latinae lectiones? Utique ob reverentiam illius matris, quae jam cunctis paganorum crudelitatibus et diversorum tormentorum quaestionibus vexata et impugnata ac velut aurum nimiis persecutorum flammis decocta deliciosam filiam, videlicet ecclesiam Constantinopolitanam edidit.

XXIV. Et certe jam decima a Nerone in Christianos persecutio penitus refrixerat jam omne mundanae insaniae incendium sopitum erat, jam Roma adulta et longaeva in divino culto victrix et coronata alta pace triumphabat, jam innumerabilis utriusque sexus et diversae aetatis martyrum exercitus nostris azymis saginatus universos idololatriae fregerat impetus, jam mundum et ipsum mundi principem sub pedibus habebat, jam non solum ipsi nostrae institutionis antistites, sed et ministri eorum, in quibus Laurentius ac Vincentius omni mundo stupente deficientibus ipsis tormentis et tortoribus insultabant. Modo delicata filia in conclavi residens secura deliciis, lascivia et longo otio dissoluta nec ad campum rite agonizantium aliquando progressa pia matre satagente et decertante pro ea non erubescit aut veretur primatum arrogare, maternae senectuti jam emeritae derogare nec effaetum corpus ejus laboribus et diebus rugososque et minus validos artus, quondam torosos et ad praelia divina exertos, saltem aliquo humanitatis respectu considerare, nullam reverentiam reverendis canis ipsius habere, sed ipsam puellari levitate post innumerabiles triumphos

6) Quo loco utitur Leo Allatius in „Confutatione fabulae de Ioanna papissa ex monumentis Graecis“ cap. XXV. dicens: „Michaël alter, Constantinopolitanus, et Leo Achridanus, superbissimi homines, post centum et septuaginta annos, quando jam non tum primo suspicio, sed improbum factum sermo atque fama secuta fuisset, a Leone nono acriter vexati illis exprobrante Constantinopolitanae sedis autoritatem neque in pietate neque in integritate neque in gratia accepta a Deo cum Romana comparandam esse, quod in illa jam sederit aliquando femina; aequo silentio tantum dedecus tulerunt nec par pari reddiderunt pontifici opprobrium illi non minus intimum opponentes. Non habuerunt igitur quid simile, quod opponerent, ut injuriam pari injuria, si potuissent, in Romanam ecclesiam homines procacissimi propulsarent“. Ceterum de Ioanna papissa, quam nunc omnes ad fabulas retulerunt, vide Haasium in Lexic. eccles. Friburg.

ad recidiva bella adversum semet provocare et eam solido perfectorum cibo privatam ad carnalium lac retrahere, quod contra usum naturae ex ipsis pubertatis suae mammis in Aegypto, sicut supra dictum est, toties confractis conatur impudenter ori ejus instillare.

XXV. Et unitam saltem verum lac! Sed, proh dolor! non est lac, quo tenera fidelium paulatim nutriatur infantia, ut ad solidam escam pertingat, sed quod Salomon cavendum denuntiat, dicens: *Fili mi, si te lactaverint peccatores, ne acquiescas eis (Prov 1).* Et: *Vae ei, qui lactat amicum suum et ducit eum via non bona* (*Prov. 16*). Nec est aqua, de qua qui biberit, non sitiat ultra, quia fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam et flumina de ventrae ejus fluent aquae vivae *(Joan. 7)*, sed potius aquae furtivae de puteis, quos Palaestini lutum non aquam amantes repleverunt terra *(Gen. 26)*; vel de cisternis dissipatis *(Jer. 2)*, seu fluminibus Aegypti et Babylonis, quibus distenditur venter et gravatus non repletur, sed exinanitur et intumescit *(Num. 5)*, ut more hydropici tanto plus sitiat ad perniciem, quanto plus biberit. De quibus profecto Dominus per Jeremiam contra quosdam conqueritur dicens: *Me dereliquerunt fontem aquae vivae et foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quae continere non valent aquas* (*Jer. 2*). Et post aliqua: *Nunc quid tibi vis in via Aegypti, ut bibas aquam turbidam? Aut quid tibi in viis Assyriorum, ut bibas aquam fluminis? (Ibid.).* Quas utique ne sitiamus idem vetat dicens: *Prohibe guttur tuum a siti (Ibid.).* Hinc Salomon, quas aquas appetere quasque debeamus vitare, demonstrans ait: *Bibe aquam de cisterna tua et fluenta putei tui. Deriventur fontes tui foras et in plateis aquas tuas divide. Habeto eas solus nec sint alieni participes tui. Sit vena tua benedicta (Prov. 5).* Et in subsequentibus haereticam vanitatem sub specie stultae mulieris visibili quodammodo forma coloratam atque depictam introducit dicens: *Mulier stulta et clamosa plenaque illecebris et nihil omnino sciens sedet in foribus domus suae super sellam in excelso urbis loco, ut vocaret transeuntes per viam et pergentes itinere suo: Qui est parvulus, declinet ad me. Et vecordi locuta est: Aquae furtivae dulciores sunt et panis absconditus suavior. Et ignoravit, quod gigantes ibi sint et in profundis inferni convivae ejus (Prov. 9).*

XXVI. Quorum ne sit particeps in tartari flammis, quas vicissim sine fine pascat medullis suis, jam nunc filia recordetur gemitus piae genitricis et quod vel quanta pericula propter eam seu propter sorores ipsius in utero suo hactenus vidit; et gratia Dei discat talis fieri saltem admonita qualis bene de se meritam matrem, etiam senio ac assiduo incurvam labore et tremulam data manu atque supposito humero studeat sublevare et sustentare, non ad ruinam impellere, deprimere, perturbare, vel affligere. Pio affectu et humili corde jugiter perpendat, quid idem Salomon dicat: *Stultus homo despicit matrem suam (Prov. 15)*; et item; *Ne despicias, cum senuerit mater tua (Prov. 23).* Alioquin si, quod absit! pertinax esse voluerit, et piae matri supercilium ejus et arrogantiam adhuc dissimulanti atque ad satisfactionem patienter exspectanti parcere et parere contempserit, experietur in anicula matre virides annos exertos ad paternarum traditionum defensionem lacertos adolescentulae competentem alacritatem juvenculae constantiam efficacem; et juxta Salomonem contumax comedet fructus viae suae suisque consiliis saturabitur (*Prov. 1*): quia, sicut idem testatur: *Benedictio patris firmat domos filiorum; maledictio autem matris eradicat fundamenta* (*Eccli. 3*); et iterum: *Quam malae famae est, qui fugit patrem; et est maledictus a Deo qui exasperat matrem* (*Ibid.*). Et: *Qui affligit patrem et fugit matrem ignominiosus est et infelix (Prov. 19).* Quam utique offendere cavet

quisquis placere patri studet, velut etiam quidam sapientium saeculi ait:
Ne matrem offendas, dum vis bonus esse parenti.

XXVII. His igitur et aliis quamplurimis liquet assertionibus quid mereatur etiam carnalis matris contemptus: et quid de spiritualis genitricis contumelia et exprobratione dicetur? Illa siquidem in iniquitatibus nos conceptos congeneravit ad mortem; ista vero culpis remissis regeneravit ad vitam. Quarum ceu dispar est meritum, ita et dispar pro earum honore ut [et, vel] dedecore praemium, quia carnalem matrem honoranti longaevitas super morientium terram et firmamentum casae casurae repromittitur; exasperanti autem eam terrenorum eradicatio fundamentorum. Porro spiritualem venerantes longitudinem dierum in dextra Dei videbunt (*Psal. 90*), et in terra viventium sine fine habitabunt; spernentes vero illam duplici contritione conterentur et sicut diploide confusione sua induentur (*Psal. 108*), et radix eorum de terra viventium evelletur (*Psal. 51*). Etenim affectio carnalis matris si nos prohibet a reverentia spirituali, penitus relinquenda et abscindenda est nobis, ut in Deuteronomio Moyses de tribu Levi dicit: *Qui dixerit patri suo et matri: Nescio vos; et fratribus suis: Ignoro illos; et nescierunt filios suos: hi custodierunt testamentum tuum, judicia tua, o Jacob et legem tuam, o Israël (Deut. 33).* Quod denique facturis Dominus Jesus in evangelio centuplum hic et in futuro vitam aeternam repromisit *(Matth. 19).*

XXVIII. Sed ecce jam non debet ingrata filia apparere, quia prae caeteris eam honorare dignata est mater sua. Nam cum nullo divino vel humano privilegio honorabilior seu clarior aliis ecclesiis Constantinopolitana existat ecclesia et Antiochena atque Alexandrina, ob reverentiam principis apostolorum inter alias retentent dignitatis jura; tamen pia mater. Romana scilicet ecclesia nolens dilectam filiam dote honorificentiae ex toto carere per beatos praedecessores nostros in aliquot synodis curavit decernere, ut salva principalium et apostolicarum sedium antiqua dignitate Constantinopolitanus antistes honoraretur sicut regiae civitatis episcopus, quamvis Justinianus religiosus Augustus legibus humanis voluisset astruere, ut post papam Romanum sedeat Constantinopolitanae praesul ecclesiae[7]. Et certe hoc nulla alia excellentia meritorum est assecuta, nisi quod Romana ecclesia pro amore venerabilis Constantini seipsam, quantum in eo fuit, honorantis et exaltantis civitatem ipsius hoc privilegio honoris sola humana benevolentia insignivit, juxta prophetae dictum ad Heli: *Glorificantem me glorificabo; qui autem contemnunt me, erunt ignobiles (I. Reg. 2).*

XXIX. Aut si quod aliud retinet, aut putat se habere dignitatis privilegium, vos rebelles lumini ac veritati et signiferi umbrae et vanitatis, proferte in medium. Vos enim alloquimur, *qui*, sicut Dominus ait Pharisaeis, *tulistis clavem scientiae (Luc. 11)*, *qui clauditis regnum coelorum ante homines nec ipsi intratis nec alios intrare permittitis* (*Matth. 23*), sed potius prohibetis, dum matris venerandam faciem conspuere quaeritis, dum eam insequimini conviciis et maledictis, dum agnos ejus ab ea segregare, etiam anathemate et flagellis, ne vocem maternam agnoscant et sequantur, contenditis. Ut enim fertur, omnes Latinorum basilicas penes vos clausistis, monachis monasteria et abbatibus tulistis, donec

7) Hoc videtur spectare ad Cod. Justin. lib. III, tit. 3, novell. 130: „Ideoque sancimus secundum earum definitiones sanctissimum senioris Romae papam primum esse omnium sacerdotum; beatissimum autem archiepiscopum Constantinopoleos novae Romae secundum habere locum post sanctam apostolicam senioris Romae sedem: aliis autem omnibus sedibus praeponatur". Ceterum hoc jam in tertio canone concilii oecumenici Chalcedonensis (a. 381) constitutum erat (Vide Prolegom. c. III).

vestris viverent institutis. Ecce in hac parte Romana ecclesia quanto discretior, moderatior et clementior vobis est! Siquidem cum intra et extra Romam plurima Graecorum reperiantur monasteria sive ecclesiae, nullum eorum adhuc perturbatur vel prohibetur a paterna traditione, sive sua consuetudine; quin potius suadetur et admonetur eam observare. Nec enim animositatem impiae haereseos habet, quae semper divisione gaudet dicens per patricidam meretricem: *Nec mihi nec tibi sit, sed dividatur (3. Reg. 18)*; sed pietate verae matris sic Salomonem deprecatur: *Obsecro, domine, date huic infantem vivum et nolite interficere eum (Ibid.)*. Scit namque, quia nil obsunt saluti credentium diversae pro loco et tempore consuetudines, quando una fides per dilectionem operans bona, quae potest, uni Deo commendat omnes.

XXX. Quod vos cum ex debito gradus et loci vestri oportuisset scire et praedicare, quatenus de collectis ovibus gratiam a bono pastore, non condemnationem pro dispersis mereremini percipere, incurristis illud Apostoli ad Hebraeos: *Quia, cum debueritis magistri esse ex tempore, iterum necesse habetis doceri, quae sint elementa sermonum Dei (Hebr. 5). Zelum enim Dei habetis, sed non secundum scientiam (Rom. 10)*. Quam ut apprehendissetis, non saltu, sed canonico intervallo, imo plano pede ad episcopatus culmen a laïca conversatione pervenire debuistis, ne vobis refragarentur verba ipsius Apostoli de episcopo dicentis: *Non neophytum, ne in superbiam elatus in judicium incidat diaboli* (*1. Tim. 3*). Nam cum locum doctoris usurpat indoctus, necesse est, ut aut discat, quod doceat, aut caecus pastor seu non valens latrare canis mutus *(Isa. 56)* perniciose sibi et subjectis remaneat aut discere et tacere erubescens perniciosius docere praesumat. Raro quoque evenit, ut in culmine positus valeat humilitatem discere qui in imis non desiit superbire. Huc accedit et illud, quod albuginem habens in oculo a sacerdotio prohibetur. Albuginem quippe habet in oculo quisquis arrogantia justitiae vel sapientiae caecatur.

XXXI. Sed absit, ut religiosi principes et orthodoxi atque Christianissima et Deo devota civitas vos in hoc vestro errore audiendos putent: quos potius ad unitatis bonum terrore potestatis cogere debent. Recordentur Constantinopolitanos praesules in tantum priscis temporibus familiarissimo sibi morbo superbiae laborasse, ut edicto Augustorum Theodosii, Arcadii et Honorii prohibitus sit quisquam ex Constantinopolitana ecclesia pontificatum defuncto episcopo Sisinnio deinceps sperare, sed ex alia sibi jugiter pontificem expetere, quia erant inani gloriae dediti et supra modum arrogantes, ceu commemorant historiographi. Qui etiam referunt, quod septuaginta sex Orientales episcopi concilium Sardicense declinantes in Philippopoli Thraciae anathematizandum conventiculum habuerunt, sanctamque et immaculatam Nicaenae synodi fidem adulterantes communi subscriptione errorem suum confirmarunt; Occidentales vero trecenti amplexi sanam sanctorum patrum sententiam unanimitate sua corroborarunt. Quod totum ideo dicitur, ne post priorum cognitionem incaute praesentibus credatur.

XXXII. Nam Romanae ecclesiae fides per Petrum super petram aedificata nec hactenus deficit, nec deficiet in saecula Christo ejus Domino rogante pro ea, ceu testatur sub ipsa passione sua: *Ego rogavi pro te, Petre, ut non deficiat fides tua; et tu aliquando conversns confirma fratres tuos (Luc. 22)*. Quo dicto demonstravit fidem fratrum vario defectu periclitandam, sed inconcussa et indeficiente fide Petri velut firmae anchorae subsidio figendam et in fundamento universalis ecclesiae confirmandam. Quod nemo negat, nisi qui evidenter haec ipsa verba Veritatis impugnat, quia sicut cardine totum regitur ostium, ita Petro et successoribus ejus totius ecclesiae disponitur emolumentum. Et sicut cardo

immobilis permanens ducit et reducit ostium, sic Petrus et sui successores liberum de omni ecclesia habent judicium, cum nemo debeat eorum dimovere statum, quia summa sedes a nemine judicatur. Unde clerici ejus cardinales dicuntur, cardini utique illi, quo caetera moventur, vicinius adhaerentes.

XXXIII. Quapropter nos certissime retinentes omni venerabilem mundo institutionem Petri et fidem ipsius coapostoli sui et doctoris gentium Pauli clarissimo calamo subscriptam ab apostolica sede omnibus libere clamamus, quod Galatis idem Paulus: *Licet nos aut angelus de coelo evangelizet vobis, praeterquam quod evangelizatum est vobis, anathema sit. Sicut praedixi et nunc iterum dico: Si quis evangelizaverit praeter id, quod accepistis, anathema sit (Gal. 1).* Nec ideo silebimus, si dicimur non esse, quales debemus nec qualis est Petrus. Quod utique agendum esset, si cuiquam commendaremus nosmetipsos. *Quia vero*, sicut ait Apostolus, *non praedicamus nosmetipsos, sed Dominum Jesum, nos autem servos servorum ejus per Jesum* (*2. Cor. 4*); *nobis pro minimo est, ut a vobis judicemur aut ab humano die, quoniam qui jud cat nos, Dominus est (I. Cor. 4). Nequc enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat (II. Cor. 10).* Et repellendo temerarium judicium dicit alibi: *Tu quis est, qui judicas alienum servum? Suo domino stat aut cadit; potens est enim Deus illum statuere (Rom. 14).*

XXXIV. Nempe et vos, licet quamplurimum tumeatis, quamvis de vobis ultra modum alta sentiatis, non credimus tamen, quod dicere audeatis vos esse quales debetis aut qualis Alexander, Ioannes Chrysostomus vel Flavianus fuit, sicut nec Antiochenus se talem, qualis exstitit ipse Petrus, nec Alexandrinus parem se Marco vel Athanasio profiteri est ausus, quia sine retractatione a suis punirentur. Idcirco etsi ad hoc vos impellit tumor, tamen retardat timor. Quae cum ita sint, nullius tamen vos detractio reprimit, quin diligenter lac et lanam ab ovibus exigatis; nec veremini, ne dicatur non esse vos pares illis antecessoribus vestris magnis. Cur hoc, nisi quia quicunque sacerdotes, etsi dispares sunt merito, pares tamen sunt officio? Nec potest denegari pro merito, quod debetur officio. Alioquin non staret sacerdotium, si majus aut minus fieret, seu variaretur secundum humanorum varietatem meritorum essentque pene tot sacerdotia, quot homines.

XXXV. Qua de re fratres, utinam non ad judicium nostrum dicamus, profecto sumus qualis Petrus, et non sumus, qualis Petrus, quia idem sumus officio et non idem merito. Et quotiescunque lac et lanam, scilicet stipendium et honorificentiam ab ovibus Dei exigimus, nulla meriti nostri ibi fit commemoratio, sed officio nostro quaeritur debita recompensatio. Ac sic meritum Petri non habentes, officium autem Petri exsequentes officio nostro debitos reposcimus honores Apostolo dicente: *Quandiu minister ero, ministerium meum honorificabo (Rom. 2).* Et praemonens oves Christi ad solvendum singulis debita ait: *Reddite omnibus debita; cui honorem, honorem (Rom. 13).* Non quia bonum sit accipientibus, sed quia malum sit non reddentibus. Sic ergo et beatissimus praedecessor noster Gregorius dicit: Nemo nos propter nos in loco Petri despiciat, quia ex cathedra ejus, cui auctore Deo qualescunque praesidemus, debita sibi jura nostrum officium reclamat. Frequenter enim solet evenire, quod dicimus, ut persona in hoc mundo potens despectum servum habeat. Cumque per eum suis vel extraneis aliqua mandat, non despicitur persona missi servi, quia in corde servatur reverentia mittentis domini. Ergone saltem, quod Dominus concessit Pharisaeis et scribis sedentibus in cathedra Moysis, servus denegabit qualibuscunque conservis suis in cathedra Petri? *Super cathedram*, inquit, *Moysis sederunt scribae et Pharisaei. Omnia ergo, quaecunque dixerint vobis, servate et*

facite (*Matth. 23*). Ita quod male vivimus, nostrum est: quod vero bona dicimus, cathedrae, cujus occasione necesse habemus recta praedicare. Unde dicit ille exercitatissimus Paulus: *Dum omnimodis, sive occasione, sive invidia Christus annuntietur et in hoc gaudeo, sed et gaudebo (Philipp. 2).* Ecce Apostolus sic necessarios ducit hujusmodi, ut gaudeat super eis; et vos qui estis, qui negligentiam eorum ad injuriam Apostolicae cathedrae retorquetis? Nos enim quid sumus? Nec contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum, cujus ordinationi resistendo damnationem vobis acquiritis, cum nostra potestas, sicut et omnis a nullo alio, nisi ab ipso sit. Sciendum est, quia falsa justitia dedignationem, vera autem compassionem habet. Qua utique privamini insultando, non compatiendo alienae calamitati. Et forte approbare nequitis quod objicere vel calumniari praesumitis: imo constat vos comprobare non posse. Sed esto. *Ecce in coelo judex noster et conscius noster in excelsis (Job. 16).*

XXXVI. Caeterum de homine sentite, o homines, quod vultis; unum tamen conscientia respondet nobis, quia omnium ecclesiarum Dei salutem et exaltationem summopere desideramus. Sed ut quicunque quodlibet ex superbia arripiat et sibi contra nostram Apostolicam sedem atque leges ejus usurpet, hoc nos tolerare non possumus, quia quisquis Romanae ecclesiae auctoritatem vel privilegia evacuare seu imminuere nititur, non hic unius ecclesiae, sed totius Christianitatis subversionem et interitum machinatur. Cujus enim compassione vel sustentatione ulterius respirabunt filiae a quovis oppressae unica illa suffocata matre? Cujus refugium appellabunt? Ad quam confugium habebunt? Ipsa enim Athanasium, ipsa omnes catholicos suscepit, fovit, defendit et sedibus propriis pulsos restituit.

XXXVII. Ideo cupiendo omnes in visceribus Jesu Christi nobiscum vos admonemus, ne falsum nomen scientiae, justitiae vel gloriae quaerendo unus adversus alterum infletur, ne cinis et terra periculose superbiat, ne abominabilis et miser homo bibens quasi aquas iniquitatem (*Job 15*) sequendo exteriora in vita sua projiciat intima sua. Simus unum corpus et unus spiritus, sicut vocati sumus in una spe vocationis nostrae *(Ephes. 4).* Ipsa corporis compositio et membrorum nos doceat, qualiter et quanti habenda sit ecclesiae unitas. Ipsa etenim corpus est Christi, ut Apostolus dicit: *Vos estis corpus Christi et membra de membro* (*I. Cor. 12*). *Et sicut in uno corpore multa membra habentur, omnia autem membra non eumdem actum habent, ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra* (*Rom. 12*). *Et si dicit auditus, vel manus, Non sum oculus, non sum de corpore: ideo non est de corpore? Si totum corpus oculus, ubi auditus? (I. Cor. 12)* et reliqui sensus. Nunc autem disposuit Deus, sicut voluit, corporis membra; singula officio suo apta. Membrum vero suo officio non contentum, sed cupiens praeripere alienum conturbat corporis ordinem totum; velut si visus voces, auditus colores, gustus odores, olfactus asperas res aut lenes, tactus tentaret discernere sapores, nonne frustra omnes paterentur? Sic singulorum ornamenta seu indumenta non sunt omnibus membris accomoda nec congrua; sed unumquodque requirit sua et abjicit aliena. Nempe refutat pes coronam, galeam et pileum caputque sandalia vel pedules ad suum non applicat usum. Sic manuum dignitas et maxima utilitas quamvis componat insignem imperii coronam, non tamen hanc sibi adaptat et imponit, sed capiti, contenta suis armillis, dextrocherio et annulis. Item fit et in caeteris et tam discors concordia est in eis, ut eorum quodlibet alii officium suum omnino deputare recuset, et tamen de bono unius pariter exsultent, sicut de malo communiter dolent; et officia sua non sibi tantum, sed magis mutuae utilitati exhibent. Unde secutus idem Apostolus ait: *Si glorificatur unum membrum, congaudent*

omnia membra (I. Cor. 13). Et quantae insipientiae est nolle nos imitari, quod sumus, et quod ad transitoriam vitam aliquandiu retinendam accepimus, non considerare, ut in perpetuum subsistamus.

XXXVIII. Quia vero ante omnia pestilens mater superbia ejusque crudelissimae filiae, invida scilicet ac inanis gloria passim obstinata rabie corpus Christi moliuntur eviscerare et dilacerare, *non efficiamur inanis gloriae cupidi invicem provocantes, invicem invidentes* (*Gal. 5*), ne, quod avertat Deus, contingat nobis dictum Apostoli: *Quod si invicem mordetis, videte, ne ab invicem consumamini* (*Ibid.*). Et illud Iacobi: *Quod si zelum amarum habetis et contentiones sunt in vobis, nolite gloriari et mendaces esse adversus veritatem. Non est ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. Quae autem desursum est sapientia, primo quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, amans bonum, sine simulatione* (*Jac. 3*). Has itaque duas et valde sibi contrarias sapientias vigili mente discernite, et si Petrus singulariter figura summi capitis nostri vicariusque ejus ac sui successores jam in terris retinent specialem dignitatem terreni coelestisque regni, nolite invidere vel detrahere Romanae ecclesiae apici, quem per charitatem totum valetis adipisci et in nobis regnare et ipsi. Sin alias, audietis, quod supra: *Jam saturati estis, jam divites facti estis: sine nobis regnatis; atque utinam regnaretis, ut et nos vobiscum regnaremus (I. Cor. 4).*

XXXIX. Ecce nos vestram gloriam ducimus nostram: cur vos annullare nitimini nobis divinitus et humanitus concessam? Non decus vel dedecus sui capitis manus seu pes suum non ducit? Nec dolet, sed potius gaudet uno sensu, id est, solo tactu donatum corpus, superpositum sibi caput omnibus pollere sensibus, quia eos militare facit et invigilare corporis subjecti utilitatibus; et caput de omnibus judicans sensibus nullo sensu judicatur utpote solius sui judicio sufficientissimum: utque Apostolus dicit: *Spiritualis judicat omnia, ipse autem a nemine judicatur (I. Cor. 1).* Haec et supra dicta de corporis nostri harmonia si non sentitis in vobis, in corpore non estis, nec in corpore vivitis; et si in corpore Christi, quod est ecclesia, non estis, nec de eo vivitis, jam videte, ubi et quid sitis. Abscissi estis, putrescitis et velut palmes praecisus de vite foras missi estis et arescitis ut in ignem mittamini et ardeatis: quod divina pietas longe faciat a vobis.

XL. Sed quia jam nunc videmur digressi modum epistolae, alio exordio congruum censuimus respondere vestrae calumniae, quam confratribus et coëpiscopis nostris Apulis scriptam ad suggillationem nostri azymi et praedicationem vestri fermenti non dubitastis dirigere. Inter haec dirigimus vestris cavillationibus refragantia venerabilium patrum nostrorum aliqua super his scripta; deinde, ut Deus inspirabit, nostra rescripta[8]; quatenus multipliciter vestra retundantur et retro ferantur jacula et quem non vultis feriant. Nam si vos non erubescitis, nec timetis de loquacitate, nos non tantum erubescere, quantum timere debemus de taciturnitate, quia de nostra multorum pendent animae, quae falsis fratribus calumniantibus et nobis tacentibus habent perire.

XLI. Ista autem vobis paterna pietate ac germana dilectione interim rescribimus, in quibus satis declinasse nos credimus, ne in illud Salomonis incideremus: *Noli respondere stulto juxta stultitiam suam, ne efficiaris illi similis (Prov. 26).* Verum si non resipueritis, experiemini quod idem mox secutus ait: *Responde stulto juxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur (Ibid.).* Et illud Apostoli: *Haereticum hominem post unam et secundam*

8) Ex his nihil aetatem tulit.

correptionem devita; subversus est enim, qui ejusmodi est et delinquit proprio judicio condemnatus (Tit. 3). Et cavendo interdictum veteris legis typicum, deinceps non coquemus haedum in lacte matris suae; sed impetiginem ejus et scabiem fricabimus instanter mordaci aceto et multo sale; quia cum dolore abscindenda sunt quae leni manu palpari et sanari non possunt, ut Dominus admonet dicens: *Si manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum et proiice abs te. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum* (*Matth. 18*). Sed miseratio Dei praecedens haec nostra dicta, parcet et nobis et vobis, ut deinceps non sit necesse circa qnaestiones et pugnas verborum occupari, sed ex divinis paginis nostram in hoc mundo peregrinationem invicem consolari et pacifice adhortari, ut Psalmista canit: *Pax multa diligentibus legem tuam, Domine, et non est illis scandalum* (*Psal. 118*). Quod vero charitas et unitas fratrum ipsa sit lex Dei, ostendit illud evangelii: *Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem* (*Ioan. 13*). Quam nos sinceram hic conservare, et in futuro sine fine ipsam, quae Deus est, perspicere, *qui vult omnes homines salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire* (*I. Tim. 2*), dignetur concedere. Amen.

III.

S. LEONIS IX.

EPISTOLA AD CONSTANTINUM MONOMACHUM.

Laudat eum, quod pacem inter Latinos et Graecos conciliare curet. Hortatur, ut Romanam ecclesiam defendat. De arrogantia Miehaëlis Constantinopolitani conqueritur legatosque commendat[1].

Leo episcopus, servus servorum Dei, glorioso et religioso imperatori novae Romae *Constantino Monomacho,* dilecto filio, salutem.

Quantas gratias referre jugiter debeamus creatrici et gubernatrici omnium sanctae et individuae Trinitati super inenarrabili dono ejus, quo operatur omnia in omnibus (I. Cor. 12), etiam ex tua devotione et religiosa industria, gloriosissime fili atque serenissime imperator, perpendere possumus: qui te talem nostris exhibuit et gratuita pietate providit diebus, cujus fida ope statum sanctae et catholicae ecclesiae relevari et terreni imperii rempublicam meliorari confidamus. Tu enim post nimium longas et perniciosas discordias primus pacis et concordiae monitor, portitor et exoptatus exactor efficeris et cum ipso vase electionis humillimo Paulo dicere videris: *Pro Christo legatione fungentes, tanquam Deo exhortante per nos, obsecramus, reconciliamini propter eum (II. Cor. 5), qui est pax nostra, qui facit utraque unum (Ephes. 2).* Etenim velut religiosa et egregiae indolis proles, gemitus matris tuae non oblivisceris: nec contemnendam, quia senuit, sed potius reverendam arbitraris atque plenis charitate visceribus ad eam redire meditaris, ut uni Deo et patri omnium tanto fias charior et propinquior, quanto eidem principali matri be-

1) His litteris papa ad epistolam imperatoris respondit, in qua hic omnibus modis studuit, pacem inter Romanos et Constantinopolitanos servare, quum imperium Graecum in Italia a Normannis labefactatum esset. Quamquam imperatoris epistola deperdita est, tamen quae in ea scripta fuerint, ex hoc responso papae facile cognoscitur, quod initio anni 1054 per legatos a Leone Constantinopolim missos imperatori redditum est.

nignior atque humilior. Neque enim tuam prudentiam latet, quod in Ecclesiastico habent: *Benedictio patris firmat domos filiorum; maledictio autem matris eradicat fundamenta* (*Eccles. 3*). Et illud: *Ne dimittas legem matris tuae, liga eam in corde tuo jugiter* (*Prov. 1*). Quae utique proverbia magis curant nobis commendare matrem, quae ad aeternam vitam nos generat et erudit, quam illam quae ad mortem parit et carnaliter diligit et instruit. Cui nisi illa successerit, ut regeneret et refoveat, ista procul dubio secundae morti filios suos destinat. Porro haec catholica mater et incorrupta virgo, quamvis omnem terram et fines orbis occupaverit membris suis et repleverit, tamen unum caput omnibus reverendum et suspiciendum exerit et praetendit. Quod quicunque exhonorat, frustra se in ipsius membris computat. Illud autem quid sit, tua imperialis claritas omnino novit: illud nimirum, quod Christi vox praetulit et praeeminere voluit universis et subsequens ecclesiae pietas et generalis sanctorum patrum consensus jugiter hactenus celebravit. Cujus venerabilem faciem tu quoque honorificare disponis non ingratus illi, quae tuum verticem diademate terreni principatus decenter insignivit et tremendum et amandum populis effecit, et, ut in sempiternum regnes, chrismate adoptionis inunxit. Nempe ipsa antiqua et jam emerita Roma illum primum nobilissimum et religiosissimum Constantinum, cujus genealogia gloriaris et potentia magnificaris, cujusque de nomine dictam urbem famosam regis temporaliter edidit, nutrivit, provexit et super omnes mortales constituit, nec a beneficiis cessavit, donec eumdem aeterni regni gloria cumulavit. Unde multimoda gratiarum actione tuam excellentiam, gloriosissime fili, magnificando tanto majori super tua devotione et recognitione replemur gaudio, quanto copiosior animarum numerus ex tuo regimine pendet tuoque innititur exemplo. Et ideo non cessamus orare communem Dominum, per quem reges regnant et principes justa decernunt (Prov. 8), ut in suo beneplacito te conservet longaevum et compleat in bonis desiderium tuum. Porro ego ipse qualiscunque Apostolicae vicarius sedis pro modulo humilitatis meae et possibilitatis supplere laborans vicem mihi commissae dispensationis secundum deiloquum Paulum: *Vae mihi est, si non evangelizavero: necessitas enim mihi incumbit maxima (I. Cor. 9)* posituro rationem aeterno et districto judici propter unius regimen ecclesiae, ex [*hoc est,* de] omnium ecclesiarum merito. Illa ergo sollicitudine, qua omnibus ecclesiis debeo invigilare, videns indisciplinatam et alienam gentem[2] incredibili et inaudita rabie et plus quam pagana impietate adversus ecclesias Dei insurgere passim, Christianos trucidare et nonnullos novis horribilibusque tormentis usque ad defectionem animae affligere, nec infanti, aut seni, seu femineae fragilitati aliquo humanitatis respectu parcere, nec inter sanctum et profanum aliquam distantiam habere, sanctorum basilicas spoliare, incendere et ad solum usque diruere; saepissime perversitatem ejus redargui, obsecravi, praedicavi, opportune importuneque instititi, terrorem divinae et humanae vindictae denuntiavi. Sed quia Sapiens ait: *Nemo potest corrigere, quem Deus despexerit, et stultus non corrigitur (Eccles. 7):* adeo obdurata et obstinata ejus malitia permansit, ut de die in diem adderet pejora pessimis. Unde non tantum exteriora bona pro liberatione ovium Christi cupiens impendere, sed superimpendi ipse peroptans,

2) „Quae gens" sunt Normanni, quos Normannicus scriptor Gaufredus Malaterra in Historiae Siculae lib. I. c. III. ita describit: „Est quippe gens astutissima, injuriarum ultrix, spe alias plus lucrandi patrios agros vilipendens: quaestus et dominationis avida, cujuslibet rei simulatrix, inter largitatem, et avaritiam quoddam medium habens. Principes vero delectatione bonae famae largissimi, gens adulari sciens, eloquentiis (eloquentiae) in studiis inserviens in tantum, ut etiam ipsos pueros quasi rhetores attendas: quae quidem nisi jugo justitiae prematur, effrenatissima est".

visum est mihi ad testimonium nequitiae eorum, vel, si sic expediret, ad repressionem contumaciae, humanam defensionem undecunque attrahendam fore, audiens ab Apostolo principes non sine causa gladium portare, sed ministros Dei esse, vindices in iram omni operanti malum; et quia principes non sunt timori boni operis, sed mali (Rom. 13): et reges atque duces missos a Deo ad vindictam malefactorum.

Suffultus ergo comitatu, qualem temporis brevitas et imminens necessitas permisit, gloriosi ducis et magistri Argyroi fidelissimi tui colloquium et consilium expetendum censui, non ut cujusquam Nortmannorum, seu aliquorum hominum interitum optarem, aut mortem tractarem, sed ut saltem humano terrore resipiscerent, qui divina judicia minime formidant. Interea nobis eorum pertinaciam salutari admonitione frangere tentantibus et illis ex adverso omnem subjectionem ficte pollicentibus, repentino impetu comitatum nostrum aggrediuntur [3], sed adhuc de victoria sua potius tristantur quam laetentur [4]. Sicut enim tua pietas scribere curavit ad nostram consolationem, pro ista sua praesumptione majorem in proximo exspectant sibi superventuram indignationem, post illam, quam experti sunt, suae catervae diminutionem. Nos quoque divinum adjutorium nobis adfore et humanum non defore credentes ab hac nostra intentione liberandae Christianitatis non deficiemus nec dabimus requiem temporibus nostris, nisi cum requie sanctae ecclesiae periclitantis. Ad quam acquirendam et obtinendam habemus maximum ex divina pietate solatium et praesidium, charissimum atque clarissimum filium nostrum imperatorem Henricum, cujus de die in diem exspectamus promissum et proximum adventum, utpote cum procinctu et expeditione imperiali properantis ad nostrum subsidium [5]. Ad quod etiam superna gratia tuam serenitatem animavit, ut hinc inde vobis duobus, velut totidem brachiis, inimicam gentem ab ecclesiae Christi propellentibus et procul effugantibus, afflictae nunc Christianitatis relevetur decus et reipublicae reformetur status. Et quia abundante iniquitate et refrigescente charitate sancta Romana ecclesia et apostolica sedes nimium diu obsessa fuit mercenariis et non pastoribus, a quibus sua, non quae sunt Jesu Christi, quaerentibus, devastata jacebat miserabiliter hactenus [6]: divinum consilium voluit meam humilitatem

3) De pugna apud Civitellam vide Cornelii Willii initia instaurationis ecclesiae undecimo saeculo p. 112 sqq.

4) Guilielmus Appulus Historici poëmatis de rebus Normannorum lib. II.:

„Nunc genibus flexis Normannica gens veneratur
Deposcens veniam, curvatos papa benigne
Suscipit, oscula dant pedibus communiter omnes.
Vocibus ille piis hos admonet ac benedicit,
Conquestusque nimis, quia pacis spreta fuere
Nuntia, defunctis lacrymans pro fratribus orat".

5) Jam anno 1052 Leo papa in Germaniam profectus erat, ut ab Henrico III. imperatore auxilium contra Normannos acciperet. Leo Ostiensis in Chronico S. Monast. Casin. c. LXXXIV. refert: „.... ultra montes ad Imperatorem abiit (Leo IX.) milites ab inde conducturus. Gebeardus tunc episcopus Aistettensis gente Noricus vir prudentissimus, et rerum secularium peritissimus regis consiliarius erat. Sed cum imperatoris imperio, magnus valde Apostolico traditus fuisset exercitus jamque itineris partem non modicam confecissent, idem episcopus ad imperatorem accedens vehementerque super hoc illum redarguens, ut totus exercitus ejus reverteretur, dolosus effecit, de propinquis tantum amicis Apostolici quingentis circiter illum in partes has comitantibus".

Quodsi igitur Leo papa initio anni 1054 iterum auxilium ab imperatore exspectabat, inde intelligimus, Henricum III. non eo quod ecclesiae salutem negligeret, a. 1053 papae non succurrisse, sed quibusdam causis fieri non potuisse, ut anno quem diximus, imperator papae auxilium ferret.

6) Hoc spectat ad simoniae vitium, quod prioribus saeculi undecimi decenniis effrenata licentia exercebatur et a. 1046 schisma trium paparum effecit.

suscipere tantae cathedrae pondus [7]. Quo licet plurimum mei imbecilles praegraventur et deprimantur humeri, non parum mihi subest sanctae spei, quandoquidem ex utroque latere tales astant filii religione et potentia praeclarissimi. Quapropter, devotissime fili et serenissime imperator, collaborare nobis dignare ad relevationem tuae matris sanctae ecclesiae, et privilegia dignitatis atque reverentiae ejus nec non patrimonia recuperanda in tuae ditionis partibus, sicut manifeste cognoscere poteris ex venerabilium praedecessorum nostrorum seu tuorum scriptis et gestis. Tu ergo magnus successor magni Constantini, sanguine, nomine et imperio factus, ut fias etiam imitator devotionis ejus erga apostolicam sedem, exhortamur: et quae ille mirabilis vir post Christum eidem sedi contulit et confirmavit et defendit, tu juxta tui nominis etymologiam, constanter adjuva recuperare, retinere et defendere. Ita enim apud Deum singulariter pugnans cognominaberis quod jamdudum inter homines cognominaris. Hoc sane gloriosissimus filius noster Henricus perficere molitur in suis partibus. Quae omnia nobis et vobis provenient felicius et multiplicius, ubi quantocius Dei gratia praeveniente et beatissimis apostolorum principibus intervenientibus, et me qualicunque vicario eorum mediante et obtinente, firmissimum pacis et amicitiae inter vos ambos componetur foedus.

Praeterea confrater noster archiepiscopus Michaël exhortatorias ad concordiam et unitatem direxit nobis litteras: quem ad tam optabile et necessarium bonum praemonentem tanto necesse est nos devotius et alacrius suscipere, quanto perspicacius consideramus non posse computari inter discipulos Christi aliquem, qui fraternae paci dedignatur acquiescere Domino suis dicente: *In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem (Ioan. 13)*; et magno Paulo sic protestante: *Pacem sequimini cum omnibus, et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum (Hebr. 12)*. Sed noverit tua claritas super praesumptionibus ejus multa et intolerabilia jamdudum pervenisse ad aures nostras, qualiter etiam aperta persecutione in Latinam ecclesiam exardescens, anathematizare non timuit omnes, qui sacramenta attrectant ex azymis [8]: et quod Alexandrinum et Antiochenum patriarchas antiqua dignitate sua privare contendens contra fas et jus sibi subdere nova ambitione appetit: et pleraque quae usurpare dicitur, sicut a nostris nuntiis diligenter cognoscere poteris. In quibus si, quod absit, pertinax fuerit, pacem nostram nullatenus retinere poterit, quia procul dubio *ad nos revertetur,* sicut Dominus dicit, *si ille noluerit esse filius pacis (Luc. 10).* Unde et Apostolus: *Si fieri,* inquit, *potest quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes* (*Rom. 12*). Siquidem in vano patremfamilias honorat, qui uxorem ejus exhonorat. Et frustra matrisfamilias caput et faciem magnificat, qui vel minimos filiorum ejus impugnans, velut digitos pedum ejus conculcat. Contra quem sapientia Dei in Ecclesiastico sic intonat: *Quam malae famae est qui fugit patrem, et est maledictus a Deo qui exasperat matrem* (*Eccli. 3*). Confidimus tamen, quod praeveniente gratia Dei invenietur innoxius ab his, aut correctus, aut cito resipiscet admonitus;

7) Leo IX. praesente imperatore Henrico in conventu legatorum Romanorum, pontificum reliquorumque procerum apud Wormatiam mense Dec. 1048 papa creatus et mense Febr. sequentis anni Romae ordinatus est. (Bonizo, Leo Ost., Wibert, Anselmus, Bruno).

8) Pro antiquissima imperii in dioeceses distributione Constantinopolis in numero τῶν μητροπόλεων non erat, sed in Thracia dioecesi brevi locum Heracleae occupavit; deinde etiam ultra hujus dioecesis fines valere coepit (Vide Proleg. III.), et principatum Ephesi et Caesareae adepta approbationem in concilio Chalcedonensi tulit. (Vide Proleg. IV). His autem fauces Constantinopolitanorum capacissimas non contentas fuisse ostendit locus noster ipsius epistolae.

et efficietur non qualis dicitur, sed qualis a nobis pie desideratur et speratur. Hinc jam tuae gloriae praesentes filios nostros sanctaeque Romanae et apostolicae sedis nuntios per omnia commendamus, quatenus, ut decet, liberaliter suscipiantur, reverenter habeantur, benigne et honeste tractentur, rationabiliter patienterque audiantur, atque quantocius nobis laudabiliter remittantur, ne tantum laborem illos frustra arripuisse pigeat, nos mandasse pudeat. Porro ex Amalfitano episcopo nulla tibi suboriatur suspicio, quia Romanus est omnino et ab Amalfitanis discedens familiariter nobiscum vivit jam pene anno integro[9]. Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum et Deus totius consolationis *(1 Cor. 1)*, dignetur tuam excellentiam benedicere omni benedictione spirituali repleatque omni gaudio et pace, ut in praesenti saeculo per longa tempora feliciter domineris et in futuro sine fine cum Rege regum et Domino dominantium regno coelorum beate perfruaris, honorabilis et desiderabilis nobis in Christo fili et gloriose Auguste. Amen.

IV.

S. LEONIS IX.

EPISTOLA AD MICHAELEM CONSTANTINOPOLITANUM ARCHIEPISCOPUM.

Gratulatur ei, quod Graecos Latinis conciliare studeret. Arguit eum, tum quod patriarchas Alexandrinum et Antiochenum suae potestati subjicere conaretur, tum quod universalis patriarchae nomen sibi usurparet et Romanam ecclesiam, quae in azymis sanctum eucharistiae sacrum conficiat, damnaret. Probat Christum in azymo consecrasse[1].

Leo episcopus, servus servorum Dei, *Michaëli* Constantinopolitano archiepispiscopo[2].

Scripta tuae honorandae fraternitatis tandem ad nos pervenerunt, in quibus ad maxime necessarium omnibusque Christi fidelibus amplectendum bonum concordiae et unitatis exhortari studes; quatenus post nimium longas et perniciosas discordias filia ex propriae matris reconciliatione exsultet. Ad quod utique te provocantem et praemonentem tanto promptius auscultare cupimus, quanto vigilantius animadvertimus hanc solam esse propriam et specialem virtutem piorum atque sanctorum, cum caeterae virtutes bonis et malis esse possint communes Domino sic praemonstrante: *In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem*

9) Leo hoc ideo dicit, quia Amalfi, tunc caput Apuliae, ex a. 1043 in potestate Normannorum erat (Vid. Gfrörer i Gregorius VII. et ejus aetas. Tom. I., p. 609).

1) Haec epistola est responsum ad litteras› quas Michaël Caerularius ad Leonem papam dederat, nunc deperditas, tamen quae continuerint cognoscimus ex hoc responso et ex his papae verbis in epistola ad imperatorem: ‚Praeterea confrater noster archiepiscopus Michaël exhortatorias ad concordiam et unitatem direxit nobis litteras‘. Hanc vero placabilitatis speciem tantum patriarcham induisse et re vera ab imperatore profectam esse, luculentissime litis incrementum et exitus ostenderunt.

2) Maxime memorabilis est appellatio „archiepiscopi“ et in exordio hujus epistolae ac porro et in epistola ad imperatorem. Quod eo magis notandum est, quia metropolitanis Orientis jam ante concilium Chalcedonense nomen „patriarchae“ vulgo indebatur et tantummodo addidamentum „oecumenici“ in controversiam vocabatur (V. Prolegomenon IX). Leo papa hic superbum animum patriarchae castigare et coërcere voluisse videtur. (Conf infra „Chartam excommunicationis“ a legatis Romanis in patriarcham latam).

habueritis ad invicem (Ioan. 13). Et deiloquo Paulo protestante: *Pacem sequimini cum omnibus et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum (Hebr. 12).* Unde plurimum tuae fraternitati congratulatur in Domino, quoniam summum desiderium nostrum tua industria anticipasti; quod utique si aliquo frigore charitatis pigritareris exsequi, nostra debueras solertia praeveniri. Nos enim juxta praefatum Apostolum, si fieri potest, cum omnibus hominibus pacem habere *(Rom. 12)* peroptamus; quanto magis ergo tecum, quem videmus ecclesiae Dei valde utilem et necessarium posse fore ministrum, si non transgredi laboraveris terminos, quos patres nostri posuerunt? Et quia Christianae perfectionis est pacificum esse etiam cum inimicis pacis spe correctionis, non consensu malignitatis; tanto sollicitius debemus omnes occasiones scandalorum de medio tollere, quanto tenacius optamus pacis amicos retinere. Plurima autem ex tua fraternitate intolerabilia rumor jam diu pertulit ad aures nostras, quae nos, partim quia incredibilia videbantur, partim quia nulla facultas inquirendi talia concedebatur, indiscussa hucusque reliquimus. Denique diceris neophytus[3], et non gradatim prosiluisse ad episcopale fastigium: quod nullatenus esse faciendum et Apostolus edocet (*1 Tim. 3*) et venerabiles canones intcrdicunt. Hinc nova ambitione Alexandrinum et Antiochenum patriarchas antiquis suae dignitatis privilegiis privare contendens contra omne fas et jus tuo dominio subjugare conaris[4]. Quod quando tuo periculo tentes, omnibus sanae mentis patet: quandoquidem vana gloria et pompa saeculari elatus consilium divinitatis antiquum super stabilimento columnarum suae ecclesiae [*Hic deest* mutare, *aut aliquid ejumodi*] contendis, quasi ex fallacibus divitiis praejudicium facturus illi, qui cum vere et singulariter dives esset, pauper pro nobis factus *(2 Cor. 8)*, delegit suae temporali nativitati oppidulum et speluncae diversorium *(Luc. 2)*, non quodlibet regum palatium. Cujus exempla quisquis horret, ad sortem illius pertinet, qui tunc per se, nunc autem per suos satellites dicere audet: *Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo* (*Isa. 14*). *Sed non cogitationes meae, cogitationes vestrae; neque viae meae, viae vestrae, dicit Dominus (Isa. 55):* qui dispergit superbos in furore suo et respiciens omnem arrogantem humiliat et exsurgit, ut non praevaleat homo, in cujus conspectu non est Deus. Ne enim superbia propter altitudinem suam se conjunctam putaret Deo, dicit Psalmista: *Alta a longe cognoscit excelsus Dominus (Psal. 137).* Unde per semetipsum testatur: *Quod altum est hominibus, abominabile est apud Deum (Luc. 16).* Qualis vero, et quam detestabilis atque lamentabilis est illa sacrilega usurpatio, qua te universalem patriarcham jactas ubique et scripto et verbo, cum omnis Dei amicus hujusmodi hactenus horruerit honorari vocabulo? Et quis post Christum convenientius posset insigniri hoc vocabulo, quam cui dicitur divina voce: *Tu es Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam* (*Matth. 16), etc.* Verumtamen quia ille non invenitur universalis apostolus dictus, quamvis princeps apostolorum sit constitutus, nullus successorum ejus tam prodigioso praenomine consensit appellari penitus, licet magno Leoni praedecessori nostro et successoribus ipsius hoc sancta decreverit Chalcedonensis synodus[5]. Nempe animadvertebant non esse amicum sponsi, qui pro sponso vellet amari; quin potius paranymphum et lenonem Antichristi, qui adversatur et extollitur super

3) Hoc nomine etiam in charta excommunicationis modo citata appellatur.

4) Vide notam 8 superioris epistolae.

5) Confer notam 3 in epistola Leonis ad patriarcham Michaelem et Leonem Achridanum.

omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur Ecce ille Ioannes vester, cujus vesanae adinventionis adhuc haeredes permanetis, qui secundum Psalmistam, per vos adhuc vocat nomina sua in terris suis, cum interiit, non sumpsit omnia, neque descendit cum eo gloria ad infernum; quia cum in honore esset, non intellexit *(Psal. 43)*. Ipse a beatissimis pontificibus Pelagio et Gregorio (*Pelagius II, epistola 1; Gregorius, lib. 6, epist. 4 et lib. 7, epist. 30)* successoribusque eorum pro hac insolentia anathematizatus in sua pertinacia irrevocabilis periit, jamque per quadraginta et quadringentos annos suae contumaciae sequaces praecipitare non cessavit [6]. Quibus quid profuit superbia, divitiarum jactantia quid contulit? *Transierunt omnia velut umbra* (*Sap. 5*). *Quid denique prodest homini, si totum mundum lucretur, animae vero suae detrimentum patiatur?* (*Matth. 16*). Et quomodo animas pro fratribus habetis ponere, qui inane nomen et universam ecclesiam scandalizans dedignamini deponere? Resipisce ergo, rogamus, ab hac insania, ne illius consors tu quoque, quod absit! fias, de quo dicitur: *Omne sublime videt, et ipse est rex super universos filios superbiae (Job. 41)*. Illud autem quis non stupeat, quod post tot sanctos et orthodoxos patres per mille et viginti a passione Salvatoris annos novus calumniator ecclesiae Latinorum emersisti anathematizans omnes et publicam persecutionem excitans, quicunque participarentur sacramentorum ex azymis? Quam praesumptionem tuam et fama nobis obtulit et litterarum sub nomine tuo ad Apulos datarum textus manifestavit: quae violenter astruere conantur fermentatum panem fuisse, quo Dominus apostolis suis corporis sui mysterium in coena commendavit. Quod omnino falsum esse ex utroque testamento facillime deprehenditur: quia qui non venerat solvere legem, sed adimplere, juxta ipsius legis praeceptum, ex azymis et vino vetus pascha adimplevit et protinus ex azymis et vino novum, sicut aperte Lucas narrat, discipulis tradidit. Neque enim totis octo diebus illis fermentatum apparebat in omnibus finibus Israël et apud quemcunque inveniebatur, peribat anima ejus de populo suo (*Exod. 12*). Quod si in coena Domini Jesu apparuisset aut ipse seu discipuli ejus quoquo modo gustassent, juste sicut praevaricatores legis perirent, nec ipse Dominus diceret suis insidiatoribus: *Quis ex vobis arguet me de peccato? (Ioann. 8)*. Nec esset opus falsos testes ad perdendum eum quaerere, cum hoc solo perderetur juste. Sed qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus *(II. Petr. 2)*, quod passurus discipulis mandavit, evidenter per Apostolum, in quo loquebatur, commemorans inquit: *Epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiae et nequitiae, sed in azymis sinceritatis et veritatis (II. Cor. 13). Denique modicum fermentum totam massam corrumpit (I. Cor. 5)*. Ubicunque autem corruptio, ibi procul dubio naturae deterioratio et alicujus vitii susceptio.

Porro nostrum pascha ideo novum dicitur, quia illud vetus praeceptum est Israëlitis in memoriam suae egressionis ex Aegypto; istud vero Christianis in memoriam Dominicae passionis, qua ad Patrem transivit ex hoc mundo. Sed quia tam de his quam de aliis, quibus nos calumniaris, latius a nostris nuntiis per alia scripta nostra, quae deferunt, instrueris: hic breviter attigisse sit satis. Discat autem fraternitas tua saltem admonita caute et humiliter loqui, ne aliquando Dominus dicat et tibi: *Ex abundantia cordis os loquitur* (*Matth. 12*). Scripsisti siquidem nobis, quoniam si una ecclesia Romana per nos haberet nomen tuum, omnes ecclesiae in toto orbe terrarum haberent per te nomen nostrum. Quid hoc monstri est, frater charissime? Romana ecclesia, caput et mater ecclesiarum, membra et filias non habet? Et quomodo

6) Vide Prolegomenon cap. IX.

potest dici caput aut mater? Credimus enim propter quod et loquimur atque constanter profitemur: Romana ecclesia adeo non est sola, vel sicut tu putas, una, ut in toto orbe terrarum quaecunque natio dissentit superbe ab ea, non sit jam dicenda vel habenda ecclesia aliqua, sed omnino nulla; quin potius conciliabulum haereticorum aut conventiculum schismaticorum et synagoga Satanae. Videris dicere illud sancti Eliae tunc praesumentis de se: *Relictus sum ego solus* (*III Reg. 19*). Sed audi, quid ille audivit a Domino. *Reliqui mihi septem millia virorum* (*III Reg. 18*); Quiesce, quiesce jam, venerabilis frater, ab his superstitionibus, ne illud Salomonis in te dicatur: *Sunt qui se divites affectant*, *nihil habentes* (*Prov. 13*). Simillimum nempe hoc est diabolicae arrogantiae, qui regna mundi a conditore omnium facta putans sua esse. dixit illi: *Haec omnia tibi dabo* (*Matth. 4*). Igitur hinc jam ad cor redeatur et tam perniciosa scandala de medio tollantur et tunc secundum Psalmistam: *Loquetur Dominus pacem in plebem suam et super sanctos suos et in eos qui convertuntur ad cor* (*Psal. 34*). Nam nos cum pertinacibus et in errore suo permanentibus pacem aliquam habere non possumus, ne operibus maligni communicemus; quia nec Dominum Christum alicubi talia fecisse invenimus: cum etiam in nativitate ipsius angeli pacem annuntiaverunt solummodo bonae voluntatis hominibus. Qui etiam oculum scandalizantem eruendum, manum vel pedem scandalizantes abscindendos insinuat.

Cessent ergo haereses et schismata, et diligentibus legem Dei jam non erit scandalum, sed pax multa. Quicunque gloriatur Christiano nomine, cesset Romanam sanctam et apostolicam ecclesiam maledicere et lacessere; quia frustra patremfamilias honorat. quisquis ejus uxorem exhonorat [7]. Et frustra matrisfamilias caput et faciem magnificat, qui minimos filiorum ejus impugnans, tanquam digitos pedum illius conculcat. Unde in ecclesiastico dicitur: *Quam malae est famae, qui fugit patrem; et est maledictus a Deo qui exasperat matrem (Eccl. 3)*. Et in Proverbiis: *Oculum, qui subsannat patrem et despicit matrem*, *effodiant eum corvi dc torrentibus et comedant eum filii aquilae* (*Prov. 30*). Confidimus tamen ex divina pietate; quod ab his innoxius aut correctus invenieris, aut certe admonitus cito corrigcris. Quod dum fuerit effectum; pax nostra jam ad nos revertetur, sed super te requiescet, ceu super pacis filium: et regnabat inter nos germana charitas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta (*I. Tim. 1*); nec nccesse habebis nobis supplicare, sed jubere. Super haec, sicut coepisti, collabora, ut duo maxima regna connectantur pace optata [8]. Orantem pro nobis tuam honorabilem fraternitatem sancta Trinitas in perpetuum conservet. Data mense Ianuario (an. 1054), indictione 7.

7) Eadem fere verba in Leonis papae epistola ad imperatorem reperiuntur.

8) Hoc ad concordiam inter Henricum III et Constantinum Monomachum pertinet, quos in epistola ad posteriorem „filios“ appellat.

V.

HUMBERTI CARDINALIS

DIALOGUS,

quo *Textus praefatorum sycophantarum [supra pag. 61 sqsq.] explicatur* [1].

1. Romanus. Praefulgente[a] gratia sanctae et individuae Trinitatis, in cujus manu nos et sermones nostri, hinc jam aggredimur responsum in litteris et cavillationibus vestris: ut palam sit nos illius summi Petri disciplina eruditos, qui dixit: »Sitis parati semper ad

a) B. *Praefulgentes.*

1) Hic dialogus editus est et codice Vaticano a *Baronio:* Annalium Ecclesiast. tom. XI. appendice et „ex Bibliothecae Serenissimi utriusque Bavariae Ducis Maximiliani" a *Canisio.* Quac quum editiones inter se discrepent, primam pro fundamento recensionis nostrae substravimus, ita quidem, ut quae in ea aperte corrupta vel omissa videbantur, ex Canisii editione corrigeremus et suppleremus; Baronii enim editionem, licet Schroekh (Hist. christianae ecclesiae Tom. 24 p. 216) eam deteriorem habeat Canisiana et auctor Hist litt. Franciae, tom. VII, p. 527 Canisianam secundam a Basnagio curatam, optimam declaret tamen longe meliorem et correctiorem invenimus.

Caeterae editiones, quas nacti sumus, Canisium ita sequuntur, pleraque menda vero et peccata etiam typographica repetant, sicut jam nuper vidimus in recentissima editione a Migne curata (Patrologiae cursus completus Tomus CXLXXX). Editionem antiqnissimam, cujus Canisius „ad Lectorem" commemorationem facit, dicens: „Porro has Humberti lucubrationes antea fuisse editas, ut nobis persuadeamus facile adducimur, quia a non paucis citantur; et Epitome Bibliothecae Gesnerianae Dialogum illum, cujus interlocutores *Romanus et Constantinopolitanus*, testatur excusum esse Coloniae 1521. Nos tamen, etsi admodum cupita et quaesita non potuimus ullum Humberti typis descriptum exemplar indagare aut adipisci." nos quoque nancisci non potuimus neque ullus bibliographus eam novit.

Apud *Wibertum*, archidiaconum Tullensem in Vita Leonis IX legimus: ;„Praedictus etiam frater Humbertus edidit contra eorum putida scripta responsionem instar dialogi, ab ipso Latine scriptam *apocrisariatus sui tempore Constantinopoli*, et jussu imperatoris religiosi et orthodoxi Constantini Monomachi Graece editam, sub nominibus Contsantinopolitani et Romani, anno Domini millesimo quinquagesimo quarto." Inde efficitur, quod etiam ex Michaëlis epistolis ad Petrum Antiochenum colligi potest, ut hic dialogus *Constantinopoli* ab Humberto compositus, non vero ab illo Roma apportatus sit, id quod *Gfrörer* in historia eccles. III a p. 317 opinatur dicens: „Ausser den beiden Briefen an den Patriarchen und den Kaiser *überbrachten* die Gesandten noch eine von Humbert verfasste Widerlegung der Vorwürfe, welche Michael das Jahr zuvor in seinem Schreiben an den Bischof von Trani wider die lateinische Kirche erhoben hatte (praeter binas litteras ad patriarcham et imperatorem datas legati etiam criminationum, a Michaele anno praecedentis ecclesiae Romanae in epistola ad episcopum Tranensem factarum refutationem, quam Humbertus composuerat, *attulerunt.*) — De occasione hujus dialogi Humberti *Histoire littéraire de la France*, tom. VII. p. 527 haec profert: „On ne comprend pas d'abord quel fut le motif ou la raison qui engagèrent notre cardinal à écrire de nouveau contre cette lettre, que le pape S. Léon. IX avait déjà refutée, comme on l'a vu. et dont Humbert même et les autres légats portaient la refutation qu'en avait faite ce pontife. Mais il put arriver deux choses, dont l'une suffisait pour le porter à entreprendre ce nouveau travail. Comme ce fut à Constantinople qu'il y mit la main, il put savoir, étant sur les lieux, ou que les auteurs de la lettre faisaient des répliques verbales à l'écrit de S. Léon, ou qu'ils se plaignaient qu'il n'y avait pas répondu en les suivant pied à pied. C'est pourquoi Humbert, en y „repondant à son tour, a suivi cette dernière méthode."

Illa interpretatio Graeca, cujus *Wibertus*, Humberti brev. et succ. commemorationem etc. sequens, loco modo citato mentionem facit, ad nostram aetatem non pervenit. (Vide *Car. Frid. Weberi*, prof. Marb., dissertationem de Latine scriptis, quae Graeci veteres in linguam suam transtulerunt. Casellis MDCCCLII.)

satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quae in vobis est spe, cum modestia et timore conscientiam habentes bonam: ut in eo, qnod detrahunt vobis, confundantur qui calumniantur vestram bonam in Christo conversationem.« Quod figurate per Moysen Dominus innuit, ubi vectes, quibus arca portaretur, circulis ipsius semper inesse praecepit: nec unquam extrahi ab eis, ne qua mora fieret quotiescunque arcam elevare[a] necesse esset. Arca siquidem sanctam ecclesiam; circuli ejus divinam scripturam; vectes ejus praepositos ecclesiae significant, quos semper expedit sacrae scripturae insistere: ne pudenter tunc velint discere, quando jam ad exaltationem sanctae ecclesiae debent quaestiones quorumlibet enodare. Unde calumniam vestram seriatim discussuri ab ipsius initio non pigritamur ordiri.

Insuper ut manifestius vestra dicta a nostris secernantur, vestra obelis, nostra autem asteriscis praenotantur[2]. Sed tandem videamus, quale sit illud vestrae calumniae prooemium, quo laborastis auditorem vestrum efficere benevolum, ita dicendo:

II. Constantinopolitanus. Dei magna dilectio et jucunda compassionis viscera flexerunt nos scribere ad tuam sanctitatem et per te ad universos principes sacerdotum et sacerdotes Francorum et monachos et populos et ad ipsum reverendissimum papam et memorari de azymis et sabbatis, quae mystice indecenter custoditis et communicatis Iudaeis. Etenim azyma et sabbata ipsi custodire a Moyse jussi sunt.

III. Romanus. Ex hac vestra praefatione, sicut profitemini, crederemus vos salutem totius Latinae seu Occidentalis ecclesiae pro sola magna Dei dilectione quaerere: si sciremus vos vestram vestrorumque non negligere. Cum vero vos ipsos et vobis commissos negligatis, ut nefandos Iacobitas, imo Theupaschitas, seu alias haereticorum pestes, inter vos et penes vos habeatis: neque eorum consortia, neque colloquia, neque convivia seu pariter orare devitetis: quomodo saltem suspicabimur vos aliqua dilectione Dei aut proximi praemonitos compati nostrae perditioni, sicut putatis? Et quare ad praeceptum gloriosi Pauli, sic aures praecordiorum obdurastis, ut dicentem non advertatis; »Haereticum hominem post unam et secundam admonitionem devita? *(Tit. III. 10,)*« Unde ipse Paulus *(II. Cor. 1)*, sciens quod nulla pars esset fideli cum infideli, Hymenaeum[b] *(I. Tim. 1)* et Philetum devitavit, et Timotheo *(II. Tim. 4.)* Alexandrum aerarium devitare praecepit. Cur[c] etiam non animadvertitis beatum Ioannem contestantem fidelibus: »Si quis venit ad vos et hanc doctrinam non affert, nolite eum recipere in domum, nec ave ei dixeritis: Qui enim dicit ave, communicat operibus illius malignis?« *(II. Ioan. 10 et 11.)* Ast vos, quasi omnia munda immunda[d] sint vobis, oculis contra vos et vestra clausis sanctam Romanam et omnem Occidentalem ecclesiam pollutam haeresi et Judaismo proclamatis et velut quamdam abominationem devitatis. Ex qua tam caeca et hactenus inaudita audacia ad hoc prorupistis, ut cunctorum haereticorum, quos adhuc deprehendere valuimus, temeritatem trascendatis. Quamvis omnino[e] singulae haereses suis adinventionibus aliqua ecclesiae membra fatigaverint, nulla tamen adhuc ad tantam vesaniam erupit, ut opinionem suam primae et apostolicae sedi ingerere praesumpsisset cum interpositione anathematis. Recensete, si placet, ab initio Christianitatis usque ad nostra tempora cunctarum haereseon molimina[f], et videbitis, an aliqua earum praesumpserit talia. Et cum non inveneritis, saltem tunc resipiscite, ne,

a) B. *elevari.* — b) C. *Irenaeum.* c) B. *cum.* — d) B. *deest.* — e) B. *enim.* — f) C. *volumina.*

2) Dilucidius autem loco asterisci et obeli, duo nomina sunt apposita in Latina translatione, Romanus cilicet et Constantinopolitanus, quo lector facilius admoneatur. B.

quod absit! permaneatis viciniores praecursores illius Antichristi, qui adversatur et extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur. In cujus arrogantiae monte consistentes et ex supercilio ejus omnia subter vos jacere reputantes dicitis vos flexos visceribus compassionis scribere cunctis sacerdotibus Francorum et reverendissimo papae. Sed non solum Romani et Francorum sacerdotes, verum etiam omnis Latina ecclesia de monte domus Domini clamat vobis contradicens: »In Domino confido: Quomodo dicitis animae meae, transmigra in montem sicut passer?« *(Psalm. X. 2.)* Tamen eum, quem papam reverendissimum dixistis, revereri et non detestari debuistis.

IV. Quod autem impudenter calumniamini nos communicare Judaeis observando typice azyma et sabbatum, phrenesi inveterata arbitramur adeo vos perdidisse sensum, ut nec factum vestrum respiciatis nec dictum. Quapropter suademus vobis, ut ad cor redeatis et animadvertatis, quid in Exodo XII. Moyses jubeat de azymis: »Primo mense, quarta decima die mensis ad vesperum comedetis azyma usque ad vicesimam primam ejusdem mensis ad vesperam. Septem diebus fermentum[a] non invenietur in domibus vestris. Qui comederit fermentatum, peribit anima ejus de coetu Israël, tam de advenis quam de indigenis terrae. Omne fermentatum non comedetis[b], in cunctis habitationibus vestris comedetis azyma (*Exod. XII. 18, 19, 20*). »Item unde superius«: Septem diebus azyma comeditis. In die prima non erit fermentum[c] in domibus vestris. Quicunque comederit fermentatum, peribit anima illa de Israël, a prima[d] die usque ad diem septimam[e]. Dies prima erit sancta atque solemnis et dies septima eadem festivitate venerabilis, nihil operis facietis in eis exceptis his, quae ad vescendum pertinent, et observabitis azyma *(Ibid. 15—17)*. Item in sequentibus, scilicet in capitulo tertio decimo ejusdem Exodi dicitur: »Septem diebus vesceris azymis et in die septima solemnitas Domini erit. Azyma comedes. Septem diebus non apparebit apud te aliquod fermentatum, nec in cunctis finibus tuis *(Exod. XIII, 6, 7)*. Item: »Solemnitatem azymorum custodies: Septem diebus comedes azyma, sicut praecepi tibi, in tempore messis novorum *(Exod. XXXIV, 18)*.« Et in Levitico: »Mense primo, quarta decima die mensis ad vesperam Phase Domini est: et in quinta decima die mensis hujus solemnitas azymorum Domini est. Septem diebus azyma comedetis, dies primus erit vobis celeberrimus sanctusque, omne opus servile non facietis in eo, sed offeretis sacrificium in igne septem diebus. Dies autem septimus erit celebrior et sanctior nullumque opus servile fiet in eo (*Lev. XXIII. 5—8*).« Et in Numero: »Mense primo quarta decima die mensis Phase Domini est et quinta decima die solemnitas. Septem diebus comedetis azyma. Quorum dies prima venerabilis et sancta erit: omne opus servile non facietis in ea offerentisque holocaustum Domino: vitulos de armento duos, arietem unum, agnos anniculos et immaculatos septem, et sacrificia singulorum, et ex simila[f] quae conspersa sit oleo. Tres decimas per singulos vitulos et duas decimas per arietem et decimam decimae per agnos singulos, id est, per septem agnos, et hircum pro peccato unum, ut expietur pro[g] vobis *(Num. XXVIII, 16—22)*.« Et in Deuternomio: »Observa mensem novarum frugum et verni primum temporis, ut facias Phase Domino Deo tuo, quoniam in isto mense eduxit te Dominus Deus tuus de Aegypto nocte. Immolabisque Phase Domino Deo tuo de ovibus et de bobus in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, ut habitet nomen ejus ibi. Non comedes in eo panem fermentatum: septem diebus comedes absque fermento afflictionis panem, quoniam in pavore egressus es de Aegypto, ut memineris diei egressionis

a) C. *fermentatum.* — b) B. *edetis.* — c) C. *fermentatum.* — d) B. *primo.* — e) B. *septimum.* — f) C. *similam.* — g) C. *om.*

tuae de Aegypto omnibus diebus vitae tuae. Non apparebit fermentatum in omnibus terminis tuis septem diebus et non remanebit de carnibus ejus, quod immolatum est vesperi die primo mane[a] *(Deut. XVI, 1—4).*

V. Haec omnia, si ita Iudaeis carnalibus carnaliter observanda vetus legislator[b] coelitus censuit constat haec secundum carnalem observationem omnino aliena a nobis. Quia in illis septem diebus quotidie fermentatum in omnibus finibus et terminis nostris et domibus invenitur[c]), apparet atque comeditur. Nec ipsos septem dies aliter quam reliquos totius anni in azymis observamus: nec apud nos perit de coeto nostro anima illius, quicunque tam de advenis quam et de indigenis terrae comederit fermentatum in diebus supra dictis. Sed nec velut ipsi a decima die mensis primi supradictum[d] agnum masculum anniculum ex pecoribus usque ad quartum decimum servamus, nec ad vesperam immolamus, ut sanguine ejus postes signemus, nec carnes ejus assas igni, accincti et calceati, tenendo baculos in manibus, nocte comedimus festinanter, cum azymis panibus et lactucis agrestibus. Insuper non offerimus incensum holocaustum Domino in his diebus quotidie in igne[e] vitulos duos de armento, arietem unum, agnos anniculos immaculatos septem: et sacrificia singulorum, et similam conspersam oleo: neque hircum pro peccato, ut expietur pro nobis. In quo ergo communicamus Judaeis? et in quo solemnitatem azymorum custodimus? An forsan quia solemnes eosdem dies et feriatos habemus et a quarta decima una usque ad vicesimam primam observamus? Et cur eadem vos observatis? nisi quia aliud nobis innunt, aliud illis[3]? Illis enim data sunt in memoriam egressionis suae de Aegypto; nobis autem in memoriam[e] spiritualis egressionis nostrae ex hoc mundo, ut vacemus et videamus, quoniam ipse est Deus, qui nos de tenebris vocavit in admirabile lumen suum consurgere et consedere[f] faciens secum in coelestibus et ut instar lunaris globi incipiamus lucem cordis[k] id est mentis[i] rationem, a terrenis avertere et ad coelestia convertere: sicque sapiendo et quaerendo, quae sursum sunt, reviviscamus, Deo et moriamur mundo. Sic quoque omnia quae superius nos carnaliter observare negavimus Domino annuente spiritualiter et observamus et omnimodo cupimus observare, procul dubio credentes[k], quaecunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta esse[l], beato Paulo sic protestante: »Haec omnia in figura[m] contingebant illis: Scripta sunt autem ad correctionem nostram, in quos fines saeculorum devenerunt (I. *Cor. X, 11).*«

VI. Nunc[n] ad observantiam sabbati veniatur. De quo ita in Exodo praecipitur: »Memento ut diem sabbati sanctifices. Sex diebus operaberis, et facies omnia opera tua. Septima autem die sabbatum[o] Domini Dei tui. Non facies omne opus, tu et filius tuus et filia tua servus tuus et ancilla tua jumentum tuum et advena, qui est intra portas tuas. Sex enim diebus fecit Dominus coelum et terram mare et omnia, quae in eis sunt, et requievit die septimo. Idcirco benedixit Dominus diem sabbati, et sanctificavit eum *(Exod. XX, 8—11).*« Item in eodem: »Sex diebus operaberis: die septimo cessabis arare et metere *(Eod. XXXIV, 21).*« Igitur in hujusmodi observatione sabbati, ubi et quantum communicamus Judaeis? Illi enim in sabbato otiosi et feriati nec arant nec[p] metunt

a) B. *vespere, die in primo usque mane.* — b) C. *veteris legis lator.* — c) C. *inveniuntur.* — d) *sumptum.* — e) B. *om.* — f) C. *conresurgere.* — g) B. *considere.* C. *addit* „*nos.*" — h) C. *addit* „*nostri.*" — i) C. *om.* — k) C. *addit* „*quod.*" — l) C. *sunt.* — m) C. *figuris.* — n) B. *hinc.* — o) B. *Sabbati.* — p) C. *non.*

3) Qui locus plane depravatus est apud *Canisium*, qui habet: „nisi quia aliud nobis innuunt, aliud illis? Illis enim data sunt in memoriam spiritualis etc." Apud *Baronium* quoque negligenter est habitus: „Et curo eadem vos observatis, nisi quia vobis aliud iuunuut, aliud illis enim data sunt in memoriam egressionis suae de Aegypto; nobis autem in memoriam spiritualis etc."

nullumque opus ex more faciunt, sed festum habent et convivium et requiescunt servi et ancillae bovum, boves et jumenta. Nos vero nihil horum observamus, sed omne opus facimus, sicut et in praecedentibus quinque diebus et jejunamus, sicut et in proxima sibi feria sexta jejunamus. Vos vero si non judaizatis, dicite, cur Judaeis in simili observantia sabbati communicetis?[a] Sabbatum certe ipsi celebrant et vos celebratis: epulantur ipsi et solvunt semper in sabbato jejunium et vos epulamini et solvitis semper in sabbato jejunium[b]. Illi in sua quadragesima solvunt a jejunio[c] omne sabbatum praeter unum et vos in vestra quadragesima solvitis a jejunio omne sabbatum praeter unum. Illis duplex est causa sabbatum celebrandi, scilicet ex praecepto Moysi et quod contristatis discipulis ipsi fuerunt de morte Domini, quem non credebant resurrecturum, in hac die gavisi. Unde quia cum Judaeis sabbatum et nobiscum celebratis diem dominicum, videmini in tali observatione imitari sectam Nazarenorum, qui sic recipiunt Christanismum, ut non dimittant Judaismum. Latina autem ecclesia compatiens passo et sepulto Domino congaudet resurgenti in die Dominica: quando Judaeos nimia occupavit moestitia et custodes sepulcri conati sunt corrumpere pecunia. Unde nos traditionem apostolicam usque in hodiernum diem de sabbato retinentes et usque in finem retinere cupientes hic subscribere curavimus, quid super hoc senserint et confirmaverint nostri antiqui et venerabiles patres. Ex quorum numero beatissimus papa Silvester, magni Constantini Augusti spiritualis pater, inter alia dixit: »Si omnis Dominicus dies resurrectionis gratia est colendus in gaudio Christianorum: omnis ergo sabbati dies sepulturae deputandus est in exsecratione Judaeorum. Omnis enim discipuli Domini sabbato fletum habuerunt sepultum Dominum suspirantes et Judaeis epulantibus[d] laetitia inerat. Apostolis autem jejunantibus tristitia imperabat. Tristemur itaque cum tristantibus de sepultura Domini, si volumus cum iisdem de Domini resurrectione gaudere. Neque enim fas est distinctiones[e] ciborum et caerimonias Judaeorum more Judaico observemus.« Haec et his similia dicente sancto Sylvestro non placuit quibusdam Orientalibus ista traditio apostolicae sedis, sed magis elegerunt celebrare sabbatum cum Judaeis. Cujus sententiae concordans sanctus papa Innocentius ait: »Sabbato jejunandum esse ratio evidentissima demonstrat. Nam si diem Dominicum ob venerationem resurrectionis Domini nostri Jesu Christi non solum in pascha celebramus, verum etiam per singulas hebdomadas[f] ipsius diei imaginem frequentamus ac sexta feria propter passionem Domini jejunamus, sabbatum praetermittere non debemus, quod inter tristitiam atque laetitiam temporis illius videtur inclusum. Nam utiquc constat apostolos biduo isto et in moerore fuisse et propter metum Judaeorum se occulisse[g]. Quod utique non dubium est et in tantum eos jejunasse biduo memoratur, ut traditio ecclesiae habeat isto biduo sacramenta penitus non celebrari. Quae forma utique per singulas hebdomadas est tenenda, propter quod commemoratio diei illius semper est celebranda.« Quod si putatis semel atque uno sabbato jejunandum, ergo et dies Dominica et sexta feria semel in pascha erit utique celebranda. Si autem Dominicae diei ac sextae feriae per singulas hebdomadas reparanda imago est, dementis[h] est bidui agere consuetudine sabbato praetermisso, cum non disparem causam habeat a sexta videlicet feria, in qua Dominus passus est, quando et apud inferos fuit, ut de tertia resurgens redderet laetitiam post biduanam praecedentem tristitiam. Non ergo nos negamus sexta feria jejunandum, sed dicimus in sabbato hoc

a) C. *communicatis.* — b) *ab „et vos" usque ad „jejunium" desunt ap.* C. — c) C. *jejuno.* — d) C. *exsultantibus.* — e) C. *destructiones.* — f) C. *hebdomadarum* g) C. *occuluisse.* — h) B. *dementitus.*

agendum, quia ambo dies tristitiam apostolis et his, qui Christum secuti sunt indixerunt, qui die Dominico exhilarati non solum ipsum festivissimum esse voluere, verum etiam per omnes hebdomadas frequentandum esse duxerunt. Hinc jam reliqua vestra dicta discutiamus.

VII. *Constantinopolitanus.* Nostrum vero pascha Christus est. Qui, ut non juxta legem inveniretur deo adversarius, et circumcisus est et legale pascha celebravit primitus, sic illo discedente nostrum novum operatus est.

VIII. *Romanus.* Quod Christus vestrum pascha sit, sciatis nos ita concedere, si eum asseritis etiam nostrum imo totius catholicae ecclesiae pascha esse. Quod si, quod absit! pertinaciter contradixeritis, auscultabimus ipsum Dominum nostrum Jesum Christum sic suos praemonentem de pseudochristis et pseudoprophetis: »Si quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus, aut ecce illic: nolite ire, neque sectemini (*Luc. XVII. 23).*« Quod vero dicitis Dominum Jesum celebrato vetere pascha novum discipulis suis celebrandum tradidisse: quis[a] sapiens id[b] negat? Sed illud, quod dicitis, Dominum nostrum Jesum Christum[c] ideo circumcisum et vetus pascha celebrasse, ne juxta legem inveniretur Deo contrarius, quis unquam ausus erit asserere[d], nisi manifestus haereticus? In hoc enim videmini perverse cum Marcionitis et Manichaeis sentire alium Deum veterem legem, alium novam dedisse; et, ut apertius dicam[e], Deum malum et Deum bonum vultis[f] introducere. Et ne illi malo hoc est Deo tenebrarum, bonus iste Deus lucis inveniretur adversarius, et circumcisus fuit et celebravit pascha vetus. Et quasi devitans illius tyranni, velut fortioris se, iram incurrere, ad tempus simulavit se legem ejus observare. Sed absit tam pestiferum virus a fidelium auribus et cordibus, ut vel suspicetur aliquis aliquid aliquanda simulasse omnipotentem et simplicissimam Veritatem, quae est Christus Deus noster, aut alium veteris legis esse, alium novae auctorem! cum ipsa Veritas protestetur, dicens: »Nolite putare, quoniam veni solvere legem aut prophetas: non veni solvere legem[g], sed adimplere (*Matth. V, 17*);« et Psalmista dicat: »Etenim benedictionem dabit legislator[h] *(Ps. LXXXIII, 8).*« Deinde subjunxistis:

IX. *Constantinopolitanus.* Et hoc manifestum est, sicut, in evangelio secundum Matthaeum de mystica coena loquens evangelista sic quoque inquit: »Prima autem die azymorum accesserunt discipuli ad Jesum dicentes ei: Ubi vis paremus tibi comedere pascha? Qui ait: Ite in civitatem ad quemdam et dicite ei: Tempus meum prope est, apud te facio pascha cum discipulis meis *(Matth. XXVI, 17, 18.)*« Et post pusillum: »Vespere autem facto discumbebat cum duodecim discipulis suis et edentibus illis dixit: Amen dico vobis, quia unus vestrum me traditurus est *(Ibid. 20, 21).*« Et post pusillum dicente Juda: »Nunquid ego sum, Rabbi? *(Ibid., 25)*,« dicit ei: »Tu dixisti (*Ibid., ib.*).« Huc usque, Dei homines, universa legalis paschae sunt. Deinde ea, quae mystici et nostri sunt, addidit evangelista et dixit: »Edentibus autem illis accepit Jesus panem, fregit et dedit discipulis suis et dixit: Accipite et comedite, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Et accipiens calicem gratias egit et dedit eis dicens: Bibite ex eo omnes: hic est sanguis meus Novi Testamenti (*Matth. XXVI, 26; Luc. XXII. 17—20),*« Dicendo enim, *Novi*, ostendit quoniam ea, quae Veteris fuerunt Testamenti cessaverunt.

X. *Romanus.* Haec omnia non a vobis, sed a veracibus evangelistis conscripta et ab omnibus orthodoxis patribus constanter praedicata credimus et ipsum Dominum nostrum JesumChristum quarta decima luna ad vesperum[i]

a) B. *add. sanum.* — b) B. *om.* — c) B. *om.* — d) C. *astruere* — e) B. *dicatur.* — f) C. *multis.* — g) C. *om.* — h) B. *legisdator* i) C. *vesperam.*

pascha vetus perfecisse et mox novum inchoasse praedicamus. Quapropter sequentia videamus.

XI. *Constantinopolitanus.* Aspicite, quomodo panem corpus suum sub Novo Testamento vocavit, sicut vivificum et plenum spiritu, et sicut caloris demonstrativum. Vos quidem panem, nos *ἄρτον* dicimus. *Ἄρτος* autem interpretatur elevatus et sursum portatus a fermento et sale, calorem et elevationem habens. Azymae autem nihil distant a lapide sine anima et luto lateris deorsum conjunctae terrae et sicco luto comparatae, quae cum amaritudinibus Moyses comedere miseris Judaeis[a] semel in anno legem[b] constituit dicens[c]: quoniam malae passionis et tribulationis symbola sunt significativa.

XII. *Romanus.* In hac vestra disputatione illud tantum approbamus, quod Dominus Jesus panem benedictum et fractum in memoriam sui sub novo testamento corpus suum vocavit. Et quod omnis panis hujusmodi vivificet atque[d] det vitam mundo, utpote plenus spiritu et calore Dei vivi et quod nos panem, vos *ἄρτον* dicitis; reliqua vero vehementer detestamur et velut haereticam vanitatem et audaciam olentia atque resonantia anathematizamus. Quis enim audebit panem quemlibet absque mysterio, quod supra diximus, asserere plenum spiritu et animatum, nisi discipulus Manichaeorum?[e] Ipsi enim delirando, sicut vere pleni mania, impudenter asserunt panem et vinum, lignum, lapidem et vestem, ceteraque talia animam habere. Illud quoque, quod azymum negantes panem esse per etymologiam ejus nominis, quod est *ἄρτος*, conamini nos vincere: sciatis omnino vanum et puerile. Quia et a linguarnm peritis diversae etymologiae dantur ex uno nomine, secundum humanum placitum magis, quam secundum naturam rerum. Et in omnibus scripturis invenimus panem indifferenter dici, sive fuerit azymus, sive fuerit fermentatus. Quod hinc demonstrare incipimus.

XIII. Primo omnium, ecce manna, tam in lege et prophetis et psalmis, quam in evangelicis et apostolicis litteris, panis, id est, *ἄρτος* vocatur. Sicut in psalmo: *ἄρτον οὐρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς, ἄρτον ἀγγέλων ἔφαγεν ἄνθρωπος*: quod Latine dicitur: *panem coeli dedit eis, panem angelorum manducavit homo.* Et in evangelio: *Κύριε, ἀεὶ δὸς ὑμῖν τὸν ἄρτον τοῦτον.* Et in Exodo: *Οὗτός ἐστιν ὁ ἄρτος, ὃν ἔδωκεν ὑμῖν Κύριος.* Si ergo manna, quod erat album et minutum sicut semen coriandri et quasi pilo tusum in similitudinem pruinae, gustusque ejus quasi similae cum melle, auctoritate divina dicitur panis, sive *ἄρτος*, quod utique nullam similitudinem aut verum saporem panis habebat[g] quomodo azymae possit tolli nomen panis, non videmus: qui utique natura, forma et sapore omnimodis panis est et dicitur, praesertim cum angeli apud Abraham et Lot subcinericios panes, *ἄρτους ὑποτέφρους* dicantur comedisse, angelusque Heliae legatur in desertum attulisse. Sed quid multa? In lege et in evangelio invenimus *τοὺς ἄρτους προθέσεως*, id est, *panes propositionis*, quos azymos fuisse nemo dubitat, qui legis Mosaicae aliquam notitiam retentat. Ubi dicitur: »Omnis oblatio, quae offertur Domino, absque fermento fiet: nec quidquam fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio Domini *(Lev. II, 11)*.« Et in Deuteronomio Moyses azymum vocavit, *ἄρτον ταπεινώσεως*, id est *panem afflictionis.* Sermo quoque Domini ad Ezechielem factus dixit: »Et tu, fili hominis, sume tibi frumentum, hordeum, fabam, lentem, milium et viciam, et mittes in vas unum, et facies tibi panes (*Ezech. IV, 9*).« Ecce tam hic quam in subsequentibus panes dicuntur, ubi nulla fermenti mentio habetur: in tantum, ut subcinericius, hordeaceus[h] ibidem vocetur. Verumtamen, ut de vestris aliquid dicamus, audite

a) C. *om.* — b) C. *in divina lege* — c) C. *om.* — d) C. *et.* — e) C. *Manichaei.* — f) C. *insania* — g) B. *habet.* — h) C. *hordaceus.*

quid Ioannes monachus Damascenus in laude Dei Genitricis dicit; *Ῥύπτεται τῶν βροτῶν οὐσία διά σοι [οὐσία διὰ σοῦ] ὁμοιαισασα [ὁμιλήσασα] τείω [θείῳ] πυρὶ ὡς ἔγκυφα [ἄζυμα] τάναγνε [παναγία] παρτενε [παρθένε] ἐξ οὗ εζοπτκσ θίσατο καὶ σε ἀλοβητον διαφυλξααντα*[4]. Quin etiam volumus, ut dicatis fermentatusne azymus sit, de quo Salomon ait: »Suavis est homini panis mendacii (*Prov. XX, 17*).« Et: »Panis absconditus suavior est (*Prov. IX, 17*);« scilicet quem mulier stulta repromittit, Et hic enim et illic non azymus, sed *ἄρτος* dicitur. Et quia nos ad hoc trahere nititur tota vestra disputatio, ut pro eo tantum, quod Matthaeus dicit: *λαβὼν ὁ Ἰησοῦς τὸν ἄρτον*, id est *accepit Jesus panem (Matth. XXVI, 26)*, incipiamus credere fermentatum et non azymum discipulis suis in memoriam suae passionis Dominum dedisse; sciatis istam sententiam vestram satis infirmam esse, si aliud non habetis, quod possit vestrae parti favere. Omnis enim sententia ex opinione procedens est dubia. Quae autem ex scientia procedit, certa omnimode et rata. Unde, si aliam sententiam firmiorem non habetis, hac sola tam ambigua nostrum consensum vobis non vindicabitis: quia, ut superius copiose monstravimus, azymus, sicut fermentatus, dicitur *ἄρτος*. Quin etiam Matthaeus, qui Hebraice scripsit evangelium non dixit: *λαβὼν ὁ Ἰησοῦς τὸν ἄρτον*, sicut Graecus, sed ut Hebraeus Hebraeis: *Lachah Jesus lechem.* Lechem autem Hebraice etiam azymum vocari in Deuteronomio cognoscite, ubi sic habetur: *lechem oni*, id est panem afflictionis, atque panes propositionis *lechem pavini* dicuntur. Unde in Psalmo, manna quoque similiter vocatur ut *lechem albicini achal is*, quod interpretatur, *panem angelorum manducavit homo.*

XIV. Tam copiosis ergo trium principalium linguarum exemplis enervatam etymologiam vestram ex nomine, quod est *ἄρτος*, sapienter considerate et azymo nostro fermentatum vestrum praeferre cavete. Quia si non obstinata mente manifestae veritati resistitis et si Vetus et Novum Testamentum aperte non impugnatis, nobiscum sentire et profiteri habetis azymum panem fuisse, quem ipso Dominus Jesus in coena primis ecclesiae suae fundatoribus distribuit in memoriam suae sacratissimae[a] passionis. Nam, sicut sufficienter supra ostensum est[b], in septem paschae diebus fermentatum nec inveniebatur nec apparebat in cunctis domibus seu finibus Israël. Et apud quemcunque fuisset inventum, justa animadversione velut divinae legis transgressor absque recrastinatione peribat de coetu Israëlitarum. Quod si credimus verbis Veritatis dicentis: »Non veni solvere legem, sed adimplere *(Matth. V, 17)*,« credendum etiam et praedicandum est Dominum Jesum nec unum jota aut unum apicem legis praeteriisse et ut totius transgressionis expertem insidiatoribus suis dixisse: »quis ex vobis arguet me de peccato *(Ioan. VIII, 46)*.« Alioquin nec ipse peccata multorum tulit, nec pro transgressoribus oravit, ut non perirent; nec pro nobis passus, sed pro sua praevaricatione juste punitus: praesertim qui nec solus legis transgressor inventus est fermentato apud se tunc reperto, sed insuper multos discipulos reos mortis effecit cibans illos fermentato. Videte, quorsum evadat haec vestra disputatio. Nempe si in solemnitate azymorum dicitur quolibet usus fermentato, vere mortuus as-

a) C. *om.* — b) B. *ostendimus.*

4) Hic locus in utroque exemplo plane depravatus exhibetur, nec nos corruptelam tollere potuimus, quum ut in Damasceni operibus reperiremus nobis non contigisset, licet ea perscrutati essemus. Exhibuimus lectionem Baronii, in qua quae aperte corrupta viderentur, quomodo emendari possent indicavimus. Canisius ita locum habet: *Ἐπεὶ αὖτε τῶν βροτῶν οὐσία διὰ σοῦ ὁμιλίσασα θείῳ πυρὶ ὡς ἔγκυμα πάναγνε παρθένε ἐξοῦ ὤπτησθεσιώον ἀληθινὸν διαφυλάξαντα.*

seritur in peccato suo, qui pcccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ipsius. Insuper administratis Judaeis materiam magnam sibi placendi super interfectione Domini et permanendi in errore suo et fidem nostram evacuandi: si gloriantes nomine Christiano objecerint Christo, quod Judaeorum nemo objicere praesumpsit, nec tunc nec modo, nisi forte vestro edoctus magisterio. Quamvis enim principes sacerdotum et omne concilium quaesissent falsum testimonium contra Jesum, ut eum morti traderent, et nec in verbis ejus invenissent: tamen tale aliquid, quales vos objicitis, nullus eorum objecit. Quod si fuisset objectum, solum unum sufficeret ad perdendum illum. Nec jam Pilato dicenti: »Accipite eum vos et secundum legem vestram judicate eum *(Ioan. XVIII, 31)*,« dicerent: »Nobis non licet interficere quemquam *(Ibid.)*;« quia ipsi praecepto legis interfecissent fermentati participem. Denique tota in Jesum calumnia ex interrogatione Pilati et responsione Judaeorum facillime potest animadverti juxta evangelium Matthaei et Marci, ubi interrogante Pilato: »Quid enim malefecit? *(Matth. XXVII, 23)*,« clamaverunt: »Crucifigatur *(Ibid.)*« Porro Luca attestante omnis multitudo tradentes Jesum Pilato dixerunt: »Hunc invenimus subvertentem gentem nostrum et prohibentem tributa dari Caesari et dicentem se Christum regem esse *(Luc. XXIII, 2)*.« »Quibus paulo post ait Pilatus: »Nihil invenio causae in hoc homine *(Ibid., 4)*.« Et illi: »Commovit populum per universam Judaeam incipiens a Galilaea usque huc *(Ibid., 5)*.« Deinde post aliqua dixit eis Pilatus: »Obtulistis mihi hunc hominem quasi avertentem populum et ecce ego coram vobis interrogans nullam causam mortis invenio in homine isto ex his, in quibus eum accusatis, sed neque Herodes. Corripiam ergo illum et dimittam *(Ibid. 14—16)*.« At illi postulabant, ut crucifigeretur. Ioannes autem refert Pilatum sic dixisse Judaeis: »Quam accusationem affertis adversus hominem hunc? *(Ioan. XVIII, 29.)* Qui dixerunt ei: »Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum *(Ibid., 30.)*« Et post aliqua dicente eis Pilato: »Accipite eum vos et crucifigite *(Ioan. XIX, 6)*.« Responderunt: »Nos legem habemus et secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit *(Ibid. 7.)*« Nonne tot testibus iniquis in Dominum insurgentibus et iniquitati mentienti sibi, suffecisset hoc unum vestrum mendacium, si constaret eis saltem hoc solum? Nonne instarent Pilato et dicerent: Nos legem habemus et secundum legem debet mori, quia fermentatum in pascha comedit? aut certe apud eum apparuit? Et forte dicetis, eum clam egisse hoc. Absit! Quia non solum de factis suis, verum et de dictis ait ipsi pontifici percunctanti: »Ego palam locutus sum mundo. Ego semper docui in synagoga et in templo, quo omnes Judaei conveniunt et in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos, qui audierunt, quid locutus sim ipsis; ecce hi sciunt, quae dixerim ego *(Ioan, XVIII, 20, 21)*.« Numquid etiam dominum domus, in qua pascha celebrabat, sanctae legis praevaricatio posset latere? quem constat paternarum traditionum aemulatorem apprime fuisse. Quod si forte et hunc latere potuit, aut certe ipse consensit; nunquid et Judam complicem malignorum Judaeorum latere potuit, qui juxta Psalmistam »Unanimis ejus dux et notus *(Psal. LIV, 14)*,« et praesertim dispensator fuit? Quem ipse Dominus dilecto Ioanni demonstrans ait: »Ipse est, cui intinctum panem porrexero *(Ioan. XIII, 26)*.« Et cum intinxisset panem, dedit Simoni Iscariotis. Ecce hic bis dixit ἄρτον, quem vos non nisi fermentatum accipitis. Quod si ita est, quae res prohibuit infelicem Judam demonstrato ipso fermentato prodere sanguinem magistri palam, quemadmodum volebat prodere clam? Aut quid necesse habuit desperando dicere: »Peccavi tradens sanguinem justum?« *(Matth. XXVII, 4)*,

cum tradendo transgressorem legis averterit a se et a populo furorem Domini et gratiam promeruerit? Ut enim praeceptum legis divinae super hoc breviter tangamus, perpendite, quid in Deuteronomio latius dicatur: »Si propheta quilibet, sive frater tuus, filius aut filia uxor vel amicus, quem diligis ut animam tuam, voluerit clam persuadere tibi, ut avertaris a caerimoniis legis, non acquiescas ei, nec audias, neque parcat ei tuus oculus ut miserearis et occultes eum; sed statim proditum populo interficies, ut avertatur Dominus ab ira furoris sui et misereatur tibi multiplicetque te, sicut juravit patribus tuis *(Deut. XIII, 6—8, 17)*.«

XV. Hinc[a] ne quid minus factum videatur, etiam vestratium ridiculae opinioni obviamus: qui non invenientes, quarum sanctarum scripturarum funiculo scapham assertionis suae pertrahant ad alicujus stabilitatis littus fluctuando pertrahuntur in illud divinae omnipotentiae pelagus. Namque sciscitantibus nobis, unde Dominus Jesus fermentatum in coena habuerit, cum in omnibus finibus Israël non inveniretur, respondent: Si creditur omnipotens, potuit subito undecunque fermentatum exhibere aut certe ipsum azymum benedicendo fermentare. Quod quam sit frivolum, nemo non intelligit, quia, quocunque modo apud eum in ipsa solemnitate fermentatum apparuisset, legis transgressor fieret plane dignus puniri, qui in sanctae legis contumeliam fermentatum tractasset. Sed, etsi quolibet modo id fuisset factum, aliquis evangelistarum tantum narraret miraculum non inferius illo, quo aqua conversa narratur in vinum. Et cum tam subtiliter gesta sive dicta in ipsa coena describant[b], ut etiam aliqua velut minus necessaria videantur recitare, sicut illud est de contentione prioratus inter discipulos facta, sive quod Dominus ipse praeceperit vendi tunicam et emi gladium; quomodo tam obstinato silentio reticuere tam necessarii sacramenti initium, et ut ita dicamus, omnimodam metamorphosim et qualem vos somniatis? Neque enim fuerat negligenter commemorandum, quod totius ecclesiae exstat fundamentum et usque secundum Christi adventum retinebit Christianitatis statum, per quod in Christo manemus et ipse in nobis. Unde vos assertionis vestrae difficultatem passi laboratis nobis praejudicium facere ex omnipotentia Christi. Sed vobis fideliter et constanter respondemus: Quamvis omnia, quaecunque voluit, fecerit et faciat Dominus Jesus, hoc facere non potuit, sicut quondam de lapidibus panem facere non potuit. Si quaeritur cur? Breviter respondetur, quia noluit. Sed unde scitur, quia noluit? quia non transgredi potuit nec transgressus est legem, quam non venit solvere, sed adimplere. Itaque unum e duobus eligatis necesse est. Aut enim fermentato abjecto in solemnitate azymorum legem implevit, aut suscepto fermentato legem solvit, propter quam adimplendam se venisse mentitus invenietur, quod absit! Porro de omnipotentis Dei coomnipotente Filio ita habetur in Ioannis evangelio: »Non potest Filius facere quidquam a se *(Matth. V, 19)*.« Qui etiam secundum Marcum in patria sua non poterat virtutes multas facere.

XVI. Hinc nil tergiversationem vestrarum praetermittentes, quia consideratis vestro fermentato secundum legem et evangelium juste contradici astruere conamini Dominum non celebrasse pascha cum Judaeis quarta decima luna mensis primi, sed priusquam fieret legalis abjectio fermentati. Et hoc probare contenditis ex evangelio Ioannis, qui ait: »Et ipsi non introivere in praetorium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent pascha *(Ioan. XVIII, 28.)*« Quod quanta absurditate dicatur, saltem ex hoc perpendite, quod Christum transgressorem legis non cavetis denuo pronuntiare, si paschae noluit tempus observare, praesertim cum Lucas referat[c]: Quia »cum facta esset hora, discubuit

a) C. *hic.* — b) C. *describunt.* — c) *ap.* C. *deest a „si" usque ad „referat."*

(Luc. XXII, 14).« »Quamvis enim bis posse celebrari pascha lex concedat, tamen quartam decimam lunam omnimodis observandam denuntiat. Et mundis quidem quartam decimam lunam primi mensis, immundis autem quartam decimam secundi mensis[a]. Et quicunque aliter praesumpsisset, de medio populi sui periret. Quod si quaeritur, quare Ioannes decimam quintam lunam, id est, a pascha secundam, dixerit *pascha?* tum videatur dicere debuisse: Et ipsi non introierunt in praetorium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent azyma, quorum prima erat dies ipsa: sciatis indifferenter, ab evangelistis dici *pascha* et *azyma.* Nam licet Dominus discipulis dixerit: »Scitis, quia post biduum pascha fiet (*Matth. XXVI, 2.*)« Matthaeus tamen ipsius diei, in cujus vespere fiebat pascha mentionem faciens inquit: »Prima autem azymorum accesserunt discipuli ad Jesum dicentes: ubi vis paremus tibi pascha comedere *(Ibid., 17).«* Cui concordans Marcus ait: »Erat et azyma post biduum *(Marc. XIV, 1.)«* Et post pauca: »Et prima die azymorum, quando pascha immolabant.« *(Ibid., 12.)* Ubi si indifferenter non accipiuntur pascha et azyma, ut modo pascha pro festo azymorum, modo festum azymorum intelligatur pro pascha, quomodo stabit: »Erat pascha et azyma post biduum?« *(Ibid., 1).* Nam juxta opinionem vestram debuit sic scribi: Erat pascha post biduum et azyma post biduum. Sed beatus Lucas omnem hujusmodi dissolvens controversiam inquit: »Appropinquabat dies azymorum, qui dicitur pascha *(Luc. XXII, 1).«* Et quia cum eo, qui proprie dicebatur pascha subsequentes quoque septem dies azymorum abusive nuncupabantur pascha[b], quem diem vellet specialiter intelligi, in sequentibus luce clarius ostendit dicens: »Venit autem dies azymorum, in qua necesse erat occidi pascha (*Ibid., 7.*)« Quod plane in quarta decima luna fiebat ad vesperum, quando agnus occidebatur; quem etiam pascha dici sic evangelista perhibuit. ut ipsum pascha occidendum diceret. Idem quoque in actibus apostolorum narrat, quod Herodes captum Petrum misit in carcerem volens post pascha producere eum populo. Qui quod pascha dicat mox subjungens declarat: »Erant autem dies azymorum (*Act. XII, 3).«* Nec mirum. Cum etiam Exodi tertio Dominus tria festa praecipiens pascha tacuit, solemnitatem azymorum tantum custodiri jussit, qua praetermisso pascha observari nequit. Porro Ioannes, qualiter intelligi vellet, quod ait: «Ut non contaminarentur, sed ut manducarent pascha (*Ioan. XVIII, 28*):« paulo post ait: «Erat autem parasceve paschae, hora quasi sexta (*Ioan. XIX, 14).«* Parasceve paschae, *praeparatio paschae* interpretatur: quando jam praeparatur vel instabat celebritas magni diei sabbati, qui celebrior reliquis paschalibus diebus apud Judaeos habebatur, adeo ut ob reverentiam ejus gentilis hominis cohabitatione vel introitu praetorii pollui vererentur; et insuper ne in cruce remanerent corpora in sabbato, praecaverent. Nec repugnat vero, quod pascha solemnitas azymorum dicitur: quandoquidem ipsum pascha cum azymis edebatur, nec per totum diem illum, sicut scriptum est, apparebat formentatum in finibus illis usque ad vesperum octavae diei, quam habebant celeberrimam.

XVII. Insuper harum trium solemnitatum continuati octo dies pro uno die sunt habiti, sicut de scenopegiae diebus Dominus dicit[c]: »Vos ascendite ad diem festum hunc, ego autem non ascendam ad diem festum hunc (*Ioan. VII, 8*).« Qui tamen postea jam die festo mediante dicitur ascendisse, et in novissimo magnae festivitatis die stetisse et clamasse: »Si quis sitit, veniat ad me et bibat (*Ibid., 37*).«

a) *ap.* B. *deest.* — b) B. *paschae.* — c) B. *dixit.*

XVIII. Ecce vestris opinionibus reluctati forsitan plus necessario fuimus verbosi; sed hinc minime debemus reprehendi, quia causam humano generi super omnia necessariam voluimus evacuari. Si Dominus Jesus legem potuisset transgredi, inanis enim esset fides nostra, inanis et praedicatio nostra; quia posset doceri peccatum Adae obfuisse humano generi, mortem autem Christi nihil profuisse. Nunc sequentia videamus: ubi postquam vanis declamationibus, ut supra monstratur, *ἄρτον* interpretati fuistis elevatum et sursum portatum a fermento et sale, calorem et elevationem habentem, horrenda caecitate abominati azyma dixistis.

XIX. *Constantinopolitanus.* Azyma autem nihil distant a lapide sine anima et luto lateris deorsum conjuncta terrae et sicco luto comparata.

XX. *Romanus.* Heu! heu! heu! Domine Deus! ecce compleri videmus principis apostolorum praesagium nostris temporibus. »Ex vobis,« inquit, »erunt magistri mendaces, qui inducent sectas perditionis et eum, qui emit[a] eos, Dominum negant. Superducentes sibi celerem perditionem et multi sequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur[b] et in avaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur. Quibus judicium jam olim non cessat et perditio eorum non dormitat *(II. Petr. II, 1—3)*.« Cujus sententiae concordans doctor gentium ait Timotheo: »Scito, quod in novissimis diebus instabunt tempora periculosa et erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi *(II. Tim. III, 1—2)*,« et caetera. Et post pauca: »Quemadmodum Jamnes[c] et Mambres[5] restiterunt Moysi, ita et isti resistunt veritati homines corrupti mente reprobi circa fidem. Sed ultra non proficient. Insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut et illorum fuit *(Ibid., 8, 0)*.« Unde et vos impudenter detrahentes azymis etiam[d] illi vivifico mysterio redemptionis nostrae inauditas injurias irrogare non timetis. Nec mirum, si in secretis coelestibus acies mentis vestrae caligat, quandoquidem in terrenis tam perverse errat, ut azymum, quod visu et tactu atque gustu simul et usu quotidiano panem comprobat, lapidem seu siccum lutum lateris credat. Et, o quam dignam erroris sui mercedem vestra vesania reciperet, si vobis retrusis et omni consolatione humani victus fraudatis lapidem seu siccum lutum lateris apponeret aliquis pro azymis! Ibi procul dubio in summo discrimine vestro disceretis plurimum distare lapidem sive laterem ab azymis et quod lapidibus seu lateribus paries, azymis autem confirmetur cor hominis. Quae quamvis humanam vitam temporaliter sustentent, tamen sine anima esse, sicut et fermentatum, nullus negare audet, nisi Manichaeus demens. Nam in corporis Christi mysterio indubitanter vitalis esca fit[e] perpetuo. Sed dum nitimini apostolicae sedi derogare super azymis, putredine inveteratae haeresis vos scatere monstratis, asserendo panibus inesse animam fermentatis, etiam absque mysterio aliquo[f] dominicae passionis.

XXI. Quod autem calumniamini azyma deorsum terrae conjuncta, non negamus vulgo haec eadem sic parari lapidibus aut argilla superposita, non, sicut dicitis, terrae conjuncta. Verum haec ad communes usus hominum et caeterorum animalium transeunt: nam ad magnam Christi mensam non accedunt; sed illud solum quod diaconi cum subdiaconis seu ipsi sacerdotes, sacris amicti vestibus cum melodia psalmorum conspersum et in ferro paratum ex secretario proferunt. Nempe, sicut apostolici Actus indicant, diaconi

a) C. *eruit.* — b) B. *blasphematur.* — c) B. *Jannes.* — d) B. *et.* — e) B *fiunt.* — f) B. *om.*

5) De his magis Aegyptiacis confer *Humbertum* „Adversus Simoniacos“ lib. II. c. 5. Etiam *Benzo* Panegyr. in Henricum IV. imperat. lib. II. c. 17. eorum mentionem facit

specialiter constituti sunt super hoc opus, Petro dicente: »Non est aequum relinquere nos verbum Dei et ministrare mensis (*Act. VI, 2*).« Vos autem, sicut facere nos reprehenditis, nec in lapide aut argilla seu aliquo metallo vestrum fermentatum paratis. Ergo aut in aqua paratis, aut de coelo manna venit vobis, quod ad humanos et divinos usus habetis.

XXII. Sed ad reliqua frivola vestra veniamus[a]. Non invenitur Moyses dixisse azyma malae passionis et tribulationis symbola fuisse[b], sed *lechem oni*[c], id est *panem afflictionis*: non quod naturaliter aliquid afflictionis in se habeat, sed quod Hebraeis ad memoriam revocet, quia ab Aegyptiis exire compulsi conspersam farinam, antequam fermentaretur, aportarint in humeris; quae, ut superius sufficienter disseruimus, nihil nos tangunt juxta carnalis observantiam ritus. Ideo discutiamus, quod sequitur.

XXIII. *Constantinopolitanus.* Nostrum vero pascha gaudium et laetitia totum est et extollit nos ab humo propter gaudium ad coelum, sicut et fermentum propter proprium calorem panem; qui panis omni suavitate repletus est. Azymum vero neque sal neque fermentum habens lutum est aridum. Aut non audistis Jesum dicentem discipulis suis; »Vos estis sal terrae?« (*Matth. V, 13*). Et: »Simile est regnum coelorum fermento, quod accipiens mulier abscondit in farinae satis tribus, donec fermentaretur totum? (*Matth. XIII, 33*).« Mulierem sanctam ecclesiam vocat: satis vero tribus, hoc est, tribus modiis repletis Patrem et Filium et Spiritum sanctum, quorum nequaquam lutulentum azymum est particeps.

XXIV. *Romanus.* Optamus vobiscum celebrare pascha, quod totum sit laetitia et plenum gaudii, in terra scilicet viventium, quia hoc homini concessum est in terra morientium, ubi et de praeteritis scandalis subest gemitus et de futuris metus. Unde, si cupitis de continuo pascha postmodum gaudere, in isto annuo[d] non sitis interim sine timore. Sed, sicut Psalmista monet: »Servite Domino in timore et exsultate ei cum tremore (*Psalm. II, 11*).« Et instanter cum apostolis petite, ut gaudium vestrum sit plenum. Illud etiam quod asseritis, id est, vestrum[e] pascha vos ab humo sustollere ad coelum prae gaudio, ita agere debet omnino. Quia si consurrexistis cum Christo, quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est in dextra Dei sedens: quae sursum sunt sapite, non quae super terram: sin alias, jam non levatur anima vestra ad Deum, sed contra Deum.

XXV. Sane quoniam vestrum gaudium comparatis fermento, quod suo calore panem extollit, ambigimus jam, quale illud gaudium sit, quia fermentum in bono accipi vix invenimus, nec fermentatus panis absque consecratione est suavitate aliqua plenior azymis panibus, quos plerique sibi salubriores et sapidiores arbitrantur; sed qualis fuerit propositio, aperit haec vestra conclusio.

XXVI. *Constantinopolitanus.* Azymum vero neque sal neque fermentum habens lutum est aridum.

XXVII. *Romanus.* Iteratis contumeliis in tantum azyma lacessitis, ut pene omnibus visibilibus et invisibilibus naturis injuriam irrogetis. Si enim, ut definistis, lutum aridum est quidquid neque sal neque fermentum habet; ergo beati spiritus et animae justorum, sive ipsa quatuor elementa, ex quibus omnia visibilia existunt, lutum aridum[f] sunt: quoniam neque sal neque fermentum habent. Nec suffecit vobis tantum nefas evomuisse, nisi insuper Dominum testem vestrae opinionis produceretis, quasi pro sola commendatione et confectione vestri fermentati dixerit discipulis suis[g]: »Vos estis sal terrae

a) B. *veniatur.* — b) B. *esse.* — c) C. *lechem ovi* B. *lachem oni.* — d) C. *animo* — 5) C. *om.* — f) C. *om.* — g) B. *om.*

(Matth. V, 13). Et simile est regnum coelorum fermento *(Matth. XIII, 3)*« Ergo quia verba, quae sunt spiritus et vita, ad litteram placet vobis intelligere: placeat etiam vestro fermentato aliquid palmitum et sinapi adjungere. Nam idem Dominus dicit discipulis: »Vos estis palmites (*Ioan. XV, 5*).« Et: »Simile est regnum coelorum grano sinapis *(Matth. XIII, 31.)*« Quod scilicet calorem administrat, quem tantopere tota vestra calumnia in fermento collaudat. Noveritis tamen ipsam de fermento absconso expositionem vestram catholico dogmati contrariam. Si enim mulier illa ecclesiam signat et tria sata sanctam Trinitatem, ubi et quando et ad quid[a] ecclesia in ipsa beata Trinitate fermentum abscondit? An forte quisquam summo et incommutabili bono Deo quidquam augmenti aliquando conferre potuit aut poterit? Quapropter convenientius parabolam hanc exposuissetis, si regnum coelorum sanctam ecclesiam significare dixissetis: fermentum autem doctrinam apostolicam; tria sata tres filios Noë: quibus post diluvium mensuratur farina id est, totius humani generis massa: in qua utique mulier, id est coaeterna Deo Patri sapientia, facta ex muliere doctrinam apostolicam quasi fermentum recondidit et regnum coelorum, id est praesentem ecclesiam, ex diversis nationibus coadunavit.

XXVIII. Jam quia post multiplices azymorum obtrectationes ad hoc prorupit vestra insolentia, ut in ipsa terribilia et vivifica sacramenta redemptionis nostrae apertis contumeliis irreverenter insurgat et azymum exclamet lutulentum et nequaquam sanctae Trinitatis particeps esse, respondere cogimur deinceps vobis stultis juxta stultitiam vestram, ne vobis sapientes esse[b] videamini. Certissime sciatis, quod gloriatio vestra stercus est et vermis, hodie enim extollimini et cras non inveniemini: et secundum Psalmistam, ut pulvis ante faciem venti comminuemini et ut lutum laterum delebimini, juxta proverbium Sapientis de stercore bonum lapidandi et velut stercus in via conculcandi, sicut et antecessores vestri haeretici ac praecursores antichristi. Ut enim in libro beati[c] Job dicitur: »Ex quo posuit Deus hominem super terram, cognoscitur laus impiorum brevis esse et gaudium hypocritae ad instar puncti *(Job. XX, 5)*.« Unde, quia in eo putatis vos sapientes, si aliorum institutionibus detrahitis, hinc par pari referemus, quod vestram impudentiam mordebit; ut retrahat [eam *vel* vos] a reverendorum sacramentorum injuriis.

XXIX. Salva ergo, ut dignum est, reverentia corporis Domini nostri Jesu Christi et in fermentato et in azymo perquiramus, an fermentum ad humanas mensas praeparatum sincerius ac mundius sit plebeio azymo. Et primo omnium ab origine[d] fermentatum repetamus, ut perspecta diligenter ejus scaturigine verax judicium de puritate fermentati habeamus. Necesse est enim, ut rivus fontis qualitatem et naturam sequatur. Ita enim originem fermenti invenire cupimus, sicut hominis cujuslibet originem ipsam matrem omnium terram invenimus. Nam si hominis originem alium hominem dixerimus jam propago, non origo erit; quomodo nec fermentum fermenti origo esse poterit. Sicut enim sententia vulgi exstat, fermenti origo fit, cum aut spuma musti seu faex cujusdam rusticae potionis, quae apud Gallos *cervisia* dicitur, vel certe jus elixati hordei aut ciceris, sive lac ficulneae vel pecorum corruptum injicitur conspersae farinae. Cum ergo spuma, faex, elixatura[e] leguminum et lac ficus vel pecorum corruptum apud homines computentur inter sordida, constat fermentum sordibus non carere per omnia. Massae autem, cuicunque fermentum injicitur, necesse est corrumpatur, sicut ait sapientissimus Paulus: »Modicum

a) B. *quod*. — b) B. *om*. — c) B. *beato*. — d) C. *om*. — e) C. *elixatum*.

fermentum totam massam corrumpit (*Gal. V, 9*).« Ubicumque autem corruptio tam in divinis quam et in humanis litteris dicitur, ibi etiam deterioratio seu vitiositas aliqua substantiae accidisse comprobatur. Unde, si non potest aliquando corruptio in bonam partem intelligi, nulli dubium est, quin fermentato azymum mundius sit, quod nullam corruptionem fermenti admittens ex munda farina tantum et pura aqua conficitur. Fermentum quoque, si aliquandiu in massa negligitur, tanto acrore eam corrumpit, ut ultra humanis usibus non prosit. Deinde panis fermentatus parvo situ efficitur mucidus, quod rarissime incurrit azymus, utpote plenus et solidus, non tumidus et cavernosus, uti fermentatus. Qui licet magna ex parte impar sit vestris laudibus, tamen per omnia par est vestris moribus. Ipse enim fermento veteri corruptus deprehenditur acidus, cavernosus et tumidus: et vos haud secus humana opinione corrupti loquacitate apparetis acidi, calliditate cavernosi. Et ut divinae scientiae vacui, humana scientia inceditis inflati, juxta illud dictum Apostoli: »Scientia inflat (*I. Cor. VIII, 1*).« Cui etiam supradicta vitia inesse idem[a] Apostolus attestatur Timotheo dicens: »Si quis aliter docet[c] et non acquiescit[d] sanis sermonibus Domini nostri Jesu Christi et ei, quae secundum pietatem est doctrinae, superbus est[e], nihil sciens, sed languens circa quaestiones et pugnas verborum, ex quibus oriuntur invidiae, contentiones, blasphemiae, suspiciones malae, conflictationes hominum mente corruptorum, et qui veritate privati sunt (*I. Tim. VI, 3, 4, 5*).« Quod vero fermentum, sicut praefati sumus, in divinis et humanis litteris, in malum ponatur, Dominus ipso[f] in evangelio testatur: »Cavete,« inquiens »a fermento Pharisaeorum, quod est hypocrisis (*Luc. XII, 1*).« Et Paulus: »Expurgate, inquit, vetus fermentum (*I. Cor. V, 7*).« Et paulo post; »Epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiae et nequitiae (*Ibid., 8*).« In saecularibus quoque litteris satyricus effeminationem et corruptos mores Romanorum redarguens ait:

> Quid didicisse? nisi hoc fermentum, et quo[g] semel intus
> Innata est, rupto jecore, exierit caprificus?
> (*Pers. I, 21.*)

XXX. Et, si omnes scripturas perscrutati fueritis, nunquam et nusquam fermentum in bonam significationem poni invenietis, nisi in uno loco evangelii, ubi regnum coelorum fermento simile Dominus dicit doctrinam videlicet apostolicam significans. Si vero omnes revolvatis scripturas, nunquam et nusquam invenietis azyma poni in significationem contrariam, sed aut sinceritatem aut veritatem significare, sicut Apostolus ait:[h] »Epulemur in azymis sinceritatis et veritatis (*I. Cor. V, 8.*)« Unde vestra duplicitas suo fermentato contenta Romanae et Latinae simplicitati azymum extorquere desinat. Ne, si fuerit pertinax, anathema maranatha cum suo fermentato fiat et prophetam sibi exprobrantem audiat: »Ite ad Bethel et impie et sacrificate de fermentato laudem (*Am. IV, 5.*)«

XXXI. Nunc videatur, quaenam ecclesiarum majori diligentia et subtiliori significatione Dominici corporis proprietatem vel veritatem[i] imitetur. Romana quippe et Occidentalis ecclesia a ministris sacri altaris in secretario confectum offert azymum, quod ex grano frumenti et limpida lympha per ignem fuerit praeparatum significans se in una mediatoris Dei et hominum hominis Dei Jesu Christi persona tres perfectas credere et venerari substantias: humanam scilicet carnem, animam rationalem et Verbum Dei Deum. Et granum quidem assimilari carni, quam de sola Virginis carne quasi ex gremio[k] matris terrae sola virtute coelesti, non autem aliqua commistione virili factam omnipotens Divinitas

a) C. *nostris.* — b) C. *ibidem.* — c) C. *docens.* — d) C. *acquiescens.* — e) C. *om.* — f) C. *om.* — g) B. *quae.* — h) B. *dixit.* — i) C. *om.* — k) C. *grano.*

animavit, puriorem substantiam, id est animam, quasi aquam praeclaram et nobilem ei infundens. Quas geminas substantias ab ipsius virginalis conceptionis exordio Verbum Dei rite suscepit et mediante suae divinitatis calore tanquam igne sibi construxit et consolidavit. Taliter praeparatus azymus fideli invocatione totius Trinitatis fit verum et singulare corpus Christi; non, sicut Theupaschitae volunt, corpus Patris et Filii et Spiritus sancti. Quod et vos videmini sentire dicentes Patris et Filii et Spiritus sancti particeps non esse azymum, sed[a] subaudiatur, sicut fermentum est particeps eorum. Ex qua prava sententia si non vultis cum Theupaschitis damnari, nolite in ipsa commemoratione Dominicae passionis aliquod participium seu communionem praeter solam consecrationem vel cooperationem concedere sanctae et impassibili Trinitati; quia mors solius humanitatis filii Dei in illo sacramento visibili [recolitur], ut Apostolus ait: »Quotiescunque manducabitis panem hunc et calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat *(I. Cor. XI, 26.)*« Ipse quoque Dominus Jesus in speciali commemorationis suae privilegio discipulis distribuens panem ait: »Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur *(Ibid., 24.)*« *Meum*, inquam, quod Spiritus sancti septemplici gratia subnixum ipsa sapientia Dei Patris aeterne aedificavi mihi templum quadraginta et sex diebus in utero et ex utero intactae Virginis: quodque mox pro vobis et pro multis per passionem crucis in mortem resolvendum omnipotens Trinitas post triduum suscitabit non permittens sanctum suum videre corruptionem. *Meum*, inquam, hoc est, Filii Dei et Filii hominis, qui vadi, sicut scriptum est de illo. Quapropter, sicut praediximus, tota beata Trinitas in consecratione eucharistiae cooperatur, sed sola mors Christi in fractione ejus et in usu annuntiatur.

XXXII. Hinc jam quae apud vos habeatur disciplina et cautela supra tanto mysterio, animadvertamus[b]. Vos aliquando pretio fermentatum a quocunque viro seu femina praeparatum habetis in tantum, ut nonnunquam ab ipsis publicis negotiatorum tabernis emptum panem ad Dominicam mensam transferatis; quem tractatum illotis et sordidis quorumlibet manibus negare non potestis. Qui sane juxta nostram narrationem quinque substantiarum particeps est, id est, fermenti, farinae, salis, aquae et ignis. Quorum omnium significationes congruas in illa simplici et sincera carne Salvatoris si habetis, date nobis. Par est enim, ut de fermento nobis rationem reddatis[c], quemadmodum nos de azymis vobis: ne forte, quod absit! perversitas Manichaeorum ad fulciendum errorem suum asserat has quinque substantias in sacrificium Christianorum assumi propter quinque antra tenebrarum, quae fingunt mentiendo sibi. Date quoque evidentem causam illius circumcisionis, qua coronulam panis ad sanctum sacrificium ferro levatis, cum immaculata hostia immaculatum corpus Domini aptius videatur significare et integritas panis integritatem ecclesiae, quae corpus Christi[d] fit participatione ejus integerrimi corporis. Quod qualiter fieri debeat, Paulus Corinthiis ita praedicat: »Panis, quem frangimus, nonne participatio corporis[e] Domini est? Quoniam unus panis, unum corpus multi sumus omnes, qui de uno pane et uno calice participamus *(I. Cor. X, 17).*« Unde et Dominus panem accepisse, benedixisse et fregisse, non autem legitur ante vel postea incidisse. Deinde quod sanctum panem vitae aeternae in calicem intritum cum cochleari sumere consuestis, quid opponitis? Neque enim ipse Dominus panem in calice vini intrivit et sic apostolis dedit dicens: accipite et cum cochleari comedite: hoc est enim corpus meum. Sed, sicut sancta Romana ecclesia usque nunc observat, panem integrum benedixit et fractum singulis particulatim distribuit dicens: »Acci-

a) B. *om. addit „ut.“* — b) C. *advertamus.* — c) B. *ponatis.* — d) B. *Domini.* — e) C. *om.*

pite et comedite, hoc est corpus meum *(Matth. XXVI, 26.)*« Quibus, postquam coenatum est, calicem porrexit dicens: »Bibite ex eo omnes *(Ibid., 27)*.«

XXXIII. Quam reverendam angelis et hominibus institutionem etiam sancta Sion, prima scilicet ecclesia usque ad haec moderna tempora, sicut ab apostolis accepit[a], fideliter retinuit: adeo, ut quidam Hierosolymitanorum pontificum datis epistolis significaverint, quantum illorum institutio discrepet a Graecis. Sic enim scriptum reliquerunt: »Ex ipsa sancta civitate Hierusalem, quae et sancta Hierosolyma, exiit fides Christiana: in ipsa quoque sancta Sion et sancta resurrectio primae ecclesiae dicuntur et veraciter habentur. In ipso sancto et venerabili loco adimpletur divina et immaculata oblatio Domini nostri Jesu Christi, sicut decet per ordinem.« Et puto, quia benefaciunt ibi, quod non nisi integras et sanctas ponunt ipsas oblationes in sanctas patinas, nec, quomodo Graeci, habent lanceam ferream, qua scindant in modum crucis ipsam oblationem, id est proscomiden[b]. Porro in praefatis sanctis ecclesiis, cum ipsa sancta patina sanctam anaphoram, id est oblationem, exaltant. Etenim verae et aptae sunt ipsae oblationes tenuesque ex simila. Lanceam vero, ferream nesciunt, nisi quae latus Domini nostri Jesu Christi aperuit. Cochlear vero cum quo communicent, sicut in ecclesiae Graecorum, minime habent, quia non ita commiscent ipsam sanctam communionem in calice, sed sola [panis] communione communicant populum. Itaque et in magnis et in parvis ecclesiis hunc morem traditum sibi a sanctis apostolis habent omnes Christiani ipsius provinciae. Graeci autem cohabitantes eis alii sic alii, qualiter a suis acceperunt. Ad haec, si quid ex sancta et venerabili eucharistia in Hierosolymitanis eccclesiis superfuerit nec incendunt nec in foveam mittunt, sed in pyxidem mundam recondunt et sequenti die communicant ex eo populum, quia quotidie communicant ibi eo, quod conveninnt illuc ex diversis provinciis Christiani, qui propter fidem et maximum amorem Filii Dei communicare ibi desiderant, quia et locus ipse venerabilior et sanctior est omnibus locis in omni terra. Et ibi est sepulcrum sanctum et honorabile Domini nostri Jesu Christi et sanctus Calvariae locus. Subterrare autem vel infodere sanctam eucharistiam in terra, sicut quidam dicuntur agere, aut in lagenam mittere, aut effundere illam, negligentia magna est et nullus timor Dei. Etenim fides Christianorum ipsa impolluta et divina mysteria sunt, secundum[c] quod Christus dixit: »Qui manducat carnem meam et bibit sanguinem meum, vita vivet in aeternum *(Ioan. VI, 55, 59)*.« Sed de his hactenus: praecipue cum vos ipsi possitis haec colligere subtilius ex tenore epistolae illius, quam istis ex Graeca Latinam perfecimus[d]. Ubi luce clarius intelligi datur, eumdem ritum divini sacrificii sanctam Hierosolymitanam ecclesiam observasse antiquitus, quem sacrosancta Romana ecclesia observare non cessat hactenus. Siquidem tenues oblatas ex simila praeparatas integras et sanas sacris altaribus nos quoque superponimus et ex ipsis post consecrationem fractis cum populo communicamur. Et tunc demum calice meri et liquidi cruoris potamur: quandoquidem nemini discipulo nisi Judae proditori intinctum panem a Domino porrectum invenimus significante, quod eum esset traditurus; pari modo etiam residuum dominicae oblationis reponimus.

XXXIV. Jam, quia sufficienter auctoritate Novi et Veteris Testamenti constat Dominum nostrum Jesum Christum commemorationem suae passionis recolendam in azymis[e] discipulis sub ipsa coena commendasse, sicut hodieque sancta Romana et Latina ecclesia noscitur recolere, dicere debetis, cujus institutionem in fermentato tam obstinate defenditis. Nempe quicunque seu qualiscunque ille

a) B, *recepit*. — b) C. *proscomide* B. *pro sancto Missae*. — c) B. *sicut*. — d) B. *paenefecimus*. — e) B. *asymo*.

fuerit, juxta beatum Job, compositus Deo, qui est ipsa justitia et sapientia, nec justus[a] nec sapiens erit. Nec potest fieri, ut quilibet convenientius aut verius commendare praevaluisset sacrosanctum mysterium fidei, quam ipse qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis, Agnus immaculatus, qui tollit peccata mundi. Cui comparata, imperfecta, cujus inscientia summa est ignorantia. Quapropter eventilemus reliqua dicta vestra.

XXXV. *Constantinopolitanus.* Dixit autem David de Christo: »Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech *(Psal. CIX, 4.)*« Qui ante Abraham et Moysen coeli, terrae et caeterarum creaturarum agnoscens Deum exsurgens obtulit illi panem et vinum. Ideo dicit divinus Apostolus: »Quoniam si consummatio per leviticum sacerdotium erat, non secundum ordinem Melchisedech sacerdos Christus diceretur; et quia translato sacerdotio necesse est, ut legis translatio fiat *(Hebr. VII, 11.)*« Quae lex lutulenta constituit azyma Judaeis custodire. Idem ipse magnus Paulus ad Corinthios prima epistola de[b] his loquens sic ait: »Fratres, ego accepi a Domino, quod et tradidi vobis. Quoniam Dominus, in qua nocte tradebatur, accepit panem et gratias agens fregit et dixit: Accipite et comedite: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur; hoc facite in meam commemorationem; quotiescunque manducabitis panem hunc et calicem bibetis in meam commemorationem[c], mortem Domini annuntiabitis (*I. Cor. XI, 23—26.*)«

XXXVI. *Romanus.* Quandiu vestigia doctiloqui Pauli fideliter tenuistis, omnino irreprehensibiliter cucurristis. Sed mox, ut praecurrere tentastis, miserabiliter deviastis[d]. Quibus non suffecit aberrasse, nisi insuper doctorem gentium in fide et veritate maluissetis post vos reluctantem trahere, quam illius vestigia repetendo errorem vestrum evadere. Insuper inauditum praejudicium eidem facitis, quando suis dictis eum impugnando azyma lutulenta pronuntiatis, quae tam ipse quam omnis catholicus esse sinceritatis et veritatis asserit. Illam deinde etymologiam vestram super pane contra nos defensando, complicem vestrum tantum apostolum laboratis efficere, quasi in eo, quod veraces evangelistas secutus ait: »accepit panem *(Matth. XXVI, 26; Marc. XIV, 22; Luc. XXII, 19)*,« non nisi fermentatum voluisset affirmare. Quod si fieri potuit, inanis praedicatio et labor tanti Apostoli erit. Evacuabitur mors Christi, quia jam non tradidit semetipsum pro nobis, sed juste interiit, sicut transgressor legis. Verum quam sit haec vestra etymologia frivola, satis abundeque ostenditur supra. Jam videamus, quorsum pertrahcre conamini tantum Apostolum suae assertionis funibus.

XXXVII. *Constantinopolitanus.* Azyma vero neque commemorationem habent Domini[e], neque mortem illius[f] nnuntiant, sicut Mosaica et ante mille quadringentos annos ex lege constituta, et per Novum Testamentum, hoc est, per sanctum evangelium et per Christum maledicta et derelicta.

XXXVIII. *Romanus.* O sacrilega temeritas! o virosa et maniosa Manichaeorum dicacitas! O ab omnium viribus et cordibus procul abigenda impietas! Eone pertraxistis Apostolum, ut in tantae perfidiae barathrum praecipitaretis vobiscum? Ecce illud pestiferum ovum, quod tandiu parturistis, repente peperistis, ex quo qui comederit morietur, ut Isaias propheta dicit: »Et quod fuerit confotum, erumpet in regulum!« (*Isa. LIX, 5.)* Ecce, ut claret, dolorem concepistis, iniquitatem peperistis et contra ipsam veritatem et omnes divinas paginas mentiti impudenter latratis ipsum filium Dei legem et azyma, quae constituerat, maledixisse. Sed o sancta, o bona, o venerabilis lex cum universis mandatis et obser-

a) C. *om.* — b) C. *ex.* — c) *in meam com. om* C. — d) C. *corruistis.* — e) C. *om.* — f) C. *om.*

vationibus tuis! quicunque te et tua usque ad unum iota maledixit, maledicit aut maledicet, sit ille maledictus! Potuitne aut debuit Dominus noster sic ingratus esse, ut tam fidelem et devotum praeconem et constantissimum testem suum aliqua maledictione confunderet? qui non cessavit tota sua intentione, signis, mandatis, sacrificiis, caerimoniis atque verbis gloriam ejus conclamare. Et ubi didicistis, quod Dominus legi et azymis maledixerit? Forsitan dicturi estis: Ubi novum pascha tradidit discipulis suis[a], aut ubi surrexit a mortuis. Sed, ut superius liquido cognoscitur, et ipsis benedictis et fractis novum pascha instituit, et ipsa suae resurrectiones die a duobus invitatus in Emmaus castello accepit panem, benedixit, et mox *ἐγνώσθη αὐτοῖς ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου*, id est »cognoverunt eum in fractione panis (*Luc. XXIV, 13, 30, 31, 35*):« quem omnimodis azymum fuisse constat, quia usque ad octavas paschae nullo modo fermentatum in omnibus finibus Israël apparebat. Sane, quod ipse factus sub lege legis testimonium habuerit, dicit Judaeis: „Scrutamini scripturas, in quibus vos putatis vitam aeternam habere et illae sunt, quae testimonium perhibent de me (*Ioan. V, 39.*)“ Et iterum: „Si crederetis Moysi, crederetis et mihi: de me enim ille scripsit (*Ibid., 46.*)“ Unde in alio loco protestatur se non venisse solvere legem, sed adimplere (*Matth. V, 17.*) Cujus quodlibet minimum mandatum quisquis solverit, etiam in regno coelorum, hoc est in praesenti ecclesia, minimus foret, nedum illam futuram aliquo modo introiret, in qua factor et doctor legis magnus vocaretur et esset[b]. Ipsa quoque suae resurrectionis die duobus supradictis discipulis incipiens a Moyse et omnibus prophetis interpretabatur scripturas, quae de ipso erant. Deinde undecim congregatis dixit: „Oportebat impleri omnia, quae scripta sunt in lege Moysis et in prophetis et in psalmis de me. Et quia oportebat pati Christum et resurgere a mortuis tertia die et praedicari in nomine ejus poenitentiam et remissionem peccatorum per omnes gentes (*Luc. XXIV, 44, 46, 47.*)“ Ecce breviter Salvator innotuit incarnationis ac passionis suae humilitatem atque resurrectionis gloriam omniumque gentium vocationem et per baptismum salvationem in veteri testamento praemonstratam et in novo fuisse exhibitam, ut merito evangelium nihil aliud sit dicendum quam legis expositio. Quae lex velut bajula et nutrix Christi et ecclesiae id est sponsi et sponsae capitis et corporis in plenitudine temporum praevia evangelicae gratiae et veritatis lucerna publicis visibus revelavit qued diu in secretis cubiculi occultavit. Tunc repente illius »speciosi forma prae filiis hominum (*Psal. XLIV, 3.*)« [decus] omni creaturae resplenduit, ubi per sanctos apostolos, quibus aperuit sensum, ut eligerent scripturas, mysterium cunctis retro saeculis absconditum in omnem terram et usque in fines orbis transmisit. Maledicendusne ergo est uterus ille, qui Spiritu Dei gravidatus ab initio parturivit omnia sacramenta Christi et ecclesiae tandemque in fine saeculorum peperit ipsum evangelium praedicandum[d] ubique? Siquidem Vetus Testamentum efficit, ut per Novum libera fonte praedicetur partus Virginis et credatur resurrectio ex mortuis atque per lignum et aquam et spiritum reparatio humani generis. Alioquin deleto Veteri Testamento Novum evanescet fabulaque putabitur omnino[e] nec retineri poterit absque charactere suo, quoniam nec paries stabit sine fundamento. Quod ipse Dominus suis factis et dictis supposuit et apostolis seu praedicatoribus suis inspiravit narrationis suae cursum firmare anchora Testamenti Veteris; cujus auctoritatem primus magister ecclesiae profitetur certiorem esse illa voce, quam super Dominum transfiguratum factam audivit. Unde firmissimum

a) C. om. — b) C. om. — c) C. om. — d) C. maledicendus. — e) C. om.

credendum est et liberrime profitendum, quod quicunque Veteri Testamento contradicit, etiam Novi adversarius existit, quod velut rota in medio rotae inesse Veteri sanctus Ezechiel vidit *(Ezech. I, 16; X, 10)*.

XXXIX. Deinde quasi subjectum vel fundamentum est Vetus Testamentum, cujus aedificium vel superior pars constat Novum: quod necesse est deficiat vel corruat[a], deficiente vel corruente subjecto, cui incidebat et subjecto quidem seu fundamento permanente permutantur supersidentia saepe; intereunte autem vel ruente nequeunt pariter non interire vel ruere. Hoc utique Dominus utriusque Testamenti lator intelligi volens, cum posset omnipotenti voluntate vacuas sex hydrias in nuptiis vino de nihilo repente creato implere, maluit tamen certi mysterii gratia prius aqua easdem hydrias a festi[b] ministris usque ad summum impleri et post solo nutu suo mirabile vinum fieri. In quo provido Redemptoris nostri facto dicimus aquam non substantiam suam, sed qualitates id est saporem et colorem et si qua sunt hujusmodi permutasse, ut animadvertamus ipsum Dominum Vetus Testamentum, quo sex mundi aetates per ministerium priorum patrum repleverat, non evacuasse, sed innovasse, nec inde quidquam reprobando minuisse, sed quod ei inerat et latebat approbando exhibuisse. In quibusdam enim sola permutatione temporum seu varietate excepta lex et evangelium idem concorditer clamant. Verbi gratia, lex praedicit: »Prophetam suscitabit vobis Dominus de fratribus vestris *(Deut. XVIII, 15; Act. VII, 27)*.« Et: Ecce virgo concipiet et pariet filium *(Isa. VII, 14.)*« Evangelium praedicat: »Propheta magnus surrexit in nobis *(Luc. VII, 16)*« Et: »Virgo concepit et peperit filium *(Luc. II, 7)*. In quibusdam etiam tempore et themate salvo commemorant voces pietatis et impietatis. Ut est: »Deus meus, ut quid dereliquisti me?« (*Matth. XXVII, 46; Marc. XV, 34.*) Et: »Speravit in Domino, eripiat eum, salvum faciat eum, quoniam vult eum (*Psalm. XI, 9.*)« Porro si alicui insipida videtur talis lympha, noverit nullo vitio lymphae istud sibi contingere, sed nimio palati sui stupore. Animalis enim homo non percipit ea, quae sunt spiritus Dei. Stultitia siquidem est illi lex Dei, nec novit ex ea mentis ventrem salubriter replere, sed perniciose distendere. Spiritualis autem, qui judicat et discernit omnia[c], cum nostro architriclino Paulo fideliter decantat: »Scimus quia bona est lex, si quis ea legitime utatur (*I. Tim. I, 8.*)« Et illud: »Scimus, quoniam lex spiritualis est *(Rom. VII, 14.)*« Quod si lex spiritualis est, ministratio Spiritus fit spiritualiter examinata, et ministratio mortis carnaliter discussa. Quamvis enim lex suapte natura sit vita, vitio tamen hominum mors fit, sicut idem Apostolus dicit: »Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? absit! Sed peccatum non agnovi, nisi per legem *(Ibid., 7.)*« Et post pauca: »Itaque lex quidem sancta et mandatum sanctum et justum et bonum: Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? absit! Sed peccatum, ut appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem (*Ibid., 12, 13.)*« Et rursus: »Invenio igitur legem volentem mihi bonum facere, quoniam mihi malum adjacet (*Ibid., 21.)*« Tandem, si sapienter audistis quae praemisimus, resipiscite ab injuriis legis, quam sanctam et mandatum sanctum et justum et bonum affirmat Apostolus; ne medicum demonstrantem morbos et curare volentem videamini obruere lapidibus tanquam phreneticus.

XL. Porro numerosa patrum conjugia et ex tribu sua atque carnalia sacrificia et circumcisionis seu variarum purificationum caerimonias ciborumque differentias noveritis temporaliter carnalibus aut permissa[d] aut jussa: ut eos talium jugo vel licentia mandatorum retineret, ne ed idololatriam seu ad caetera

a) C. *deficiat vel corruat.* — b) B. *fossis.* — c) B. *add. debriatus ea.* — d) B. *promissa.*

flagitia corruerent; spirituales autem significatione bonorum futurorum, quae in his promittebantur, jugiter sublevaret, ut advenientia a longe conspicerent et devote salutarent. Quod, licet hujusmodi observationibus pro loco et tempore viderentur nimium dediti, ut sua condescensione paulatim brutas plebes per signa traherent ad res, tamen quid in his senserint, ex his beati David dictis liquet: »Si voluisses sacrificium, dedissem utique: holocaustis non delectaberis. Sacrificium Deo spiritus contribulatus *(Psalm. L, 18.)*« Unde rursum ait: »In me sunt, Deus, vota tua *(Psalm. LV, 12.)*« Cujus personam suscipiens carnali populo contestatur dicens: »Nunquid manducabo carnes taurorum aut sanguinem hircorum potabo? Immola Deo sacrificium laudis et redde Altissimo vota tua (*Psalm. XLIX, 13, 14.*)« Nonne huic et reliquis patribus aqua legis colorem et saporem mutaverat, quae pallida et insipida carnalibus apparebat? Quippe his frigebat, quae illis sic calebat, ut jam tunc discipuli Jesu dicere possent: »Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur nobis in via et aperiret scripturas?« (*Luc. XXIV, 32.)* Littera enim legis per Moysen data carnales occidebat, cujus spiritus, gratia et veritate per Jesum Christum facta spirituales vivificabat: ut illi timore temporalis mortis ac si frigore contracti inde pallerent, unde isti amore aeternae vitae quasi calore vegetati rubebant et cum Paulo libere proclamant: »Plenitudo legis est dilectio *(Rom. XIII, 10.)*« In cujus duobus praeceptis charitatis pendere legem universam[a] Veritas perhibuit. Quod si Deus charitas est, Deo procul dubio adversatur quisquis aliquid legi Moysi subtrahere conatur, quam ipse totam in charitate pendere testatur. Quae charitas gemina carnalibus et terrenis caerimoniis contecta velut quidam bisulcus hamus vermiculis seu volaticis plumis insertus et in pelagus humanae captivationis coelitus demissus vagos et vacuos coelestium homines inescatos visibilibus invisibili mucrone trajecit et trajectos ad sinum angelicae libertatis retraxit: dicentes Deo in Canticorum canticis: »Trahe me post te (*Cant. I, 3.)*« Et: Vulnerata charitate ego sum (*Cant. IV, 9.*) Sic[b], dum homo adhaeret Deo et homini proximus, decentissima linea et tanquam aurea mandatorum divinorum catena pariter ad paradisum retrahuntur.

XLI. Deinde quanta instantia Euphration Rhodiorum episcopus legem veterem contra Severianos haereticos defenderit, ex subjectis verbis ipsius liquet, ubi inter nonnulla alia dixit: »Fundamenta domus praeclarae[c] circa squalida loca sunt posita, ut ea, quae sunt superius nullas contumelias stercorum patiantur. Superiora ergo domus laquearibus auratis parietibusque pictis et vario marmorum metallo sunt edita; inferiora vero humori terreno vicina degesta etiam superiorum universa suscipiunt. Quid ergo nunc faciemus? Si auferimus inferiora, superiora, corruunt: tamen, si destruenda erant inferiora, non hoc alius poterat, nisi Dei Filius facere. Videamus ergo utrum ipse destruxit hoc, quod nos dicimus permanere.« Putatis, inquit, quia veni legem solvere aut prophetas? Non veni legem solvere, sed adimplere *(Matth. V, 17.)*« Et vos ergo saltem his et aliis proprii doctoris vestri vocibus revocati ab injuriis sacratissimae legis cessate, ne ab eodem et ab omnibus Catholicis anathema cum Severianis sitis.

XLII. Sed ne forte adhuc vobis nimium placeatis ex opinationibus vestris, cum nihil teneatis, diligentius recapitulemns[d] dictum Apostoli, quem supra violenter ad vestrum suffragium attrahere tentastis. Quia ait: »Si consummatio per sacerdotium leviticum erat; populus enim sub ipso legem accepit; quid adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchisedech alium surgere sacerdotem et non secundum Aaron dici? Translato enim

a) C. *habet: charitatis totam pendere Veritas.* — b) B. *Séd* — c) B. *praeculara.* — d) B. *recapitulamus.*

sacerdoto necesse est, ut legis quoque translatio fiat (*Hebr. VII, 11, 12.*)« In quibus verbis, sicut superius ostenditur, nil aliud intelligitis consummationem, nisi consumptionem, id est abolitionem et finem, non qui perficit, sed qui interimit. Quod longe aliter esse idem Apostolus edocet dicens: »Finis legis Christus ad justitiam omni credenti (*Rom. X, 4.*)« Unde, quoniam aliter dicitur *finivi panem*, aliter *»finivi telam,«* accipiamus necesse est Christum finem legis, consummantem, non consumentem: perficientem, non annihilantem: complentem, non evacuantem. Qui[a] finis ab initio saeculi promissus et in fine exhibitus dum penderet in cruce pro nobis sacrificium vespertinum et ultimum factus sciens, quia jam omnia consummata sunt, ut consummaretur scriptura[b], dicit »Sitio (*Ioan. XIX, 28.*)« Qui cum accepisset acetum, dixit: »Consummatum est (*Ibid., 30.*)« Et inclinato capite tradidit spiritum. Ubi certe nec evangelista dicit: *ut consumeretur*, sed *ut consummaretur* scriptura. Nec ipse Dominus: *consumptum est*, sed *consummatum est.* Ad quam morientis vocem velum templi scissum est usque deorsum, ut juxta Apostolum accedentibus ad Christum velamen usque tunc positum in lectione Veteris Testamenti significaretur ablatum. Quae consummatio non per leviticum sacerdotium fuit, quia attestante Apostolo: Nihil ad perfectum adduxit lex.[c] Ex quibus Apostoli verbis ne forte resumatis ansam calumniandi, attendite, quia non dixit *nil boni fecit lex*, sed *nil perfecit.* Habuit enim, ut idem Apostolus ait, justificationes culturae et sanctum saeculare et tabernaculum manufactum et pontifices praesentium bonorum, qui per alienum sanguinem semel in anno introëuntes sancta sanctorum sanctificabant inquinatos ad emundationem carnis. A quibus munera et hostiae offerebantur, quae non possunt juxta conscientiam perfectum facere servientem, solummodo in cibis et potibus et variis baptismatibns et justitiis carnis usque ad tempus correctionis impositis. Christus autem assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius et perfectius tabernaculum non manufactum, id est non hujus creationis, neque per sanguinem hircorum et vitulorum, sed per proprium sanguinem introivit semel in sancta, aeterna redemptione inventa, quando per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo et mundavit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad serviendum Deo viventi. Equidem secundum legem plures facti sunt sacerdotes idcirco, quod morte prohiberentur permanere. Hic autem, et[d] quod maneat in aeternum, sempiternum habet sacerdotium: qui solus proprio sanguine[e] semel aeternam redemptionem perfecit, quam illi alieno sanguine incessanter imitantes imperfectam repraesentabant[f]. Quae ut accessit, omnis ille sacrificiorum seu ceremoniarum[g] carnalium cursus jure conquievit. Neque enim deinceps pluribus sacrificiis indigemus, quia in uno aeternam redemptionem invenimus, quae per leviticum sacerdotium incepta per pontificatum Domini Jesu constat perfecta, qui non secundum Aaron, sed secundum ordinem Melchisedech ideo sacerdos dicitur, quia panem et vinum offerendum atque sumendum in veritate carnis et sanguinis sui constituit fidelibus suis[h]. Cujus generatio inenarrabilis de patre sine matre, de matre sine patre: nec initium dierum nec finem habens solus verus rex justitiae et pacis. Cui quia convenientius assimilatur Melchisedech non solum ex uno sacrificio et genealogia, sed etiam ex praenomine, quam Aaron; dicitur sacerdos Christus secundum ordinem Melchisedech, non secundum Aaron. Denique Melchisedech ille nec corpus et sanguinem suum in pane et vino Divinitati obtulit, nec sine parentibus aut initio et fine fuit, neque substantialiter rex justitiae et pacis; sed quod haec omnia scripturae de illo homine aut tacuerunt aut

a) C. *Quod.* — b) B. *dixit.* — c) C. *duxit, lex om.* — d) C. *eo.* — e) B. *om.* — f) *retentabant.* — g) C. *caerimonialium.* — h) B. *om.*

dixerunt, in manifestiori significatione nostri Melchisedech: cujus ille, sicut et Aaron, umbra, non veritas extitit[a]. Ad quem translato sacerdotio, necesse est ut legis quoque fiat translatio, a littera scilicet occidente ad spiritum vivificantem, a vetustate ad novitatem, ab imperfectione ad perfectionem, a servitute ad libertatem et filiorum Dei adoptionem, a Judaeis ad gentes, quibus Apostolus ait: »Non accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, pater *(Rom. VIII, 15.)*« Quia utique lex translatione est alterata, non facta alia: immutata, non est mutata; accessu gratiae cumulata, non est recessu suo exinanita. Sicut Dominus suis inquit: »Nisi abundaverit justitia vestra plus quam scribarum et Pharisaeorum, non intrabitis in regnum coelorum *(Matth. V, 20.)*« Nunquid dixit: Nisi reprobaveritis aut omnino reliqueritis justitiam scribarum et Pharisaeorum, non intrabitis in regnum coelorum? Sed quoniam justitia illorum erat tantum a malo opere abstinere: voluit Dominus in hoc suorum justitias superabundare, ut non solum malum ab opere, sed insuper a cogitatione satagerent resecare. Nam illis ex lege bonum erat non occidere, nec moechari: istis autem super hoc ex gratia optimum et perfectum, non irasci nec concupiscere. Ideo lex ramos malitiae succidit; gratia vero etiam radices ejus evellit. Et, sicut in resurrectione hoc ipsum corpus humilitatis nostrae et non aliud reformabitur, sic et lex ipsa per evangelium reformata in toto mundo praedicatur. In qua utique reformatione quamvis plurimum decus augeatur naturae, tamen integritas in nullo aufertur, quando ad similitudinem grani seminatum corpus animale surget corpus spirituale et seminatum in infirmitate surget in virtute. Hac quoque reformatione coelum et terra transibunt; non interibunt: transferentur, non auferentur. Nec moveamur a nostro sensu, nec terreamur, si nonnulla legis sacramenta exhorret animalis sensus: quandoquidem ipsius sancti evangelii nonnulla mysteria exhorruit hactenus in tantum, ut Domin dicente: »Amen amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem[b] Filii hominis et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis *(Ioan. VI 54.)*,« etiam maxima pars discipulorum ejus ab eo discessissent dicendo: Durus est hic sermo. Quis potest eum audire?« *(Ibid., 61.)* Praeterea Novum Testamentum ideo aeternum[c] dicitur, quia procul dubio aeterna sunt, quae pollicetur, sicut malis supplicium aeternum bonis vero vitam aeternam[d]. Nam quantum ad recitationem seu conscriptionem ipsum evangelium in novissimo die omnino praeteribit; ubi deinceps nec scriptura aliqna necessaria erit.

XLIII. Caeterum si ad rem pertineret, monstraremus[e] non mille quadringentos annos[6] tantum, sicut scripsistis, sed mille quingentos et amplius annos ab institutione azymorum per Moysen usque ad passionem Christi decurrisse. Sed, cum nostrae intentionis sit Romani ritum sacrificii approbare, chronographis relinquimus opinionem vestram de[f] praefato azymorum[g] annorum numero reprobare. Itaque si azyma, quemadmodum astruere conamini, per Christum et ejus evangelium fuerunt maledicta, reprobata et derelicta, et ideo deinceps non debentur offerri in sacrificio Domini, quia per Moysen constituta sunt Judaeis; sciatis fermentatum quoque constitutum per Moysen Judaeis. Sicut in Levitico dicit: »Haec est lex hostiae pacificorum: Offeret panes fermentatos cum hostia gratiarum, quae offertur pro pacificis *(Lev. VII, 11, 13.)*« Idem Moyses in eodem: »In pentecoste offeretis ei panes primitiarum de duabus decimis similae fer-

a) C. *fuit.* — b) C. *panem.* — c) C. *om.* — d) C. *om.* bono vero vit. aet. — e) B. *monstrarem.* — f) C. *om.* — g) C. *om.*

6) Quod Humbertus Leoni Achridano objicit, eum scripsisse azyma mille quadringentis annis ante passionem Christi instituta esse, error hic manifestus est, quum in Graeco exemplo legamus: *πρὸ χιλίων ἑξακοσίων ἐτῶν.*

mentae, quos coquetis in primitias Domino offeretisque cum panibus septem agnos (*Lev. XXIII, 17.*) Sal quoque, quem tantopere praedicatis in fermento, per Moysen ita constituitur[a] Judaeis in Levitico: »Quidquid obtuleris sacrificii, sale condies, nec auferes sal foederis Domini Dei tui de sacrificio tuo. In omni oblatione offeres sal (*Lev. II, 13.*)« Quapropter, si a nobis non debent offerri azyma quia Mosaica sunt, nec a vobis debent offerri fermentatum et sal, quia aeque Mosaica sunt. Et quia, ab Apostolo audientes: »Vetera transierunt, ecce facta sunt nova (*II. Cor. V, 17*),« insipienter putatis omnia Veteris Testamenti reprobata, et penitus destructa et ad nihilum redacta sacramenta: hinc jam perpendatis necesse est, ad quantas difficultates properet haec vestra opinio. Denique si vetera non proficiendo, sed deficiendo transierunt, unde vobis templum, altare, sacrificium, candelabrum, et caetera sancti ministerii vasa seu ornamenta aut vestimenta sacerdotalia? Unde vobis encaenia, pentecoste et pascha seu Quadragesima? Unde vobis pontifices, sacerdotes et levitae ac reliqui ecclesiastici gradus ex ordine? Unde primariae et decimae? Postremo, unde vobis dilectio Dei et proximi? ac reliqua mandata decalogi? Quia ergo secundum vos ita nova facta sunt, ut vetera relicta sint omnino et per Christum maledicta, abjiciantur[b] procul[c] ab ejus ecclesia, quae supra diximus omnia, et plura quae reticuimus alia, et veteribus contraria fiant jam nova. Odio habeatur Deus et proximus, pater et mater inhonoretur, homo occidatur: omnes moechentur, furentur, mentiantur, concupiscant, adulterent; conjugia nulla sint: omnis homo ad proximam sanguinis sui, et quae ei affinitate jungitur, accedat. Ad summum[d] quoque nec comedatur, bibatur nec dormiatur, sed relinquatur quidquid Vetus Testamentum exhibuit et exercuit, tam in cultu divino quam in usu humano, et videbitis quia nec bestiae eritis, nedum homines, imo ab eo, quod est aliquid transibitis ad nihil. Nos potius catholica aure intendentes tanto Apostolo dicenti: »Si qua ergo nova creatura, vetera transierunt, ecce facta sunt nova (*II. Cor. V, 17*),« corde credimus et ore confitemur vetera, a vetere homine transeundo ad novum hominem Jesum Christum, nova facta esse; quemadmodum idem Apostolus mox secutus curavit declarare: »Omnia autem ex Deo, qui reconciliavit nos sibi per Christum (*Ibid., 18.*)« Cujus singulari novitate innovantur omnia coelestia atque terrestria: quando[e] quidquid ad cultum Dei seu ad commodum sui vetus ille populus coelitus acceperat, ad novum transtulit. Qui ideo novus dicitur, quia ab umbra ad veritatem, a signis ad res, a timore ad amorem, a servitute ad libertatem, a filiis irae ad filios gratiae, a carne ad spiritum est translatus. Unde dicit Apostolus: »Vos non estis in carne, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in vobis (*Rom. VIII, 9.*)« »Et quomodo in carne non erant, quos epistolis instruebat, nisi secundum quod ipse ait: »In carne ambulantes, non secundum carnem militamus (*II. Cor. X, 3.*)« Hinc rursus inquit: »Nemo nostrum[f] sibi vivit et nemo sibi moritur (*Rom. XIV, 7.*)« Et: »Vivo, jam non ego, vivit vero in me Christus (*Gal. II, 20.*)« Sic itaque nobis et omnibus in novitate spiritus ambulare satagentibus nova facta sunt omnia, templa scilicet et altaria, sacerdotes, sacrificia, candelabra, thuribula, cibus et potus et quaeque carnalis Israël tam in suppellectile quam in mandatis retinebat, vetera ut eadem et non eadem sint omnia, instar utique aquilae, quae dum naturaliter renovatur, juventus eidem accedit et senectus, non substantia, ab ea recedit. Pari tenore praedicamus azymum Christianorum

a) C. *constituta.* — b) B. *abjiciamus.* — c) C. *add.* „*dubio*" — d) B. *summam.* — e) B *quoniam.* — f) C *vestrum.*

longe distare ab azymo carnalium Judaeorum, quos ad umbram veritatis observandam et captandam sola promissio et desiderium terrenae felicitatis invitabat[a]: ut est longaevitas, abundantia frugum, successio filiorum, perditio inimicorum et caetera. Nos vero, corpus veritatis ex azymo et in azymo rite venerantes atque retinentes, ore et corde praegustamus jam, quam suavis est Dominus: unum petentes ab ipso et hoc requirentes, ut maneamus in eo et ipse in nobis in aeternum. Sane si mutare vultis fermentato[b] azymum, mutate quolibet aliquo liquore vinum: quo sicut et azymo Christus et vetus pascha finivit et novum inchoavit. Si enim recipitis vinum, azymum cur abjicitis?

XLIV. Quod vero passio et mors Christi convenientius annuntietur azymo, quam fermentato, ex hoc comprobatur, quod Dominus ipse azymo discipulis memoriam sui agendam tradidit; et quod in lege panis afflictionis dicitur, ut per hoc praemoneamur affligere animas nostras et pariter offerre sacrificium Deo spiritum contribulatum, cor contritum et humiliatum *(Psal. L, 19)*, illud Apostoli recolentes: »Cum timore et tremore vestram ipsorum salutem operamini *(Philipp. II, 12.)*« Et: »Si compatimur, et conregnabimus *(II. Tim. II, 12.)*« Porro quae per legem fuerunt usque ad tempus correctionis imposita carnalibus Judaeis, Paulus breviter colligens ait:[c] »Munera et hostiae offeruntur, quae non possunt juxta conscientiam perfectum facere servientem, solummodo in cibis et potibus et variis baptismatibus et justitiis carnis *(Hebr. IX, 10.)*« Carnales ergo victimae atque purificationes variae in lege, in quibus maxima erat circumcisio et caeterae justitiae carnis, ut est differentia ciborum, festivitas tabernaculorum, non arare in bove simul et asino, nec serere agrum diverso semine et his similia; quae nihil sanctitatis conferebant conscientiis, excepta devotione obedientiae et admonitione spiritualis munditiae; data sunt usque ad praefinitum tempus a Patre, quando per Filium suum factum sub lege redemit eos, qui erant sub lege. Cujus carnales justitias evadens idem Apostolus ait: »Quae mihi aliquando fuerunt lucra, haec arbitratus sum propter Christum detrimenta et non solum detrimenta, sed etiam stercora, ut inveniar in illo non habens meam justitiam, quae ex lege est, sed quae ex fide Jesu Christi *(Philip. III, 7, 8.)*« Quod Colossensibus quoque denuntiat dicens: »Nemo vos judicet in cibo aut potu, aut in parte diei festi; aut neomeniae, aut sabbatorum, quae sunt umbra futurorum *(Coloss. II, 16.)*« Hactenus defendisse legem Moysi et azymum eucharistiae Christi sufficiat. Jam discutiamus vestra, quae restant.

XLV. *Constantinopolitanus.* Sabbata vero quomodo in quadragesima judaice observatis? Aut non audistis evangelium dicens[d], quia transeuntes discipuli in sabbatis coeperunt iter agere evellentes spicas et comedentes? Dicebant autem Judaei ad Christum: »Vides, quid isti faciunt in sabbatis?« Qui dixit: »Etiam. An nescitis, quid egerit David, cum esuriret ipse et qui cum eo erant, quomodo intravit in templum et panes propositionis comedit?« *(Matth. XII, 1—4; Marc. II, 23—26)* et caetera. »Et quia sabbatum propter hominem factum est, non homo propter sabbatum *(Marc. II, 27.)*« Qui et dicebant: »Quomodo homo iste est ex Deo, qui sabbata non custodit?« *(Ibid.)* Et iterum loquente Christo in sabbato ei, qui manum aridam habebat; similiter ei eo, qui daemonis spiritum habebat in abbato mundato et murmurantibus Judaeis et similia dicentibus dicit Christus: »Hypocritae, unusquisque vestrum non solvit asinum a praesepi et bovem suum in sabbato ducit adaquare?« *(Luc. XIII, 15.)* Et paralytico similiter, quem sanum fecit. Et ideo hi, qui sabbata cum azymis custodiunt, neque Judaei neque Christiani sunt, sed

a) B. *incitabat* — b) C. *fermento.* — c) B. *inquit.* — d) *in evangelio dicentem.*

»similes sunt leopardo,« sicut magnus dicit Basilius, »cujus capilli nec nigri sunt, nec albi omnino.«

XLVI. *Romanus.* Quod nos sabbata nec intra nec extra quadragesimam judaice observamus[a], sufficienter monstratur superius. Vos autem si non judaizatis, cur saltem quadragesimae non parcitis? ne cum Judaeis feriati et epulantes jejunium Christi in sabbato dissolvatis. Unde testimonia evangelica, quae posuistis, omnino refragantur vobis, suffragantur vero nobis. Denique nos, ut discipuli Jesu, non solum iter agimus in sabbato et spicas evellimus, sed insuper piscamur et quidquid oportet operamur, et hora competenti comedimus. Vos, quod[b] legitis discipulos spicas transeundo comedisse, a luce prima in vesperum studetis variis deliciis et multo mero crapulam continuare. Nec mirum: cum istic quoque obliti etymologiae vestrae ex nomine, quod est *ἄρτος*, dixistis David comedisse panes propositionis, id est, *τοὺς ὄρτους τῆς προθέσεως;* quos negare non potestis fuisse azymos, si qua scientia veteris legis remansit apud vos. Deinde quoniam sabbatum propter hominem factum est, non homo propter sabbatum *(Marc. II, 27.)*, nullo convivio aut otio honoratur apud nos tanquam Dominus, sed oneratur jejunio et labore, veluti devotus servus Dominica sepultura occupatus. Mox succedente die, quam specialiter fecit Dominus, solemniter exsultamus et laetamur, quia in ea Christus resurgens a mortuis jam non moritur, mors ultra illi non dominabitur. Qui etiam pro custodia sabbati non timemus a Christo notari hypocrisi, quoniam in eo non tantum manum aridam, sed et totum corpus curandum offerimus Deo et medicis. Nec tantum bovem et asinum solvimus a praesepio et ducimus adaquare, sed etiam arare. Ast vos volentes esse legis doctores nec intelligentes, quae loquimini neque de quibus affirmatis, assertionem vestrae opiniones sic conclusistis.

XLVII. *Constantinopolitanus.* Et ideo qui sabbata cum azymis custodiunt, neque Judaei sunt, neque Christiani sunt, sed »similes sunt leopardo,« sicut magnus dicit Basilius, »cujus capilli nec nigri sunt, nec albi omnino.«

XLVIII. *Romanus.* O mirabilis Graecorum philosophia! o ars Pelasga! O Atheniensis et Academica perspicacia! Unde tibi tantus stupor et vertigo repentina? Vere triplici fune lingua tua divinitus est ligata. Nam Graeci sapientiam quaerunt, quam simplex praedicatio Christianae fidei stultam effecit, sicut Dominus repromisit: »Perdam sapientiam sapientum, et prudentiam prudentum reprobabo. Ubi sapiens? ubi scriba? ubi conquisitor hujus saeculi? nonne stultam fecit Deus sapientiam hujus saeculi?« *(I. Cor. I, 20.)* Qua stultitia vos repleti, nec secundum divinas paginas definivistis aliquid et magnum Basilium secundum humanas monstratis definivisse nihil. Falsissimum enim est, ut qui sabbata et azyma custodiunt, nec Judaei nec Christiani sint. Quia verissime Judaei sunt, qui sabbata et azyma custodiunt carnaliter. Sed et illud in infinitam dubietatem recedit, nec ullo modo consequens erit, ut leopardus sit tantum, cujus capilli nec nigri nec albi sunt; quia praeter hunc innumerabilia animalia sunt[c], quorum pili nec albi nec nigri sunt. O egregii scrutatores divini eloquii, o dociles discipuli magni Basilii, ex cujus praeclaro fonte nihil nisi lutum haurire praevaluistis! cum hinc inde vobis resonaret rivus ille coelestis lactis aeterni mellis Romanam et Occidentalem ecclesiam vocans dominam et obsecrans succurrere perditioni Orientis. Nunc gratis subvertere Latinam ecclesiam molientes armamini contra nos quasi Basilii sententia, quae multo vecordior invenitur illa ridicula Tiresiae prophetia: *Quidquid dicam. aut erit,*

a) B. *observemus.* — b) B. *quia.* — c) B. *existunt.*

aut non. Nempe accidit vobis illud satyrici proverbium:

Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.
(*Hor. De arte poet.* 139.)

Atque utinam tacuissetis, ut putaremini sapientes, ceu Sapientia dicit: »Stultus, si tacuerit, sapiens putabitur[a].« Modo autem stultitia vestra omnibus nota est. Hinc reliqua perspiciamus.

XLIX. *Constantinopolitanus.* Quomodo autem et suffocata hi tales comedunt in quibus sanguis tenetur? aut nescitis, ut omnis animalis sanguis anima ipsius sit et qui comederit sanguinem, animam comedit? Et idcirco secundum haec nec gentiles ex toto sunt; illi enim[b] occidunt, aut plagantes comedunt.

L. *Romanus.* Cur ex lege istud secundum vos per Christum maledicta et derelicta mandatum nobis[c] opponitis? Nunquid vobis solis licet quidquid libet, ut modo ad legis patrocinium humiliter recurratis et modo ab ea superbe tanquam anathematizata resiliatis? Nonne vetus lex et non evangelium interdicit, ut omne suffocatum et captum a bestia non comedatur? »Quia anima omnis animalis in sanguine est (*Lev. XVII, 11.*)« Constat utique hoc mandatum ex illis esse, quae carnali populo ad qualemcunque munditiam seu justitiam carnis, non ad aliquam sanctitatem mentis data sunt ad tempus. Est enim de cibo: unde Apostolus dicit: »Nemo vos judicet in cibo (*Col. II, 16.*)« Ac si aperte diceret: Nemo vos velut Judaeos discernat ab his inter quos habitatis, in differentia scilicet ciborum, et in reliquis, quae idem Apostolus adjecit. Quod autem hic, *judicare,* dixerit discernere, in epistola ad Romanos liquet, ubi de diverso jejunio quorundam loquens ait: »Alius judicat diem inter diem, alius judicat omnem diem (*Rom. XIV, 5.*)« Quapropter, sicut idem ait: „Alius credit se manducare omnia (*Ibid., 2*).« Is, qui non[d] manducat quaedam observans morem suae patriae[e] et provinciae et praecepta majorum suorum, manducantem non judicet. Tu enim qui es, qui judicas alienum servum, qui salva fide et pura conscientia comedit quidquid a majoribus suis comedendum accepit? ut enim Dominus ait: »Non quod in os intrat coinquinat hominem *Matth. XV, 11.*)« Et secundum Apostolum: ‚Omnia munda mundis. Coinquinatis autem et infidelibus nihil est mundum, sed inquinatae sunt eorum mens et conscientia (*Tit. I, 15.*)“ Quod Romanis denuntians ait: „Scio et confido in Domino Jesu, quod nihil commune per ipsum, nisi is[f] qui existimat quid commune esse, illi commune est (*Rom. XIV, 14.*)“ Et post pauca; „Qui discernit, si manducaverit, condemnatus est: quia non ex fide: omne autem, quod non est ex fide, peccatum est (*Ibid., 23.*)“ Sed quamvis omnia munda sint, tamen secundum eumdem Apostolum: „Malum est homini, qui per offendiculum manducat aliquid (*Ibid., 20*)“ quod frater modicae fidei et adhuc infirmus in fide credit immundum et propter hoc non comedendum. Cui condescendere debemus in abstinentia escarum hujusmodi, ut possimus eum Domino lucrari: ne religionem Christianam pro aliqua esca incipiat abominari et cibo nostro perdatur frater, pro quo Christus mortuus est.

LI. Nos ergo quamvis a Domino et ab apostolis licentiam habeamus manducare omnia, quae nec nostrae nec fraternae saluti officiunt, consuetudine tamen provinciarum et praeceptis majorum nostrorum hactenus detenti devitamus comedere nonnulla, non quia mala aut immunda sunt, sed quia aut nobis aliquo modo non expediunt, aut longo usu in naturam jam verso[g] horrent. Nonne draco populis Aethiopum in esca datus dicitur? Et nonnullae nationes quibusdam vescuntur, quae aliae penitus abominatur. Cur hoc, nisi quia

a) B. *reputabitur* — b) C. *om.* — c) B. *vobis* — d) B. *om.* — e) B. *om* — f) C. *om.* — g) B. *versa.*

unaquaeque gens in suo sensu abundans, quaedam sibi assumpsit, quaedam rejecit? Unde nos quoque absque culpa[a] in antidotis plurima percipimus, quae ex serpentibus et ex aliis quae exsecramur animantibus, assumpta esse non dubitamus. Quod ergo infirmo qualiscunque medicina, hoc fame pereunti qualiscunque esca. Et sicut abominandus infirmus non est, artificialiter refectus sanguine et cadavere aliquorum reptilium; sic nec fame tabescens, si sanguine et suffocato naturaliter sustentat miserabiles artus potens etiam ad litteram cum beato Job dicere: »Quae prius tangere nolebat anima mea, nunc prae angustia cibi mei sunt *(Job VI, 7.)*« Omnis enim creatura Dei bona et nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur: sanctificatur enim per verbum Dei et orationem. Et vos peregrinos, egenos et pauperes Christi nec inter gentiles computatis, quibus nil est mundum, quia aliquando qualicunque cibo retinent a Deo sibi datum praesentis vitae munus? Quare non potius signatas[b] arcas pecuniae et promptuaria eructantia ex hoc in illud aperitis et dispergitis pauperibus, ut justitia vestra maneat in aeternum et jam non sit eis necessitas praesumere cibum insolitum? Nunc autem usuris et oppressionibus miserorum ditati et elati calumnianimi, si egens omnium sustentetur aliquo quod vos impinguati et crapulati abominami; non attendentes Dominum misericordiam malle quam sacrificium. Qui primo mensis hominum post cataclysmum admovit[c] omnia, deinde certae significationis gratia usque ad tempus removit[d]? aliqua quasi immunda, cum utique omnia fecerit valde bona et rationalis creaturae vitium abominabile sit apud Deum, non quaelibet irrationalium creaturarum[e]; voluntas quoque hominum aliquando sibi quaedam vindicat, aliquando alienat. Ceu Romani paucis annis ante Constantinum Magnum porcinae carnis esum per Aurelianum imperatorem sibi vindicarunt. Et Graeci usque nunc ursinam alienant. Et certe si humanum super his interrogetis judicium, immundior erit porcus reptilibus, sordibus atque reliquo suo pabulo. Sed sive nos, sive vos, quod a majoribus nostris accepimus aut usu tenemus comedendum, sic observemus, ut is qui non manducat, manducantem non spernat: et qui manducat non manducantem non judicet.

LII. Considerate tamen, ad quantam stultitiam devoluta sit vestra scriptura et sapientia, quae cum ab hominibus exquirere deberet finem praeceptorum Dei, id est charitatem de corde puro et conscientia bona et fide non ficta: hoc solum exquirendum putat, an aliquando comederint[f] carnem ursinam. Cujus usum quamvis non admittatis, admittentibus tamen pro crimine reputare non debetis; quibus evangelica et apostolica auctoritas omnia edenda constituit.

LIII. Nec hoc dicentes suffocatum et sanguinem nobis contra vos defendimus[g]: antiquam enim consuetudinem seu traditionem majorum nostrorum diligenter retinentes, nos quoque haec abominamur; adeo ut sanguinem vel quocunque morticinio aut aquis seu quacunque negligentia humana praefocato apud nos aliquando vescentibus absque extremo periculo vitae hujus poenitentia gravis imponatur; pro eo maxime, quia antiquas consuetudines et traditiones majorum, quae non sunt contra fidem, leges apostolicas arbitramur: nam de caeteris, quae aucupio autcanibus seu laqueo venantium moriuntur[f] Apostoli praeceptum sequimur: »Omne quod in macellum venit, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam *(I. Cor. X, 25.)*« Domini est terra et plenitudo ejus. Quod etiam in convivium gentilium vocatis concessit dicens: »Si quis infidelium vocat vos ad coenam et vultis ire: Omne, quod vobis

a) C. *culpis.* — b) C. *signatae.* — c) C. *amovit.* — d) C. *om. ab* „*omnia*“ *usque ad* „*removit.* — e) B. *creatura rerum.* — f) B. *comederunt.* — g) C. *defendentibus.*

apponitur, manducate nihil interrogantes propter conscientiam (*Ibid., XXVII.*)« Dominus quoque pro mercede praedicatoribus suis providens alimoniam dixit eis: »In domo recipientium vos manete edentes et bibentes, quae apud illos sunt (*Luc. X, 7.*)« Ecce Dominus non dixit quaedam apud illos comedite, sed indifferenter *quae apud illos sunt.* Quapropter omnis homo scientiam habens, si simpliciter edit et bibit, quidquid in macellum venit aut quod sibi apponitur, nullatenus est culpandus, nisi quasi[a] inde aliquam immunditiam conscientiae suae contrahat. Quia non quod intrat in os, sed quod procedit de ore coinquinat hominem (*Matth. XV, 11.*) Nec esca aliqua est in vitio, sed immoderatus appetitus. Verum, ne scandalizetur frater infirmus in fide, qui putat aliquid commune vel immundum esse; si quis dixerit: hoc suffocatum est, vel morticinium; non est comedendum, ut Apostolus de idolothyto ait: »Si quis dixerit, hoc immolatum est idolis, nolite manducare, propter eum, qui indicavit et propter conscientiam. Conscientiam autem dico, non tuam; sed alterius (*1. Cor. X, 28—29.*)« Multa siquidem usu aut traditione majorum ita observamus, ut aliter facientes omnino abhorreamus, sicut est non lotis manibus manducare. Quod quamvis juxta sententiam Veritatis non coinquinat hominem, tamen velut immundum exhorrere solet homo hominem non lotis manibus manducantem.

LIV. Sed forsan dicturi estis: Non solum in veteri, sed et in Novo Testamanto ab Apostolis traditum gentibus, ut abstineant a sanguine et suffocato. Nec nos nescimus, tamen pro loco et tempore nonnulla carnalia veteris legis mandata apostolos observasse scimus, quando adhuc quasi in quodam[b] matutino crepusculo tenebrae et lux confligebant[c], et intuentium oculos nunc huc nunc illuc reducebant. Sic apostoli in Judaea commorati aliquando claritate evangelii expergefacti ab umbra legis recedebant; aliquando necessitate vel consuetudine torpentes in eam recidebant. Denique sorte associarunt sibi Matthiam et templum, in quo adhuc sanguis animalium offerebatur, orationis gratia frequentabant. Ipse quoque vertex apostolorum Petrus modo cum gentibus comedebat, modo ab eis timens se subtrahebat. Cujus coapostolus Paulus, quamvis dixerit Galatis: »Si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit (*Gal. V, 2.*),« tamen dilectum discipulum propter subintroductos falsos fratres circumcidit et cum aliis purificatus in templo sacrificium legis exhibuit. Sed ubi ab angustiis Judaeae exclusi amplitudine gentium fuere potiti mox quasi catenis servitutis palam erepti quotquot ad spiritualem gratiam attrahebant, a carnalibus caerimoniis legis avertere non cessabant. Quod procul dubio ex praecedentibus et subsequentibus verbis Pauli intelligitur, ubi sic protestatur: »Spiritus manifesto dicit quia in novissimis temporibus discedent quidam a fide attendentes spiritibus erroris et doctrinis daemoniorum in hypocrisi loquentium mendacium et cauteriatam habentium conscientiam prohibentium nubere et abstinere a cibis quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus et his, qui cognoverunt veritatem. Quoniam omnis creatura Dei bona est et nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei et orationem (*I. Tim. IV, 1—5*).« Ecce tantus Apostolus raptus usque ad tertium coelum et in ipsum paradisum proclamat[d] omnia munda mundis et nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur, quia per verbum Dei et orationem sanctificatur. Et vos qui estis, qui attendentes spiritibus erroris et doctrinis daemoniorum in hypocrisi loquimini mendacium scripta Latinis populis destinantes, ut relinquant mandata Dei et quae graviora sunt legis, judicium scilicet et misericordiam et

a) C. *om.* — b) C. *om.* — c) C. *confulgebant.* — d) B. *ait.*

fidem, et sequantur traditiones et opiniones vestras, quasi nullos usque nunc habuerint praedicatores ac patres ac necesse habeant a vobis doceri, quae sint elementa sermonum Dei?

LV. Nempe inter alia velut[a] ignaros omnium conamini instruere, quid et qualiter praeparatum comedant, et eos asseritis nec gentiles esse nec Judaeos[b], nisi obediant, Quia, ut dicitis, gentiles occidunt aut plagantes comedunt: quasi Latini soliti sint animalia viva aut integra comedere. Nunquid archimagiri omnibus nationibus delegati estis? Et si forte alicui fame deficienti omne[c] obsonium vel victus desit, avis autem et ovis adsit, sed ferrum absit, satius erit eum inedia deficere, quam quovis ingenio ea mactare et comedere? Itaque doctrinis variis et peregrinis nolentes abduci: »Scimus et confidimus in Domino Jesu, quia nihil commune per ipsum, nisi ei, qui existimat quod[d] commune esse, illi commune est (*Rom. XIV, 14*),« sicut Paulus dicit[e]. Deinde optimum est gratia stabiliri[f] cor, non escis, quae non profuerunt ambulantibus in eis. Sed jam insistamus reliquis.

LVI. *Constantinopolitanus.* Item Alleluia[g] in quadragesima non psallitis, sed semel in Pascha tantummodo, quod interpretatur *Dominus venit, laudate, hymnum dicite, et benedicite eum.* Ergo secundum hoc neque *Laudate,* neque *Benedictus, qui venit*, psallitis. Et istud vero Alleluja Hebraice dictum est.

LVII. *Romanus.* Scimus Alleluia Hebraice dictum, et Latine interpretari *Laudate Deum,* sed quod etiam, *Dominus venit,* aut, *Benedictus, qui venit,* interpretetur, nescimus, nec nisi a vobis hactenus audivimus. Porro ipsum Alleluja, sicut calumniamini, non solummodo in Pascha cantamus, sed omnibus totius anni diebus[h]: exceptis novem hebdomadibus, quibus id intermittere a patribus nostris accepimus; scilicet quibus negligentias aliorum temporum diluere attentius debemus. Sicut enim quondam populus Israël[i] in eremo, peccatum idololatriae in seipso puniturus, et Ninivitae poenitentiam in praedicatione Jonae acturi omnem ornatum suum et delicias deposuerunt et saccum et cinerem sibi imposuerunt; nec tam peregrinis verbis ac exquisitis seu dulcisonis melodiis, sed propriis sermonibus et incompositis sive amaris ejulatibus ad Dominum clamaverunt: sic et venerabiles patres nostri agere consueverunt et nobis agendum censuerunt[k]. Unde, ornamenta et divitias[l] linguae tempore quadragesimali[m] deponentes paupertinum[n] habitum nostrae linguae nobis imponimus et stulti facti propter Christum nihil nos scire iudicamus, nisi ipsum crucifixum. Cujus districtum prae oculis habentes judicium vinculati et gravati peccatis tanquam idiotae vix audemus vel in nostro idiomate interpellare Deum. Nam ex libro Sapientis didicimus: quia »non est speciosa laus in ore peccatoris *(Eccli. XV, 9.)*« Et tamen tunc jugiter hymnum dicimus Domino, atque *Benedictus, qui venit* psallimus et omnem creaturam ad laudem ejus die noctuque invitamus dicentes *Laudate Dominum*, sed, ut praediximus, patria voce tantum[o]. Tunc quoque alium angelicum hymnum intermittimus, id est *Gloria in excelsis Deo.* Denique hi duo solummodo hymni ab angelis in Novo Testamento inveniuntur decantati: *Alleluia* scilicet, et *Gloria in excelsis Deo.* Quos pariter in septuagesima intermittimus; quia peccato veteris hominis a conventu angelicae jubilationis expulsi in hujus miserae vitae Babylonem super flumina ejus sedemus et flemus, dum recordamur illius Sion, in qua Deum decet hymnus, dicentes adversariis nostris: »Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?« *(Psal. CXXXVI, 4.)*« Siquidem vetus homo vetus et non novum canticum cantare potest, donec post hanc laboriosam

a) C. *om.* — b) B. *om.* — c) C. *animae.* — d) C. *quid.* — e) B. *docet dicens.* — f) C. *stabilire.* — g) C. *etenim.* — h) C. *temporibus.* — i) B. *om.* — k) *ab „et" usque ad „censuerunt"* B. *om.* — l) C. *delicias divitis.* — m) C. *quadragesimae.* — n) C. *pauperrimum.* — o) B. *om.*

vitam, quae significatur per quadragesimam, renovetur in agnitione secundum imaginem ejus, qui creavit eum, per resurrectioncm Jesu Christi ex mortuis. Nec tamen *Sanctus, sanctus sanctus Dominus Deus Sabaoth* in quadragesima omittimus[a], quamvis sit[b] hymnus angelicus et in Novo Testamento decantatus, qui et in Veteri prius fuit dictus, fidem videlicet perfectam patrum humiliter Deo offerens, nullum autem meritum bonae operationis eorum attollens. Sic et nos interim in hac nostrae peregrinationis quadragesima scientes nos per fidem et non per speciem ambulare, sed[c] sola fide apud Deum praesumimus simplici[d] confessione dicentes: *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth;* cui de operibus diffidentes cum Psalmista proclamamus: »Non intres in judicium cum servis tuis, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens (*Psal. CXLII, 2.*)«

LVIII. Quod autem novem hebdomadibus »Alleluia« intermittimus, non incongrue per novem hebdomadas novem ordines angelorum accipimus. Quorum decimus ordo per superbiam corruens angelicum numerum imminuit et felicitatem perturbavit. Qui condolentes suae diminutioni et parem ruinam timentes sibi a perfecta laude creatoris fuere praepediti. Quorum recuperationi et consolationi consulens omnipotens creator primum hominem de limo terrae formavit, qui sui generis multiplicatione damna coelestis patriae resarciret atque angelorum gaudia suppleret. Qua spe angelicus chorus ad modicum exhilaratus nec mora ex lapsu ipsius hominis fuit conturbatus. Unde ille novem ordinum concentus in laude creatoris remansit imperfectus, donec in Christo resurgente resurrexit prolapsus ille protoplastus. Ibi augmento sui collegii et meliori spe angelicus exercitus gavisus in novum »Alleluja« consurrexit totus et in eo perstat devotus. Quém et nos pro modulo nostro imitantes a septuagesima, quando lapsus protoplasti in ecclesia recitatur, »Alleluia« novem hebdomadibus intermittimus, scilicet in pascha, ubi Christus resurgens a mortuis tristitiam nostram in gaudium vertit et »Alleluia« reddit. Quod utique si non aliquando Latina ecclesia decantaret, reprehendi a vobis non deberet, cum tamen in sua lingua laudem Domini personaret. Nunc quae sit ista vestra superbia, miramur, quae latrat Latinos non pertinere ad Deum, si Hebraice aut Graece non persolvant et hymnum et debitum officium, cum etiam Latina lingua principaliter confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris. Ipsa quidem cum Hebraea et Graeca titulum crucifixi Domini complevit et, quae erat novissima, facta est prima: ferro et fide usque ad adventum maligni Antichristi et benigni Jesu Christi defendens sibi terrenam et coelestem potestatem. Hinc jam diu calumniis vestris reluctati breviter attingamus intentionem vestri epilogi.

LIX. *Constantinopolitanus.* Cur tantam deceptionem horum talium non aspicitis, nec intelligitis, neque corrigitis populos et vosmetipsos[e], sicut qui debent judicari ex his[f] a Deo? Non derelinquitis, quod dicitur, quoniam hoc Petrus et Benedictus et Paulus et caeteri docuerunt? Decipitis vos ipsos et populum in istis. Quae vero scripsi, ea sunt, quae Petrus et Paulus et caeteri apostoli et Christus docuit et sancta atque catholica ecclesia suscepit et custodit religiose; quae et vos correcti custodite.

LX. *Romanus.* Sicut sufficienter monstratur superius, converso ordine et versa vice procederent haec rectius, scilicet si vos seductos, seductores et mature judicandos a Domino diceremus, quia volentes esse doctores, nec intelligentes, quae loquimini neque de quibus affirmatis, sanctorum apostolorum et catholicorum puram doctrinam humana praesumptione fermentatis omnino decipientes vos et alios in istis. Quae autem nunc vobis scripsimus,

a) B. *intermittimus.* — b) B. *quam jussit.* — c) C. *de.* — d) C. *supplici.* — e) C. *om.* — f) C. *om.*

Christus docuit et apostoli ipsius; quae ab eis et a sanctis patribus sancta et catholica suscipiens ecclesia religiose observat hactenus; quae et vos correcti observate, si non vultis a Christo anathema esse. Porro Benedictus monachorum pater egregius in nullo a vobis est detrahendus, quia fide, doctrina et vita praecipuus nec ad dextram nec ad sinistram aliquando declinavit a recta via, nec terminos, quos patres posuerunt, est transgressus, nec leopardum curavit definire, sed regulam discretione plenam[a] coenobitis tradere. In qua et si constituit esum carnium infirmis et femoralia in itinere positis, absit tamen, ut arbitraretur haec duo pejora[b] esse fornicatione[c], quam quidam vestratium adeo sibi defendunt, ut publice profiteri nec erubescant nec metuant, tale esse fornicari, quale est quolibet pomo vesci[d] et refici! Unde et fornicantes Sarabaitas venerantur: femoralibus vero et carnibus in necessitate utentes coenobitas omnino detestantur. Sed quid[e] dicit propheta? »Vae his, qui dicunt bonum malum, et malum bonum (*Isai. V, 20)!*« Nunquid vas electionis beatus apostolus Paulus alicubi definit[f]: Neque carnibus aut femoralibus utentes regnum Dei possidebunt? Qui tamen plerisque locis vehementer inculcat dicens: »Nolite errare; neque fornicarii neque idolis servientes[g] neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores regnum Dei possidebunt *(I. Cor. VI, 10.)*« Item: »Fornicatores et adulteros judicabit Deus (*Hebr. XIII, 4.)*« Et: »Omne peccatum, quodcunque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat *(I.Cor. VI, 8.)*«

LXI. *Constantinopolitanus.* Azymas vero et custodias sabbatorum projicite miseris Judaeis. Similiter et suffocata barbaris gentibus, ut fiamus puri omnes in immaculata et in recta fide et unus grex unius pastoris Christi. Cujus in cruce divino sanguine inebriati laudamus puri pure Patrem et Filium et Spiritum sanctum: universa Mosaicae legis et ab eo custodita derelinquentes sine Deo Judaeis. Qui velut caeci perquirentes Christum lumen amiserunt permanentes in umbra sicut insipientes perpetuo.

LXII. *Romanus.* Superius monstravimus copiose, nec sabbata vel azyma nos Judaice observare, nec suffocata gentiliter manducare, sed apostolicam catholicamque fidem principaliter retinere, nec procaciter refugere, sed humiliter fugere ad unum unius summe[h] boni pastoris ovile, qui posuit animam suam pro ovibus suis: quas vocem suam, non alienorum, recognoscentes et sequentes carne sua instanter cibat et sanguine potat, ut corde, ore et opere collaudent sanctam et individuam Trinitatem. Unde super omnia dolemus veteres auras vestro de pulmone hactenus non potuisse revelli. De quibus in Actibus apostolorum dicitur: »Athenienses ad nihil aliud vacabant, nisi addiscere aut audire aliquid novi *(Act. XVII, 21.)*« Sed jam profanas vocum novitates devitando veterem pelliculam quantocius abjicite, ne, quod absit! dicatur vobis sponsi voce: »Si ignoras te, egredere et abi post vestigia gregum et pasce haedos tuos (*Cant. I, 7):*« illos scilicet, quos ipse pastor in fine a sorte humilium ovium separat; quia lascivi et petulci hic se vi superbiae exaltare non cessant.

LXIII. Deinde si universa Mosaicae legis relinquimus Judaeis, nulla honestas aut sanctitas remanebit nobis, ceu ex superioribus recolligere potestis. Relinquantur ergo eis sola carnalia mandata et sanctum saeculare, in quibus caeci quaerunt, quod[k] invenire nequeunt[l], dum umbram sectantes exsulant a luce. In qua umbra numeratur et sabbatum vestrum Apostolo dicente: »Nemo vos judicet in cibo aut potu aut in parte diei festi, aut neomeniae aut sabbatorum, quae sunt umbra

a) B. *praecipuam.* — b) B. *peccata.* — c) B. *fornicationem.* — d) B. *om.* — e) B. *quod.* — [f) B. *insit.* — g) C. *a „neque" usque ad servientes" om.* — h) C. *summi.* — i) C. *anias [animas?]* — k) C. *quid.* — l) C. *om*

futurorum (*Coloss. II, 16.)*« Porro sicut sine Deo sunt Judaei, sic et omnes haeretici. Verum ne quid sit minus, quod sequitur attendamus.

LXIV. *Constantinopolitanus.* Haec autem, homo Dei[a], multoties et ipse cum populo agnoscens docuisti eos[b] et correctus scripsisti multis talem consuetudinem habentibus. Et ut habeas salutem animae tuae, mitte principibus sacerdotum et sacerdotibus et adjura, ut per haec seipsos corrigant et Dei populum, ut Dei[c] mercedem et in istis habeas[d]. Et si hoc feceritis, propono et per secundam scriptionem majora et perfectiora his scribere tibi fidei vera ostensione et firmamento animarum, pro quibus Christus posuit animam suam.

LXV. *Romanus.* O viri cordati, perpendite hic et cavete haereticorum callidam subreptionem; qui per benedictiones et dulces sermones seducunt corda innocentum. Ecce hic[e] specialiter Tranensem episcopum Ioannem, cui talia scripsistis, alloquentes, oleo peccatoris caput ejus impinguare satagitis, dicentes: »Haec autem homo dei[f] multoties cum populo agnoscens docuisti eos, et correctus scripsisti multis similem consuetudinem habentibus.« Sed nos e contrario per Salomonem dicimus vobis: »Os, quod mentitur, occidit animam *(Sap. I, 11.)*« Neque enim praefatus episcopus correctus a vobis aliquando talia populum docuit aut cuiquam super his scripsit. Quod si fecisset, correctus a nobis fuisset, cur[g], corruptus, non autem correctus a vobis talia praesumpsisset? Sed ille qualiscunque sit in opere, sanus tamen hactenus exstitit in orthodoxa fide juxta capacitatem suae intelligentiae. Unde nullis vestris susurrationibus acquiescens adhuc persuaderi non potuit, ut alicui sacerdotum has vestras naenias pro correctione illorum et populi cum adjutoribus mitteret[7]. Et ipse non solum nullam mercedem in his haberet, sed insuper gradus sui periculum incurreret. Cui etiam, si vobis in vestris nugis obediat, aliud mercedis repromittis: scilicet vos secundo ei scriptum ire majora et perfectiora his vera fidei ostensione ac firmamento animarum, pro quibus Christus posuit animam suam. In quibus plane promissis antiquum ritum haereticorum retinetis, quorum sermo sicut cancer serpit, et pollicetur curiosis fastigium perfectae scientiae, ut pertrahat ad barathrum extremae stultitiae. Quorum vanitatem Sapientia Dei per Salomonem proprie demonstrans ait: »Mulier stulta et clamosa, plenaque illecebris et nihil omnino sciens sedet in foribus domus suae, in excelso urbis loco, ut vocet transeuntes per viam, et pergentes itinere suo. Quis est parvulus? declinet ad me. Et vecordi locuta est: Aquae furtivae dulciores sunt, et panis absconditus suavior. Et ignoravit, quod gigantes ibi sunt et in profundis inferni convivae ejus *(Prov. IX, 13—18).*« Hic plane hic vestri efficax depictor est, qui majora et perfectiora ad ostensionem fidei et firmamentum animarum pollicemini invitando parvulos et vecordes ad aquae furtivae dulcedinem et panis absconditi suavitatem. Vere omnino aqua

a) C. *hujusmodi.* — b) B. *esse.* — c) C. *om.* — d) C. *habeant.* — e) C. *his.* — f) C. *hujusmodi.* — g) B. *cum.*

7) Huic opinioni Humberti de orthodoxa fide episcopi Tranensis adversantur, quae Michaël Caerularius in epistolae primae ad Petrum Antiochenum cap. VIII. scribit: „Caeterum manifestius idem figmentum deprehensum est per archiepiscopum Tranensem ac syncellum, qui illinc ad nos veniens totam aperuit veritatem, quemadmodum narravi potenti sanctoque imperatori nostro.“ Ceterum in his verbis Michaëlis unum ex mendaciis, quae familiaria sunt illi, deprehendimus. Nam si Ioannes Tranensis, antequam citata epistola Michaëlis ad Petrum Antiochenum scripta est (circiter medium a. 1054. V. infra annotat. I. ad primam ep. Michaëlis ad Pet. Antioch.) jam tanta Graecorum familiaritate usus esset, quantam locus citatus prodit, is certe non usque ad Nicolai II. papae tempora in gradu suo mansisset; nam Nicolaus II. episcopatu eum privavit demum a. 1059. (V. supra annot. 2. ad Humberti translationem ep. Leon. Achr. ad Io. Tran.)

furtiva est, in qua rebaptizatis Latinos catholice baptizatos, quod nullus catholicus adhuc praesumpsit scilicet ut rebaptizaret aliquos in nomine sanctae Trinitatis ab ipsis etiam haereticis baptizatos. Vere omnino ad nescio quem panem absconditum invitatis, quando vivifica et terribilia sacramenta corporis et sanguinis Jesu Christi profanis pedibus conculcatis.

LXVI. Haeccine sunt illa majora et perfectiora, ut tanta oblatio imponatur altari, quanta nequeat a ministris vel a populo sumi, et idcirco debeat subterrari aut in puteum ad hoc praeparatum projici? Haeccine quoque sunt illa majora et perfectiora, ut novus maritus et recenti carnis voluptate resolutus et totus marcidus Christi ministret altaribus, et ab ejus immaculato corpore sanctificatas manus confestim ad muliebres transferat amplexus? Haeccine sunt illa perfectiora, ut mulieribus Christianis in partu vel in menstruo periclitantibus communio[a] deegetur? aut paganis baptismus interdicatur? et parvulis morituris ante octo dies regeneratio per aquam et Spiritum sanctum subtrahatur[b]? In quo utique crudeliores Herode, non tantum in corpore sed et in anima quotidie trucidatis parvulorum innumerabilem populum et destinatis ad ignem aeternum. Nunquid etiam inde est, quod hominis morituri imaginem affigitis crucifixae imagini Christi, ita ut quidam Antichristus in cruce Christi sedeat ostendens se adorandum tanquam sit Deus? Nunquid et illud inde est, quod pejus sit monachos femoralibus indui et carnibus vesci, quam fornicari? Ideone clauditis ecclesias Latinorum et dirigitis scripta per totum orbem[c], ut ad haec majora et perfectiora pertrahitis omnem Christianum populum? Non sunt haec talia ostensio verae fidei, sed adinventio diaboli. Nec sunt firmamentum, sed destructio animarum. Pro quibus omnibus et aliis, quos longum est scripto prosequi, erroribus, nisi resipueritis et digne satisfeceritis, irrevocabile anathema hic et in futuro eritis a Deo, et ab omnibus catholicis, pro quibus Christus animam suam posuit.

a) B. *om.* — b) *Hic locus ap.* C. *corruptus est.* — c) B. *mundum.*

VI.

NICETAE

PRESBYTERI ET MONACHI MONASTERII STUDII

LIBELLUS CONTRA LATINOS EDITUS [1] ET AB APOCRISIARIIS APOSTOLICAE SEDIS CONSTANTINOPOLI REPERTUS.

I. Niceta presbyter et monachus monasterii Studiorum[2], *qui praenominatur Pectoratus*[3], *Romanis de azymis et sabbatorum jejuniis et nuptiis sacerdotum.*

Bona est dilectio ad proximum, o omnium gentium sapientissimi et nobilissimi Romani. Ex habitudine enim dilectionis ad proximum et humilitas abundat ad eum, qui habet illam. Ipsa autem abundans efficit participem sui omnia diligere, omnia sustinere, ut ait divinus Apostolus et non inflari adversus proximum suum aliquando neque ea, quae ipsius solius sunt quaerere, aut zelum habere adversus eum et altercationem et aemulationem. Omnia enim haec dilectionem persequuntur et humilitatem, et faciunt hominem non secundum Deum ambulare, sed secundum hominnm libitum, Quod et Paulus arguit dicens: »Cum sit inter vos zelus et contentio et discordia, nonne carnales estis et secundum hominem ambulatis?« (*I. Cor. III, 3.*) Propter quod rogo vestram charitatem humiliari vos propter Dei praeceptum et audire a nobis indignis et minimis.

II. Requirentes enim saepissime[a] ab illis qui ex diversis provinciis Romanorum peregrinantur huc de azymis[4] quid dicemus de his in dilectione Christi haec[c] ad vos? Qui azymorum adhuc participiant, sub umbra legis sunt et Hebraeorum mensam comedunt, non autem rationalem et vivam Dei mensam et nobis, qui credidimus supersubstantialem, quemadmodum superius exigere superstantialem docti sumus panem. Quid enim est supersubstantialis, nisi quia nobis est consubstantialis? Aliter[d] autem nullus est nobis consubstantialis panis, sed corpus Christi, quod consimile nobis est secundum carnem humanitatis ipsius. Si autem animata est nostrae massae substantia, quae Verbum induit se, ergo non consubstantialem nobis panem comeditis, quia azymorum participamini. Azyma enim inanimata sunt, sicut ipsa rerum natura declarat atque liquidius edocet. Intermistum enim modicum fermentum in farina et commista sibi ipsa unam efficit seipsam propter fermentum vivifica quadam virtute et calefacit eam et tam mobilem quasi vivam operatur. Quod in azymo fermento Pharisaeorum qnod effugere nos sermo admonet, neque effectum est aliquando, neque fiet omnino. Divinae enim effecti sumus participes naturae,

a) C. *om.* — b) C. *hic.* — c) C. *om.* — d) C. *Alter.*

1) Verisimillimum est hoc scriptum demum post adventum legatorum Constantinopolim compositum esse; credas in eo Michaëlis Caerularii linguam audire, qui qua erat calliditate ipse agere nolebat, aut quominus consilia sua aperiret, ipse ab imperatore prohibebatur.

2) Coenobium Studiense celeberrimum Orientis erat praecipue, quod in eo doctrinae et litterae colebantur; nomen acceperat a consule *Studio*, qui a. 463 prope id Ioannis Baptistae aedem aedificaverat.

3) Graece Stethatus vocatur.

4) Quae hic de azymo proferuntur perficiendis iis inserviunt, quae Leo Achridanus in ep. ad Tranensem attulerat.

cujus et participamur quotidie, qui communitatem habemus cum Christo, sicut dicit et Petrus vertex: »Gratia vobis et pax multiplicetur in cognitione Dei et Jesu Domini nostri *(I. Petr. I, 2.)*« Et post pauca: »Ut per eam efficiamini divinae participes naturae *(II. Petr. I, 4)*,« non autem fermento azymi interfectorum Dei. Divinam autem naturam, quis, qui rationis et dominus, decet aliquando azymum et mortuum fermentum Judaeorum, quod in sacrificio vos Deo offertis, quod in figura verae et vivae carnis Domini comeditis? Quomodo unitatem[a] habebitis cum Christo, vivente Deo, mortuum, ut dictum est, et infermentatum fermentum comedentes legis umbrae, non Novi Testamenti? Si enim et hoc dixeritis, sed non sic se habet. Inquit enim dilectus Christi discipulus: »Si dixerimus, quia communitatem habemus cum eo et in tenebris ambulamus, mentimur et non facimus veritatem. Si autem in lumine ambulamus, sicut ipse est in lumine, communitatem habemus ad invicem et sanguis Jesu Christi purificat nos ab omni peccato *(I. Ioan. VI, 7.)*« Qui ergo azyma comedit, in tenebris legis ambulat. Et quomodo habebit societatem cum Christo, qui est in lumine Novi sui Testamenti et gratiae? Nam qui in lumine ambulant gratiae, panem comedunt, qui est corpus Christi et bibunt sanguinem immaculatem ejus et ita habent ad invicem, et cum Christo societatem purificati sicut dictum est, ab omni inquinamento. Azymum autem non est panis. Neque enim compositus, neque per se ipsum perfectus est, sed indigens semique perfectus, indigens plenitudine fermenti. Panis autem compositus per seipsum perfectus est et plenissimus, sicut ille, qui totum habet in seipso plenitudinis.

III. Animadvertite et attendite, quia in azymis nulla est vivens virtus, mortua enim sunt; in pane autem, hoc est, corpore Christi, tria sunt viventia et vitam praebentia eis, qui ea digne comedunt: Spiritus, aqua et sanguis, ceu et ipse, qui super pectus Christi in coena recubuit, Ioannes contestificatur in eo verbo: »Tres sunt, qui testimonium dant, Spiritus, aqua et sanguis et hi tres in uno sunt *(I. Ioan. V, 8)*,« videlicet in corpore Christi. Quod et secundum tempus Dominicae crucifixionis declaratum est, cum aqua et sanguis ex immaculata costa ipsius effluxit: lancea percussa carne ipsius sanctus Spiritus vivificusque in deificata carne ejus permansit. Quam comedentes in pane, qui immutatus est per Spiritum et effectus est[b] corpus Christi, vivimus in ipso, tanquam vivam et deificatam carnem edentes. Sic autem et sanguinem vivum et calidissimum ejus bibentes cum effluente aqua ex immaculata costa ejus mundamur ab omni delicto, ferventi replemur Spiritu. Calidum enim, ut videtis, velut ex latere Domini, calicem bibimus, quia ex viva carne et calida spiritu Christi calidissimus nobis sanguis et aqua emanavit. Quod in eis, qui azyma comedunt, nequit fieri.

IV. Si autem mortuum infermentatum[c] comeditis, o sapientissimi, ut sermo declaravit, cujus rei gratia gloriamini, dicentes: »Quia non sicut vos sale et fermento atque aqua farinam temperamus et sic facimus oblationem azymorum nostrorum, sed aqua sola et farina et igni azymum conficimus et in tribus his puram facimus nostram oblationem;« percontamur[d] igitur vos, haec tria, aquam et farinam et ignem, ad quid accipitis; et cujus[e] effigiem esse haec aestimatis? Carnis Domini? Sed non inquit dilectus Christo Ioannes »Tres sunt, qui testimonium perhibent *(I. Ioan. V, 8)*,« aqua et farina et ignis. Sed quid? »Spiritus et aqua et sanguis, et hi tres in uno sunt *(Ibid.)*,« videlicet in corpore Christi, ut dictum est, quod nos comedentes unimur incarnato propter nos et immolato Christo concorporati[f] ei[g] velut caro ejus sumus ex carne ipsius et os ex ossibus ejus, sicut scriptum

a) B. *communitatem.* — b) B. *om.* — c) C. *fermentum.* — d) B. *percunctamur.* — e) C. *cui.* — f) C. *incorporati.* — g) C. *et.*

est. Si autem ad increatam et incorpoream naturam sanctae Trinitatis assumitis, erratis cadentes in haeresim eorum, qui asserunt Deum passum, qui dicunt compassum Verbum fuisse[a] carni et eandem ipsam deitatem sustinuisse passionem. Non enim pariter Trinitas incarnata est, Pater et Filius et Spiritus sanctus, ut conspiciantur in ea haec tria, aqua, ut dicitur, et farina et ignis, et ut in figura ipsius faciatis azymum et sacrificium offeratis: sed unus ex Trinitate Filius et Verbum Dei incarnatum est ex castissimis sanctae Virginis carnibus homo effectus; et omnia ordinationis suae perficiens crucifixus est carne, non passa divinitate ipsius. Carne igitur crucifixus tradidit nobis edere per panem carnem suam, quam in spiritu sancto ita vivam dicimus: »Accipite[b], comedite, hoc est corpus meum, quod pro vobis fractum est, in remissionem peccatorum *(Matth. XXVI, 26—28.)*«

V. Quid ergo vobis, in Christo fratribus nostris, et legi, quae maledicta est in Christo? quoniam adhuc azymum infermentatum[c] ejus comeditis? Nova creatura sumus in Christo: vetera transierunt. Paulum audite dicentem: »Ecce facta sunt omnia nova (*II. Cor. V, 17.)*« Si autem haec comedere decernitis justum: cur non et circumcidimini? Christus circumcisus est. Cur non et purificamini? Paulus etiam et hoc fecit: et alia[d] omnia similiter servare veterum, sicut et ii, qui[e] ea, quae legis sunt, faciunt, per quos nomen Dei in gentibus blasphematur, sicut scriptum est: »Non bona est gloriatio vestra (*I. Cor. V*, *6)*, ut et ego ea[f], quae Pauli sunt loquar ad vos: »Nescitis,« inquit, »quia modicum fermentum totam massam corrumpit?« (*Ibid.*) Et panis tandem, non azymum efficitur. Sed quid hoc dicens[g] Apostolus scribit ad Corinthios? Nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrumpit[h]. Nunquid, ut vos aestimatis dicere[i], de celebratione quam vos in azymis celebratis? Nequaquam. Sed quoniam illi hoc quidem[k] despiciebant, quod aliquis novercam acceperat, et in antiquis consuetudinibus falsae scientiae suae gloriabantur; volens autem eos converti Paulus et ex vetere renovare[l] malitia, velut[m] per similitudinem hanc, fermenti dico et massae, ostendit eis[n], quoniam unum malum, tanquam modicum contemptum magnam in toto corpore ecclesiae faciet laesionem. Propter quod[o] inquit adjiciens: »Et non luctum habuistis, ut auferatur de medio vestri, qui hoc opus operatus est? *(I. Cor. V, 2.)* Potest enim, inquit, iniquitas ista ad omnes vestras urbes transire et tanquam modicum fermentum totam massam fermentat, sic omnes apprehendere[p] et fermentare[q], et unam massam majoris iniquitatis operari: »Expurgate,« inquit, »vetus fermentum« *(Ibid., 7)*, peccati. Tollite hunc ex[r] medio vestri[s], ut efficiamini Christo nova conspersio, sicut baptizati, id est azymi et puri[t], mortificati mundo et desideriis carnis. Etenim pascha nostrum hoc est, quoniam, ut eriperet nos ex iniquitate ac morte, immolatus est Christus. Qua de re sic ait[u]: »Epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiae et nequitiae, sed in azymis sinceritatis et veritatis (*Ibid. 8)*,« hoc est purae vitae et fidei, qua in Deum credimus et veraces oratores ejus efficimur. Sic et[v] Magnus Gregorius theologus hoc verbum accepit et ita est[w]. O sapientissimi ea, quae mentis apostolicae locutionis[x] sunt, intelligite et non quemadmodum hoc vos accipitis[y], de azymorum festivitate et participatione. Si enim de azymis et de celebratione eorum Corinthiis Paulus praecepisset et eos in azymis epulari jussisset, non promulgasset cum undecim et omnem reducens ecclesiam fidelium in ordinem in septuagesimo canone cum excommunicatione praecepisset omnibus hujusmodi causam a

a) C. *om.* — b) *add.* „*et*". — c) C. *fermentum.* — d) C. *add.* „*etiam*". — e) C. *hi ea quae.* — f) C. *om.* — g) C. *hic dictus.* — h) *verba a* „*Nescitis*" *usque ad* „*corrumpit*" *ap.* C. *desiderantur.* — i) C. *om.* — k) C. *om.* — l) C. *removere.* — m) C. *venit.* — n) B. *eos* — o) C. *propterea.* — p) C. *apprehendi.* — q) C. *fermentari.* — r) C. „*a*". — s) C. *om.* — t) C. *vel asymi vel puri.* — u) B. *inquit.* — v) C. *om.* — w) C. *om.* „*et ita est*". — x) C. *om.* — y) C. *accepistis.*

Judaeis nullatenus accipi: »Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino ex numero clericorum jejunaverit cum Hebraeis, aut epulatus fuerit cum eis, et acceperit festivitatum eorum munera, ut sunt azyma aut aliquid hujusmodi, deponatur: si autem laicus, sequestretur.«

VI. Si autem dicitis: Quia ab Hebraeis non accipimus, sed domi facere consuevimus; cur hoc? sive ab illis accipiatis, sive domi faciatis, azyma sunt. Et juxta hoc graviorem poenam habebitis, quoniam relinquitis agere, quae jussa sunt vobis a Christo et Apostolis ipsius, facientes velut illi qui sub servitute legis sunt, qualia Judaei faciunt, in umbra et tenebris legis sedentes nullatenus dicenti Paulo credentes: »Fratres, unusquisque in eo ordine in[a] quo vocatus est, in ipso permaneat *(I. Cor. VII, 20 et 24.)*« Non enim invenietis omnino in divina scriptura, quoniam azymum dictum sit a Christo aut apostolis ejus, cum administraretur ab illo Novi Testamenti mysterium. Paulus enim Corinthiis scribens dicit[b]: »Discernere vos oportet calicem benedictionis, quem benedicimus; nonne communicatio sanguinis Christi est? Panem, quem frangimus, nonne communicatio corporis Christi est? Quoniam unus panis, unum corpus, multi sumus. Etenim omnes ex uno pane participamur *(I. Cor. X, 16.)* Et iternm[c]: Ego enim accepi a Domino, quod et tradidi vobis: quoniam Dominus Jesus in qua nocte tradebatur, accepit panem;« accepit panem[d] et non azymum, »et benedicens fregit, et dixit: Accipite et comedite: hoc est corpus meum, quod pro vobis frangetur. Hoc facite in meam commemorationem *(I. Cor. XI, 23, 24.)*« Et non semel dixit panem, sed etiam saepe. Et non[e] hic solus dixit, sed et caeteri apostolorum, et Matthaeus quidem ait: »Coenantibus autem illis atque comedentibus accipiens Jesus panem *(Matth. XXVI, 26.)*« »Accipiens[f] panem«, et hic inquit, et benedicens fregit et dedit discipulis suis et dixit: Sumite et comedite, hoc est corpus meum *(Ibid.)*« Similiter autem et hoc Marcus inquit et reliqui: et nequaquam azymum ab eis commemoratur.

VII. Quoniam quidem oportebat pati Christum secundum diem legalis paschae, in qua et agnus ab Hebraeis immolabatur. Oportuit enim fieri pascha ab interfectoribus Dei in sexta feria, in qua tandem et quarta decima luna erat juxta primum mensem, in quo contingit evenire VMDXXXIV.[g] annos: cyclus enim solis erat 18 et 5 lunae[h], ut non adhuc traditus praevenisset proprium pascha discipulis tradere recumbens in coena secundum vesperum quinti diei, postquam coenavit, accepit panem et fregit, tradidit apostolis mysterium Novi Testamenti in nocte quintae feriae[i] in qua traditus est a Juda, sicut scriptum est. Sed quid dicit Lucas apostolus?« Accepit panem et benedicens fregit *(Luc. XXIV, 30.)*« Ecce et Lucas[k] accipere panem Christum dixit et non azymum. Non enim adhuc erat sextae feriae dies. Tertia decima erat luna in illa quinta feria et non erat azymum, neque adhuc ablatio fermentati.

VIII. Azyma enim in quintadecima luna promulgata erant in lege, ut in quartadecima die ad vesperam agnus immolaretur et in quartadecima die lunae primi mensis Pascha appellaret lex, quintam[l] decimam diem primum azymorum et sabbatum nominaret. Proh dolor insipientiam illiteratorum! Et[m] non erat azyma in quinta feria, cum esset luna tertiadecima et non quartadecima. Secundum quintamdecimam lunam fuerat institutum azyma fieri, sicut et agnus ad vesperam quartaedecimae diei jussum est immolari, secundum quam immolatus est Christus, Agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Si autem Christus immolatus est et crucifixus in decima quarta die lunae, feriae sextae, in sabbato autem erat festum azymorum, quando azyma comedit? etiam apostolis sic facere in Novo Testamento tradidit? Quomodo dicitis ab apostolis accepisse vos facere azyma jam post resurrectionem a mortuis? Non

a) C. *om.* —) B. *dixit.* — c) C. *om.* — d) C. *om.* „*accepit panem.*“ — e) C. *om.* „*Et non.*“ — f) C. *aspicis.* — g) B. *DXXXIV.* — h) C. *om.* — i) C. *quinta*, *om.* „*feriae.*“ — k) B. *om.* — l) B. *quartam.* — m) B. *om.*

videtis, quia manifeste ex rebus arguimini, quoniam non tunc erant[a] azyma, cum mysteria Novi Testamenti traderet apostolis Christus?

IX. Ostendam vobis hoc ex legislatione Moysi. Loquitur enim: »Hae sunt festivitates Domini et ipsae sanctae, quas vocabitis in temporibus suis. In primo mense[b], in qnartadecima die mensis inter medium vesperum erit Pascha Domino, et in quintadecima die hujus mensis festum azymorum Domino. Septem enim diebus azyma comedite (*Levit. XXIII, 4—6.*)« Ecce enim et[c] ex legislatione Moysi didicistis, quoniam non tunc azyma, quando post coenam secundum diem quintae feriae Christus tradidit per fractionem panis Novi Testamenti mysterium. Ante festum autem azymorum hoc fecit, cum esset tertiadecima dies mensis. Quintadecima enim die mensis, ut legislatio habet Moysi, erat festum azymorum. Et Christus in feria sexta crucifixus secundum quartamdecimam diem mensis, quando debebant Judaei immolare agnum. Sabbato autem secundum quintam decimam diem mensis, cum esset festum azymorum, in sepulcro jacuit sepultus. Azyma ergo nondum erant[d] ante festum azymorum in toto anno ipso: septem enim diebus comedebant azyma Judaei, ceu instituit Moyses: in quintadecima die primi mensis incipientes festum horum, ubi reperta sunt azyma, quando cum discipulis suis coenam comederet Christus? Si enim, sicut dicitis, a Domino apostoli acceperunt azyma et illi iterum tradiderunt vobis haec in figuram[e] corporis Christi in mysterium Novi Testamenti, dum nec oblatio panis fieret secundum constitutionem Moysi, neque erant tunc azyma, ubi reperta sunt? Quomodo autem[f] obliviscimur[g] legislationum Moysis[h]? Septem namque solis diebus facere tradidit vobis. Sed vos in toto anno conculcatis instituta Moysi[i]. Et Christus non venerat solvere legem, sed adimplere (*Matth. V, 17.*)

X. Vacue[k] enim veritati obsistitis, fratres. Si enim traditum vobis fuit ab apostolis comedere azyma, quomodo Agathon sanctissimus papa vester, praesessor[l] cum esset sextae synodi sub Constantino imperatore, et divinus Gregorius Agrigentinorum[m] episcopus non obstitere[n]; cum sanctae[o] hujus synodi divini patres, adversum azyma legem constituissent a nemine fidelium hoc fieri? Et, ut ostendam vobis horum legislationem contra azyma, adjicio rationi et canonem ipsorum sic habentem in undecimo capitulo: »Nemo in sacerdotali constitutus ordine, aut laïcus ea, quae apud Judaeos sunt azyma, comedat, aut cum eis cohabitet, aut in infirmitatibus invitet, aut medicinam ab eis accipiat, vel in balneis cum eis lavetur. Si quis hoc agere tentaverit[p], siquidem clericus fuerit, deponatur; si autem laïcus, sequestretur[5].« Qui azymum conficit et comedit, etsi non acceperit hoc a Judaeis, sed imitator fuerit in hoc, ut Judaeus intelligit et extra legem est, quemadmodum et si circumciderit quis seipsum, aut a Judaeis circumciditur, similis in[q] scientia est illis canonesque et instituta apostolorum sanctorumque patrum transgrediens irrita omnia facit, ut ratio nostra demonstravit. Sed de azymo sufficienter vobis, quod prohibitum sit ab omni scriptura divina, demonstravimus.

XI. Age nunc quia caetera[r] demonstravimus vobis et subito memoriae suggestum est vobis de jejunio sabbatorum[6], quoniam insultatis nobis: unde jejunare sabbata[s], ex qua sancta scriptura accepistis? Ab apostolis?

a) C. *om.* — b) C. *corrumpit hunc locum addens: in quintadecima die mensis hujus festum azymorum Domini.* — c) C. *om.* — d) C. *dum non essent.* — e) C. *figura.* — f) C. *om.* — g) B. *obliviscimini.* — h) B. *legislationis. Mosaicae.* — i) C. *Moysis.* — k) C. *valle.* — l) B. *praecessor,* — m) C. *Agragantinorum.* — n) C. *abstinuere.* — o) C. *sicut.* — p) C. *initiaverit.* — q) C. *simul et.* — r) B. *cuncta.* — s) B. *jejunatis sabbata?*

5) *Μηδεὶς τῶν ἐν ἱερατικῷ τάγματι ἢ λαϊκὸς τὰ παρὰ τῶν Ἰουδαίων ἄζυμα ἐσθιέτω, ἢ τοιούτοις προσοικειούσθω, καὶ ἰατρείας παρ' αὐτῶν λαμβανέτω, ἢ ἐν βαλανείῳ παντελῶς τούτοις συλλουέσθω, εἰ δέ τις τοῦτο πρᾶξαι ἐπιχειροίη, εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, καθαιρείσθω, εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω.* Mansi Coll. SS. Conc. X, 145.)

6) Hoc jam Photius Latinis in encyclica objicit (Vid. Prolegomenon cap. XVI). De qua controversia Leo Allatius in Dissertatione de Missa Praesanctificatorum II exponit.

Nequaquam. Apostolorum vertices in quinto quidem libro ordinationum, qui de martyribus inscribitur, juxta Clementem: »Quartam feriam et sextam praecepit[a] nobis jejunare Domnus[b]. Unam quidem praeter traditionem, alteram propter passionem. Ipsum autem sabbatum non tradidit[c] nobis jejunare, quoniam non oportet, praeter[d] illud solum, eo quod[e] Creator omnium sub terra fuit.« Unde juxta calcem ejusdem libri iterum sic loquitur: »Omne quidem sabbatum et omnem Dominicam[f] celebrandam esse dicimus. Gaudere enim oportet in his et non lugere.« Septimo quidem libro earum constitutionum juxta vicesimum quartum capitulum[g] celebramus hoc inquiunt: »Sabbatum namque et Dominicam celebramus[h], quia illud quidem divinae operationis est[i], haec[k] vero resurrectionis. Unum vero tantum sabbatum custodiendum est in toto anno sepulturae Domini, quo jejunare oportet. Quando enim Christus in sepulcro jacuit, discipuli potentiorem circa eum fletum habebant, quam gaudium ex memoria divinae operationis.« Verumtamen hoc[l] mystice per Clementem papam constituentes[m] non steterunt hic, sed scientes magnam damnationem esse jejunare sabbata excommunicatione valida ligant ex hoc ecclesiam. Dicit enim in sexagesimo quarto canone[7]: »Si quis clericus[n] inventus fuerit Dominicam die jejunans[o] aut sabbatum, praeter unum solum, deponatur; si autem laïcus, sequestretur.«

XII. Hoc autem exsequentes et qui in sexta synodo patres convenerunt, hinc[p] sic promulgant sanctae praesidente synodo Agathone papa Romae et Gregorio cum eis Agrigentinorum episcopo praesente: »Quoniam quidem dicimus[q] eos, qui in Romanorum urbe sunt, in sanctis[r] quadragesimae jejuniis eadem sabbata jejunare extra traditam sibi ecclesiasticam[s] consequentiam: placuit sanctae synodo observare Romanorum ecclesiam immobilem canonem dicentem: Si quis clericus fuerit inventus,« et caetera, quae deinde scribit. Haec igitur, sicut cernitis, apostolicis constitutionibus et canonicis fidelium ecclesiam ligat cum papa Romae Agathone. Vos unde aliter et ex quo jejunare sabbata accepistis? Quin etiam oblationem perfectae missae per omnem diem facere in sacris diebus jejuniorum sive sabbato sive Dominico die: unde assuevistis? a quo doctore accepistis? Ex apostolis? nullatenus. Apostoli enim ex hoc posuere canonem sic loquentem[8]: »Si quis episcopus aut presbyter, vel diaconus aut lector aut cantor sanctam non jejunaverit quadragesimam quartamque et sextam feriam, deponatur, nisi infirmitate corporis impediatur.« Ministrantes ergo atque complentes ministrationem sanctae missae secus tertiam horam diei, in qua et promulgatum est offerri sacrificium, quomodo jejunium usque ad horam diei nonam observatis? solventes haec[t] in tempore ministrationis missae? Nequaquam. Si autem hoc impossibile est, maledictione plectemini.

XIII. Qui in Gangreno fuere patres concilio cap. 19 talia effantur[9]: »Si quis continentium[u] sine corporali necessitate elatus fuerit et constituta jejunia in commune et observata ab ecclesia dissolverit praesumendo sibi

a) B. *praeceperunt.* — b) B. *om.* — c) B. *tradiderunt.* — d) C. *propter.* — e) C. *in quo.* — f) C. *Dominicum.* — g) C. *caput.* — h) B. *celebremus.* — i) C. *add. memoria.* — k) C. *hic.* — l) C. *haec.* — m) C. *constituentem.* — n) C. *om.* — o) C. *Dominicum diem jejunare.* — p) *convenienter huic.* — q) C. *discimus.* — r) *sanctae.* — s) B. *ecclesiae.* — t) B. *hoc.* — u) C. *continentium.*

7) Can. Apost. LXVI: *Εἴ τις κληρικὸς εὑρεθῇ τὴν κυριακὴν ἡμέραν νηστεύων ἢ τὸ σάββατον πλὴν τοῦ ἑνὸς μόνου, καθαιρείσθω, εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω.*

8) Can. Apost. LXIX: *Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος ἢ ἀναγνώστης ἢ ψάλτης τὴν ἁγίαν τεσσαρακοστὴν τοῦ πάσχα ἢ τετράδα ἢ παρασκευὴν οὐ νηστεύοι, καθαιρείσθω, ἐκτὸς εἰ μὴ δι' ἀσθένειαν σωματικὴν ἐμποδίζοιτο· εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη, ἀφοριζέσθω* Ad quae cf. annotationem ap. *Hefelium* in SS. Conciliorum historiae tom. 1. p. 795.

9) *Εἴ τις τῶν ἀσκουμένων χωρὶς σωματικῆς ἀνάγκης ὑπερηφανεύοιτο, καὶ τὰς παραδεδομένας νηστείας εἰς τὸ κοινὸν, καὶ φυλασσομένας ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας παραλύοι ἀποκυροῦντος ἐν αὐτῷ τελείου λογισμοῦ, ἀνάθεμα ἔστω.* Ad haec cf. *Hefele* l. c. p. 761.

perfectam[a] rationem, anathema sit.« Similiter patres, qui in Laodicensi fuere concilio, secundum quinquagesimum canonem sic effati sunt[10]: »Quia non oportet in quadragesima martyrum natalitia celebrare[b], sed sanctorum commemorationem facere in sabbatis et Dominicis diebus.« Et juxta quadragesimum octavum canonem item aiunt ipsi[11]: »Quod non decet in quadragesima panem offerre, nisi in sabbato et Dominico solo.«

XIV. Et qui in sexto universali concilio convenerunt patres similiter juxta quinquagesimum secundum canonem sanciunt cum sanctissimo Agathone papa dicente sic[12]: »In omnibus sanctis quadragesimae jejuniorum diebus, sine sabbato et Dominico die et sine sancto annuntiationis die, fiat missa ex antesanctificatis oblationibus.« Sic[c] ergo accipientes nos sabbato et Dominico die, secus tertiam diei horam, in qua et Spiritus sanctus descendit super discipulos, immolantes in ipsis sanctificamus munera, ex quibus sufficientia in tota hebdomada conservamus. In aliis autem diebus hebdomadis juxta tempus horae nonae diei concludentes omnem ministrationem in consummationem completorii agimus nos sacerdotes cum diaconibus ingressum thuribulum solum ferentes. Et post lectionem prophetarum constitutas orationes a magno Basilio facientes et munera transferentes[d] appositionis altario et orantes cum ipsis[e]. Insuper autem et traditam nobis a Domino orationem dicentes exaltamus praesanctificatum panem et damus praesanctificata[g], sancta sanctis et uniti communicamur[h] pane et calice mysteriorum Christi. Et ita agentes gratias Deo relinquimus eos atque dimittimus ex congregatione sumentes nos communem mensam per folia et legumina et calidam aquam, qui voluerint. Sunt autem et alii, qui sola communione et benedictione per totam perseverant hebdomadam. Vos autem referentes per unumquemque diem perfectam in quadragesima ministrationem, quae congrua est juxta tertiam horam diei offerri, positos transgredimini[i] canones ecclesiae. Et in hoc maledictioni patrum subjacetis, sicut dictum est.

XV. Quis ille est, qui tradidit vobis prohibere et abscindere nuptias sacerdotum[13]? Quis ex doctoribus ecclesiae hanc vobis tradidit pravitatem? Siquidem, nisi[k] nupserit, manus[l] impositionis accipiet. Et ita ad nuptias ruit, qui ordinatus est innuptus, legitime. Hoc et[m] secundum canones facitis hujusmodi nuptias prohibentes? Si autem ante habuerit uxorem ille, qui ordinatus[n] est sacerdos, perseveraveritque in castitate magnaque vita, nuptias ejus solvitis, transgredimini, ut[o] ex praecepto apostolicorum canonum ostendam vobis. In sexto enim libro Clementis ordinationum, quae ab eo conscriptae sunt, juxta septimum decimum capitulum[p] Apostoli haec dicunt[14]: »Episcopum et presbyterum et diaconum dicimus, qui unam habent uxorem, ordinari, quamvis vivant eorum conjuges, quamvis defunctae non licet eos post manuum[q]

a) B. *praefectam.* — b) B. *celebrari.* — c) B. *Si.* — d) „*et mun. transf.*“ *absunt a* B. — e) B. *ipsius.* — f) B. *dicimus.* — g) B. *per sanctificata.* — h) C. *communione.* — i) *a* „*tertiam*“ *usque ad* „*transgredimini*“ *om.* B. — k) B. *non.* — l) B. *manum.* — m) B. *est.* — n) C. *ordinandus.* — o) B. *et.* — p) C. *caput.* — q) C. *manus.*

10) Apud Mansi (Coll. Conc.) Can. LI: *Ὅτι οὐ δεῖ ἐν τεσσαρακοστῇ μαρτύρων γενέθλιον ἐπιτελεῖν, ἀλλὰ τῶν ἁγίων μαρτύρων μνείαν ποιεῖν ἐν τοῖς σαββάτοις καὶ κυριακαῖς.*

11) Apud Mansi *Can. XLIX:* *Ὅτι οὐ δεῖ τῇ τεσσαρακοστῇ ἄρτον προσφέρειν, εἰ μὴ ἐν σαββάτῳ καὶ κυριακῇ μόνον.*

12) *Ἐν πάσαις τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς τῶν νηστειῶν ἡμέραις, παρεκτὸς σαββάτου καὶ κυριακῆς, καὶ τῆς ἁγίας τοῦ εὐαγγελισμοῦ ἡμέρας, γινέσθω ἡ τῶν προηγιασμένων ἱερὰ λειτουργία.*

13) Objecit hoc jam Photius Latinis in Encyclica (V. Proleg. XVI.)

14) *Ὁ δυσὶ γάμοις συμπλακεὶς μετὰ τὸ βάπτισμα ἢ παλλακὴν κτησάμενος οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ.*

impositionem innuptos esse nec insuper ad nuptias ire, aut si nupserint, alteras amplecti, sed sufficere quas habent cum ad ordinationem venerunt.« In quinto sanctorum canonum ita fatur in 2 cap.[15]: »Episcopus aut presbyter aut diaconus uxorem suam non abjiciat obtentu religionis; si autem abjecerit, sequestretur. Perseverans autem deponatur.« In quadragesimo vero canone, inquiunt palam[16]: »Propriae episcopi res.« Et post pauca: Nec[a] occasione ecclesiasticarum rerum cadere episcopum ab eis, quae sunt episcopi, in mulierem et pueros et propinquos, nec[b] per occasionem eorum ea, quae ecclesiae sunt subtrahat.« Et deinde: »Siquidem sunt, qui prohibeant sacerdotes legitimis convivere[c] conjugibus.« Non ita vertices apostolorum exposuerunt ecclesiasticos canones. Si autem dixeris mulierem[d] ecclesiam non recipere, de muliere[e] Apostolos dixisse[f] nunc[g] infidelis apparebit sermo tuus et vacuus, cum sacris canonibns ipsorum, qui a nobis praedicti sunt, non abjicere episcopos et presbyteros occasione religionis, uxores sanxerint[h], et ut non[i] caderent res episcoporum ex potestatibus eorum propter filios et mulieres ipsorum.

XVI. Si autem aliquis dixerit de sancta et universali sexta[k] synodo, quod non[l] papam Romae sanctissimum Agathonem, ut saepissime diximus, praesessorem habuit, ipsa centum septuaginta patrum, sub Constantino imperatore, nepote Heraclii et patre Justiniani: quomodo non[m] obstitit divinus Agathon sanctae synodo sancienti adversus hos impios, quos usque nunc habetis? Si vero ab apostolis haberetis has traditiones, obsisteret forsitan et non suscepisset haec, quae apud nos ab ea promulgata sunt. Papa cum esset vester[n], quoniam adulteras cognoscebat traditiones ipsas et extraneas ab apostolorum doctrina: propterea pariter cum patribus sacrae sextae synodi, sicut de azymis et jejuniis sabbatorum et sacrae missae mysteriis, sic et de nuptiis sacerdotum promulgavit dicens in decimo tertio capite[17]. »Quia in Romanorum ecclesia in ordine canonis tradi cognovimus, praesentes diaconi aut presbyteri dignas fore manuum impositiones confiteri, ut non amplius a suis disjungantur conjugibus. Nos antiquum

a) C. *ne.* — b) C. *ne.* — c) C. *om.* — d) B *om.* — e) *non recipere*, *de muliere om.* C. — f) *a „non“ usque ad „dixisse“* C. *om.* — g) C. *tunc.* — h) C. *sanxerunt.* — i) C. *om.* — k) C. *om.* — l) C. *om.* — m) B. *om.* — n) B. *videtur.*

15) *Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα μὴ ἐκβαλλέτω προφάσει εὐλαβείας· ἐὰν δὲ ἐκβάλλῃ, ἀφοριζέσθω· ἐπιμένων δέ, καθαιρείσθω.*

16) Totus canon ita se habet: *„Ἔστω φανερὰ τὰ ἴδια τοῦ ἐπισκόπου πράγματα, εἴγε καὶ ἴδια ἔχει, καὶ φανερὰ τὰ κυριακά, ἵνα ἐξουσίαν ἔχῃ τῶν ἰδίων τελευτῶν ὁ ἐπίσκοπος, οἷς βούλεται καὶ ὡς βούλεται καταλεῖψαι, καὶ μὴ προφάσει τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων διαπίπτειν τὰ τοῦ ἐπισκόπου ἐσθ' ὅτε γυναῖκα καὶ παῖδας κεκτημένου ἢ συγγενεῖς ἢ οἰκέτας· δίκαιον γὰρ τοῦτο παρὰ θεῷ καὶ ἀνθρώποις τὸ μήτε τὴν ἐκκλησίαν ζημίαν τινὰ ὑπομένειν ἀγνοίᾳ τῶν τοῦ ἐπισκόπου πραγμάτων, μήτε τὸν ἐπίσκοπον ἢ τοὺς αὐτοῦ συγγενεῖς προφάσει τῆς ἐκκλησίας πημαίνεσθαι, ἢ καὶ εἰς πράγματα ἐμπίπτειν τοὺς αὐτῷ διαφέροντας, καὶ τὸν αὐτοῦ θάνατον δυσφημίαις περιβάλλεσθαι.*

17) *Ἐπειδὴ ἐν τῇ Ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ ἐν τάξει κανόνος παραδεδόσθαι διέγνωμεν τοὺς μέλλοντας διακόνου ἢ πρεσβυτέρου ἀξιοῦσθαι χειροτονίας καθομολογεῖν, ὡς οὐκέτι ταῖς αὐτῶν ξυνάπτονται γαμεταῖς· ἡμεῖς τῷ ἀρχαίῳ ἐξακολουθοῦντες κανόνι, τῆς ἀποστολικῆς ἀκριβείας καὶ τάξεως, τὰ τῶν ἱερῶν ἀνδρῶν κατὰ νόμους συνοικέσια καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν ἐῤῥῶσθαι βουλόμεθα μηδαμῶς αὐτῶν τὴν πρὸς γαμετὰς συνάφειαν διαλύοντες, ἢ ἀποστεροῦντες αὐτοὺς τῆς πρὸς ἀλλήλους κατὰ καιρὸν τὸν προσήκοντα ὁμιλίας. ὥστε εἴ τις ἄξιος εὑρεθείη πρὸς χειροτονίαν ὑποδιακόνου ἢ διακόνου ἢ πρεσβυτέρου, οὗτος μηδαμῶς κωλυέσθω ἐπὶ τοιοῦτον βαθμὸν ἐκβιβάζεσθαι γαμετῇ συνοικῶν νομίμῳ, μήτε μὴν ἐν τῷ τῆς χειροτονίας καιρῷ ἀπαιτείσθω ὁμολογεῖν, ὡς ἀποστήσεται τῆς νομίμου πρὸς τὴν οἰκείαν γαμετὴν ὁμιλίας .... εἴ τις οὖν τολμήσοι παρὰ τοὺς ἀποστολικοὺς κανόνας κινούμενος, τινὰ τῶν ἱερωμένων, πρεσβυτέρων φαμὲν ἢ διακόνων ἢ ὑποδιακόνων, ἀποστερεῖν τῆς πρὸς νόμιμον γυναῖκα συναφείας τε καὶ κοινωνίας, καθαιρείσθω. ὡσαύτως καὶ εἴ τις πρεσβύτερος ἢ διάκονος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα προφάσει εὐλαβείας ἐκβάλλει, ἀφοριζέσθω, ἐπιμένων δὲ καθαιρείσθω.*

exsequentes canonem apostolicae diligentiae et ordinationis sanctorum virorum copulationes secundum legem et a modo valere volumus, nullatenus a conjugum copulatione dissolventes aut privantes eos ab invicem secundum tempus congruum locutionis[a]. Quia vero si quis dignus inventus fuerit manus impositione subdiaconus et diaconus aut presbyter, hic nullatenus prohibeatur ad hujusmodi gradum ascendere, conjugi cohabitans[b] legitime; neque in tempore ordinationis exigatur confiteri ad legem propriae locutionis[c] propter propriam uxorem.« Et post pauca: »Si quis ergo praesumpserit extra apostolicos ordines motus quemdam sacrorum presbyterorum et diaconorum privare a copulatione legitimarum mulierum, a communione sequestretur. Similiter si quis presbyter aut diaconus collectaneam suam occasione religionis projecerit, separetur; perseverans autem deponatur.«

XVII. Unde igitur vobis et ex quibus hae horribiles infirmitates supervenerunt, o viri Romanorum sapientissimi et omnium aliarum gentium nobilissimi? Aestimo, quod quidam ex Judaeis in tempore apostolorum credentes vana lucra cupientes et pecuniarum amatores reperti volentes multos fidelium abstrahere ex evangelio, hoc est, ex fidei praedicatione, corruptis dum praedixissent eis, in hoc et Christianitas et Judaïsmus corrupta sunt. De quibus Ioannes fatus est: »Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis[d]. Si enim fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum (*I. Ioan. II, 19*),« de his, dicens, qui circa Simonem et Deman, Nicolaumque et Cleobium se subtraxerunt[e]. Reliqui autem verticum in septimo libro institutionum juxta sextum decimum caput liquidius dixerunt: »Scimus enim, inquiunt[f], quia hi qui circa Simonem et Cleobium et Judam conscripserunt libros in nomine Christi et discipulorum ejus, circumferunt ad seductionem vestram et eorum, qui diligunt Christum et nos servos ipsius.« Et in veteribus quidam conscripserunt libros apocryphos Moysi et Enoch et Adam, Isaiae et[g] David, et Eliae et trium patriarcharum, corruptiones facientes atque veritatis inimicos libros. Sed et Paulum Domini apostolum haec praescientem, ut aestimo, sic[h] ad vos ascendisse hujusmodi seductores dolum texentes vobis Philippensibus scribere: »Videte canes, videte malos operarios, videte abscissionem (*Philipp. III, 2.*)« Et Timotheo iterum: »In ultimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus errorum[i] et doctrinis daemonum, in hypocrisi loquentium mendacia et incedentium propria conscientia, impedientium nubere et abstinere a cibis, quos Deus creavit (*I. Tim. IV, 1—3.*)« Et ea, quae exinde. Propter quod et Tito praecepit: »Argue eos, inquit, duriter, ut sani sint in fide non attendentes Judaicis fabulis et praeceptis hominum subvertentium veritatem (*Tit. I, 14.*)«

XVIII. Quamobrem diligentissime inquisivimus de caetero circa haec, o fratres, ne aliquando ex his, quae dicta sunt et redarguta a nobis[k] mendacia, dico nunc[l] azyma, sabbatorum jejunia, nuptias sacerdotum et in jejuniis oblationes accipiatis; sed scientes nunc, quod pravus est eorum usus[m], ex omni a Deo inspirata scriptura; fugite quae hujusmodi sunt actitare, cum sitis ecclesia[n] Dei et totius orbis semper splendidus oculus, ut uniti nobis vestris confratribus: quos per jam dicta scidistis, cum sitis corpus Christi; revelata facie gloriam Domini in concentu et unitate cum orthodoxa fide conspeculemur et imaginem ejus transformemus in nobis viva[o] demonstratione et ipsius ad gloriam sempiternam, sicut a Domini spiritu, quoniam ipse est caput nostrae ecclesiae corporis; et in eo, sicut in uno corpore, omnes nos conjungimur.

XIX. Haec vobis Romanis. Si ergo pos-

a) C. *locationis.* — b) C. *cohabitaturus.* — c) C. *locationis.* — d) B. *om.* — e) C. *subtexendo.* — f) C. *inquit.* — g) B. *om.* — h) B. *om.* — i) C. *om.* — k) C. *vobis.* — l) B. *ne.* — m) C. *primum est eorum.* — n) B. *ecclesiae.* — o) B. *una,*

simus vos, cum sitis homines, ad credulitatem nobiscum reducere per ea, quae diximus, et docendo vos ex divina scriptura arguimus gratiae Deo[a], et vobis scientibus bene Spiritui sancto credere et prosequi rationem jam dictam ex divina scriptura consistentia: in quibus volo benevolos vos esse, ut super sedes intelligentiae requiescatis, et nos scientes obedire inenarrabili rationi[b] spiritus tacere[c] omnia, quae ad vos scripsimus. Salutamus vos in Christo Jesu Domino nostro, cui est gloria et potentia cum Patre et Spiritu sancto nunc et semper et in saecula saeculorum.

VII.

HUMBERTI

EPISCOPI SYLVAE CANDIDAE

RESPONSIO SIVE CONTRADICTIO [1] ADVERSUS NICETAE PECTORATI LIBELLUM.

I. Si diligenter sanctae Chalcedonensis synodi quartum[2] considerasses caput, quiete monastica et jejuniis atque orationibus in monasterio tuo contentus nequaquam eccle-

a) C. *gratia Dei* — b) B. *ratione* — c) C. *docere.*

1) De auctore hujus libelli etiam nunc diverse sentiunt viri docti, id quod ex Wiberti relatione ortum esse videtur, qui in vitae Leonis IX. lib. II, c. 9. tradit: „Dominus quoque Fredericus tunc cancellarius, post a Deo electus Romanae sedis apostolicus, invective respondit quibusdam objectionibus, quas ediderat Niceta monachus Constantinopolitanus, qui et Pectoratus, contra Latinam ecclesiam; quem libellum titulaverat: de azymo, de sabbato, et de nuptiis sacerdotum.“ Hunc nuntium manifesto errorem continentem *Höfler:* in hist. Paparum e Germanorum natione, *Giesebrecht* hist. Imperat. Germ., aliique recentiores secuti, *Fridericum* cancellarium auctorem libelli existimant. Errorem modo commemoratum jam alio loco (in initiis instaurationis ecclesiae saeculo XImo) coarguimus, jam vero paulo fusius demonstremus eum vere esse errorem. Ut jam supra ostendimus, Wibertus in narratione de rebus per legatos Constantinopoli gestis Commemorationem etc. Humberti sequitur; in qua quum nihil de scripto a Friderico adversus Nicetam edito commemoretur, relatio Wiberti, de qua disseritur, additamentum illius biographi existimandum est. Alii fontes, ut Annalista Saxo, Sigebertus Gemblacensis, Ekkehardi Chronicon, qui eodem fundamento nituntur, quo Wibertus, nihil de Friderici scripto adversus Nicetam memoriae tradiderunt.

Wiberti autem narrationem vanam et falsam esse ex responsione ipsa, de cujus auctore quaeritur, intelligimus. Loco quodam responsionis legimus: „Quod satis ostenditur in *superiori nostra narratione*, ubi commentis complicum tuorum, Michaëlis scilicet Constantinopolitani et Leonis Acridani voluimus obviare.“ Alio: „Caeterum quod panis sit et dicatur etiam azymus et quod non cum Theupaschitis in sacra oblatione erremus et quod non azymum veteris legis, sed sinceritatis et veritatis comedamus quodque vetera transierunt et facta sunt nova, satis ostenditur *in alia nostra Epistola.*“ Tum alibi: „Sed de his *alias copiose disseruimus.*“ Hos tres locos ad Dialogum Humberti esse referendos inde concludi potest, quod nullum aliud scriptum extat, quo hae res tractantur neque quidquam traditum est tale scriptum ab alio praeterquam ab Humberto esse compositum.

2) Canon hic citatus sic se habet: „*Οἱ ἀληθῶς καὶ εἰλικρινῶς τὸν μονήρη μετιόντες βίον τῆς προσηκούσης*

siasticis rebus communicasses, nec importunitatem intulisses. Quapropter sexcentorum triginta patrum concordi decreto a communione es suspensus, ne per te nomen Domini blasphemetur. Decet enim unamquamque professionem se sub mensura sui habitus et gradus cohibere, ne conturbet ecclesiae dignitatis[a] ordinem totum, dum non suo contentus officio praeripere quaerit alienum. Sed vae tibi, Sarabaita, qui nulla coenobitali es animatus[b] disciplina, voluntate atque voluptate ductus propria contra sanctam et Romanam et apostolicam ecclesiam et omnium sanctorum patrum concilia horribiliter latrasti, stultior asino frontem leonis et murum adamantinum infrangere tentasti! In quo utique conatu non es victor erroris, sed victus errore; nec presbyter, sed inveteratus dierum malorum et puer centum annorum maledictus; potius dicendus Epicurus, quam monachus. Nec credendus es degere in monasterio Studii, sed in amphitheatro aut lupanari, quo (sicut quidam patrum dixit) quicumque vult, intrat et solvit asinum[c]. Qui etiam vere praenominaris *Pectoratus*, quoniam cum serpente antiquo super pectus tuum graderis. »Ex abundantia enim cordis os loquitur *(Matth. XII, 34)*. Deinde detestabilior omni veneficio labia mortiferi poculi melle charitatis et bono odore humilitatis imbuens ex praedictis virtutibus delectabile exhibuisti prooemium, ut praegustata dulcedo faceret incunctanter absorberi fel draconum et reliquum veneficium. Sed vae ei, qui potat amicum suum potione turbulenta! Quam ideo necessariam[d] duximus subtiliori linteo colatum ire[e], ut modus concinnationis ejus et potentia aliquatenus possit deprehendi et deinceps caveri, quia ingreditur blande, sed in novissimo mordebit ut coluber et sicut regulus venena diffundet.

II. Ecce in ipso latratus[f] tui vestibulo tria proposuisti: de azymo scilicet, de sabbato et[g] de sacerdotum nuptiis. Ex quibus tot et tanta evomuisti, ut in pervertendo divinas sententias non inferior videaris perversis et rabiosis canibus Juliano et Porphyrio. Denique divini eloquii scalam ad coelos subrectam[h], quantum in te fuit, retorsisti ad inferos, ne cum angelis scanderes ad catholicos, sed cum apostatis descenderes ad haereticos. Inde est, quod sanctae Romanae et apostolicae sedis sacrificio detrahens falsissime definivisti nos mensam Judaeorum comedere. Quod satis ostenditur in superiori nostra narratione, ubi commentis complicum tuorum, Michaëlis scilicet Constantinopolitani et Leonis Acridani voluimus obviare. Nec est necesse eadem nos toties repetere. Quia stuppae collectae et paleae conjectae[i] zizaniisque collectis[k] una potest flamma sufficere. Unde ea tantum decrevimus leviter succendere, quae solus videris plus illis congessisse.

III. Itaque quod dixisti consubstantialem et supersubstantialem idem esse, omnino est futile. Quia Dominus Jesus, quamvis nobis humanitate sit consubstantialis, divinitate

a) C. *ecclesiastici dogmatis.* — b) C. „*examinatus*“ *pro* „*es animatus*“ — c) *verba ab* „*quo*“ [C. *quod*] *usque ad* „*asinum*“ *post verbum* „*graderis*“ *interponit* C. — d) B. *necessarium.* — e) B. *iri.* — f) C. *livoratus.* — g) B. *om.* — h) B. *subjectam.* — i) B. *congestae.* — k) B. *colligatis.*

ἀξιούσθωσαν τιμῆς· ἐπειδὴ δέ τινες τῷ μοναχικῷ κεχρημένοι προσχήματι τάς τε ἐκκλησίας καὶ τὰ πολιτικὰ διαταράττουσι πράγματα περιιόντες ἀδιαφόρως ἐν ταῖς πόλεσιν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ μοναστήρια ἑαυτοῖς συνιστᾶν ἐπιτηδεύοντες, ἔδοξε μηδένα μηδαμοῦ οἰκοδομεῖν μηδὲ συνιστᾶν μοναστήριον ἢ οἶκον παρὰ γνώμην τοῦ τῆς πόλεως ἐπισκόπου· τοὺς δὲ καθ᾽ ἑκάστην πόλιν καὶ χώραν μονάζοντας ὑποτετάχθαι τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ τὴν ἡσυχίαν ἀσπάζεσθαι καὶ προσέχειν μόνῃ τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ προσευχῇ, ἐν οἷς τόποις ἐπετάξαντο προσκαρτεροῦντας, μήτε δὲ ἐκκλησιαστικοῖς μήτε βιωτικοῖς παρενοχλεῖν πράγμασιν ἢ ἐπικοινωνεῖν, καταλιμπάνοντας τὰ ἴδια μοναστήρια, εἰ μή ποτε ἄρα ἐπιτραπεῖεν διὰ χρείαν ἀναγκαίαν ὑπὸ τοῦ τῆς πόλεως ἐπισκόπου· μηδένα δὲ προσδέχεσθαι ἐν τοῖς μοναστηρίοις δοῦλον ἐπὶ τῷ μονάσαι παρὰ γνώμην τοῦ ἰδίου δεσπότου. τὸν δὲ παραβαίνοντα τοῦτον ἡμῶν τὸν ὅρον, ὡρίσαμεν ἀκοινώνητον εἶναι, ἵνα μὴ τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ βλασφημῆται. τὸν μέντοι ἐπίσκοπον τῆς πόλεως χρὴ τὴν δέουσαν πρόνοιαν ποιεῖσθαι τῶν μοναστηρίων.

tamen, qua est Patri consubstantialis, est nobis supersubstantialis, sic et humanae mensae panes, licet sint consubstantiales sibi, mensae tamen divinae panis supersubstantialis est eis. Et, o mentile Deo, et aperte impugnator sancti evangelii! ubi et quando dixit Veritas, veracis Patris Filius: »Cavete ab azymo fermento Pharisaeorum?« (*Marc. VIII, 15.*) Nunquid *azymum* quolibet modo potest dici *fermentum*, quando azymum dicatur, eo quod absque fermento sit? et ubicunque fermentum fuerit, necesse est, ut aut fermentum efficiat, aut fermentum permaneat? Cum ergo fermentatum non sit sine fermento, nec fermentum aliquando possit esse sine ipso, quomodo saltem somniare ausus es azymum fermentatum[a]? Sed quamvis talia dicendo telas araneae texueris, muscas et culices seu vermiculos aberrantes his irretire poteris; non autem columbas simplices et oves recognoscentes vocem sui auctoris.

IV. Deinde, o subverse subversor, subvertere conatus sententiam apostoli Ioannis dicentis: »Si dixerimus, quia societatem habemus cum eo, et in tenebris ambulamus, mentimur et non facimus veritatem *(I. Ioan. I. 6)*,« et quod est[b] nequius, usus es hoc ejus optimo[c] testimonio, tamquam[d] adulter oculo et latro ferro, quae utique bona sunt. Illi enim laedere tentant aliquos, tu perdere cunctos. Unde et sic concludis: *Qui ergo azyma comedit, in tenebris legis ambulat.* Sed idem Ioannes intentionem tuam enervans[e], luce clarius demonstrat qui[f] dixerit subjungens: »Qui odit suum fratrem, in tenebris est et in tenebris ambulat (*I. Ioan. II, 9.*)« Hic plane liquet, quod non ab apostolo sancto, sed ab apostata angelo accepisti, ut diceres: *Qui ergo azyma comedit, in tenebris legis ambulat*, quia tota epistola illa nec fermentatum nec azymum commemorat, sed solam[g] charitatem commendat[h].

V. Post haec non minori sacrilegio abusus alio testimonio ejusdem apostoli dicentis: »Tres sunt, qui testimonium perhibent[i] in terra, Spiritus, aqua et sanguis, et hi tres unum sunt *(I. Ioan, V, 7)*;« perverse conaris ad panem mensae Christi transferre, quod ille de baptismo ejus voluit intimare. In baptismo siquidem haec tria sunt, et unum baptisma efficiunt. Et spiritus quidem sanctificat, aqua abluit, sanguis redimit. Si quodlibet horum defuerit, baptismus non erit, sicut venerabilis pater Augustinus ait: »Tolle aquam, non est baptismus, tolle verbum, non est baptismus. Sed accedit verbum ad elementum et fit sacramentum.« Tu autem, nequam Pectorate, nequiter interpretando et depravando sententiam recumbentis super pectus Jesu dixisti: *et hi tres in uno sunt,* scilicet in[k] corpore Christi, quod dilectus ejus nec sensit, nec scripsit, sed, »hi tres unum sunt (*Ioan. VII, 8)*,« secundum superiorem de baptismo sensum.

VI. Parva sunt haec et pene nulla ad comparationem sequentis blasphemiae, qua asserere laboras, quod tempore Dominicae passionis[l] et crucifixionis, quando sanguis et aqua[m] de latere ejus exivit, sanctus et vivificus spiritus in deificata ejus carne remansit. Quod si constiterit, mortuus non fuit. Si mortuus non fuit, neque resurrexit. Si non resurrexit, inanis est fides et praedicatio nostra, quia nec nos resurgemus. Et sicut Apostolus ait: »Si ad bestias pugnavi Ephesi, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt?« *(I. Cor. XV, 32.)* Ut quid enim quotidie tanta patimur? Comedamus et bibamus: imo bestialitrr vivamus, cras enim ut bestiae moriemur. Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores omnibus sumus hominibus; sed absit hoc ab omni genere humano[n]! Nam idem praeclarus evangelista, qui hoc ipsum praesens vidit, attestatur carnem Christi vere

a) B. *fermentum.* — b) C. *caeteris.* — c) C. *om.* — d) C. *quam.* — e) C. *enarrans.* — f) B. *quid.* — g) C. *solum.* — h) C. *om.* — i) B. *dant.* — k) B. *om.* — l) B. *om.* — m) B. *invertit.* — n) B. *invertit.*

exanimatam in cruce fuisse dicens: »Et inclinato capite tradidit spiritum,« vel sicut Matthaeus narrat[a] »emisit spiritum« *(Ioan. XIX, 30.)*« Porro Marcus et Lucas dicunt eum exspirasse *(Marc. XV, 39; Luc. XXIII, 46).* Unde et in symbolo confitemur *mortuum et sepultum.* Alioqui[b] sepeliri non debuit, qui mortuus non fuit. Obmutesce, canis: linguam, canis improbe, morde; Christus enim vere mortuus est propter delicta nostra et propter justificationem nostram *(Rom. IV, 25)* resurrexit a mortuis primitiae dormientium (*I. Cor. XV, 20*).

VII. Ecce pestifera doctrina, ecce diabolica suggestio[c], cujus tu signifer effectus conaris opiniones et adinventiones tuorum contra traditionem apostolicam et contra manifestam veritatem defendere dicendo: Aquam calidam et sanguinem de vivo et calido Christi corpore exisse et ideo Graecos aquam ferventem sanguine ejus jure miscere. Quod totum longe aliter est. Nam veraces evangelistae concorditer narrant Dominum nostrum hora nona in cruce mortuum et sero a Josepho postulatum depositum de ligno et sepultum. Ipso enim emittente spiritum, velum templi et petrae scissae sunt, terra mota, monumenta aperta[d], et multa corpora sanctorum resurrexerunt. In tanta itaque perturbatione et quasi naufragio totius creaturae non solum latus Domini non fuit apertum lancea, sed etiam hi, qui prius ei insultaverunt et ad spectaculum illud convenerant, viso terrae motu et his, quae fiebant, pectora sua[e] percutientes revertebantur. Adeo ut ipse centurio, cui traditus fuerat ad puniendum, diceret: »Vere Dei filius erat iste (*Matth. XXVII, 54).*« At ubi tumultus mundi conquievit[f] et securitas aliqua rediit, cum jam sero esset, Pharisaei rogaverunt Pilatum, ut propter solemnem diem sabbati frangerentur crucifixorum crura et deponerentur. Tunc quoque Joseph rogavit Pilatum, ut tolleret corpus Jesu. Pilatus vero mirabatur, si jam obiisset. Et accersito centurione ubi cognovit Jesum jam mortuum, donavit corpus Joseph. Porro milites ad praeceptum Pilati fregerunt crura prioris et alterius latronis. Ad Jesum autem cum venissent, ut viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura, sed unus militum lancea latus ejus aperuit et continuo exivit sanguis et aqua, quibus formaretur ecclesia, quemadmodum ex costa Adae dormientis formata est Eva. Ecce si hora nona[g] obiit et sero, jam de cruce deponendus, lancea percussus fuit; sanguis[h] ille, naturaliter calidus non fuit, toto corpore jam praemortuo et frigido. Quod si aliquo modo caluit: evangelium quare tantum miraculum et sacramentum tacuit? Unde vos novi symmystae volumus dicatis, an sanguis tantum, aut aqua tantum an simul utrumque caluerit? Si sanguis tantum, quare aquam calefacitis; si aqua tantum, quare ex ea calefacitis sanguinem Christi? Si utrumque simul, quare utrumque simul non calefit? Sed cujus visu vel tactu potuit discerni quodlibet horum duorum ex uno vulnere simul erumpentium, calidum aut frigidum fuisse? Praeterea si aqua illa caluit, quare et aqua baptismatis non calefit, cum praecipue ipsa baptismum praefiguraverit[i], sicut sanguis redemptionem? Volumus autem scire, qua intentione costam Christi immaculatam dixeris? Si pro sanctitate et innocentia: optime; si autem pro eo, quod impenetrabilis ferro fuit: pessime; quia de vero vulnere verum, non phantasticum sanguinem pro nobis fudit. Et non de costa, sicut tu scribis, sed de latere, quia os sanguinem non solet emittere, nec os comminutum fuit ex Dominico corpore.

VIII. Caeterum quod panis sit et dicatur etiam azymus et quod non cum Theupaschitis in sacra oblatione erremus et quod non azymum veteris legis, sed sinceritatis et veritatis comedamus, quodque vetera transierint[k],

a) ab „*tradidit*“ *usque ad* „*narrat*“ C. *om.* — b) B. *alioquin.* — c) B. *invertit.* — d) „*terra mota*, *monumenta aperta*“ B. *om.* — e) C. *pectus suum.* — f) C. *conquieverat.* — g) B. *nou.* — h) C *add. fuit* — i) C. *praefiguravit.* — k) C. *transtulerunt.*

et facta sint[a] nova, satis ostenditur[b] in alia nostra epistola.

IX. Tu vero maledicte et maledictus sermo oris tui sanctam legem sicut Severianus maledictam dixisti. Nec mirum, cum etiam panem tuum laudare supra modum cupiens nimium vituperasti illum dicens: »Modicum fermentum totam massam corrumpit et panis tandem, non azymum efficitur.« Deo gratia, quia azymum non efficitur de massa fermento corrupta, sicut tuus panis. Nam corruptio nunquam et nusquam[c] in bonum accipitur: quia ubicunque corruptio, ibi etiam substantiae deterioratio. Quin etiam cum exponeres sententiam beati Pauli, quam post tot orthodoxos patres nobis[d] nolumus ab haereticis exponi, quamvis nolens azymum laudasti dicens: Sicut estis baptizati, id est, azymi et puri. Si ergo secundum tuam confessionem baptizati sunt azymi, quid sunt non baptizati, nisi fermentati, id est, corrupti?

X. Dic tamen, ubi et quomodo[e] Paulus cum undecim apostolis canones illos cum excommunicatione exposuit[3], quorum tu nobis septuagesimum caput objicis? omnino nesciens, quid loquaris: »Si quis, inquit, episcopus aut presbyter aut diaconus, aut omnino ex numero clericorum jejunaverit cum Hebraeis aut epulatus fuerit cum eis et acceperit festivitatum eorum munera, ut sunt azyma aut aliquid[f] hujusmodi, deponatur; laïcus autem sequestretur.« Etiam si hoc capitulum ex libris authenticis prolatum esset, nullo modo nos tangeret, quia nec cum Hebraeis jejunamus nec cum eis epulamur aut festivitatum eorum munera aliqua accipimus. Quod autem tu vesane subjungis: Sive ab illis accipiatis, sive domi faciatis, azyma sunt: id et[g] jaculum tibi retorquemus dicentes: Sive cum Hebraeis sabbato epulemini sive domi epulatio est. Sane hoc dignius contra vos dirigeretur[h], quia vos nihil aliud in sabbato quam solemnitatem Judaeorum, nos autem in azymo longe aliud sacramentum retinemus et amplectimur. Si enim interrogemus Judaeos, quid celebrent in sabbato, respondebunt: »Requiem Domini.« Si Graecos, idem et non aliud dicent. Ergo sub servitute legis sunt. In cujus umbra et tenebris considunt[i].

XI. Deinde post inanes latratus super vocabulo panis reduxisti nobis annos ab initio mundi usque ad passionem Christi, quando secundum te cyclus solaris erat XVIII et lunae[k] V: ut hoc saltem figmento posses[l] evadere cum fermentato[m] tuo, quasi juxta hanc supputationem tuam occurrat in ipsa Coena Domini luna XIII, in qua nondum fermentum abjecerat plebs Hebraea. Sed nos chronographis et calculatoribus talia relinquentes maxime cum apud Graecos et Latinos atque Hebraeos diversae de temporibus habeantur rationes: hoc tantum dicimus, quia Christus nec unum iota aut apicem veteris legis resolvit. Unde et XIV luna ad vesperum quinta sabbati pascha celebravit et mox eadem nocte comprehensus crucifixus est quintadecima luna, id est sexta sabbati, quae specialiter dicebatur prima dies azymorum. Quamvis et in tota praecedente die, id est quarta decima luna, fermentatum non appareret in omnibus finibus Israël. Nam et agnus cum azymis comedebatur. Quod si juxta tuam assertionem Christus pascha fecit tertiadecima luna[n] cum fermentato, dupliciter reus fuit; juste puniendus secundum legem, quia pascha fecit in tempore non suo et quia cum fermentato. Quapropter mors ejus nil omnino[o] nobis conferret[p], quia[q] non pro nostris, sed pro suis peccatis

a) C. *sunt.* — b) B. *explicatur.* — c) C. *inv.* — d) B. *om.* — e) B. *quando.* — f) C. *aliud.* — g) C. *om.* — h) B. *erigeretur.* — i) C. *consederunt.* — k) B. *luna.* — l) C. *possis.* — m) C. *fermento.* — n) B. *add.* „*et.*“ — o) C. *nihil*, *om.* „*omnino*“. — p) C. *conferet.* — q) C. *qui.*

3) Can, Apost. LXX: *Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τῶν κληρικῶν νηστεύοι, μετὰ τῶν Ἰουδαίων ἢ συνεορτάζοι μετ' αὐτῶν ἢ δέχοιτο παρ' αὐτῶν τὰ τῆς ἑορτῆς ξένια, οἷον ἄζυμα ἢ τι τοιοῦτον καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκός, ἀφοριζέσθω.* De Canonibus Apostolicis vide *Hefelii* histor. SS. Concil. tom. I. append.

interiit, scilicet quia fuit[a] transgressor sanctae[b] legis. Sed de his alias copiose disseruimus.

XII. Deinde[c] si exceptis septem diebus Judaei toto anno fermentatum, ut asseris, comedunt, quis convenientius debet argui, ille, qui minimo tempore eos imitatur in azymis, an ille qui toto anno in fermentatis? Absit tamen, ut eorum carnalem ritum in aliquo imitemur!

XIII. Verum quoniam labyrintheo errore duceris, ut nunc qua exibas, intres, nunc qua intrabas exeas, iterum eamdem viam teris dicens: »Si traditum vobis fuit ab apostolis comedere azyma, quomodo Agatho papa vester, praesessor sanctae sextae synodi, cum Gregorio Agrigentinorum episcopo et aliis patribus, contra azyma ne fierent legem statuit?« Audi, stulte, vane: non tantum ab apostolis, quantum ab ipso Domino nostro Jesu Christo traditum est nobis, azyma non de Phase Judaico comedere, sed de pascha Christiano percipere.

XIV. Nec rei tenemur illo, quod objecisti cap. XI sextae synodi[d] dicens: »Nemo in sacerdotali constitutus ordine aut laïcus ea, quae apud Judaeos sunt azyma comedat, aut cum eis habitet, aut in infirmitatibus eos invitet, aut medicinam ab eis accipiat, vel in halucis cum eis lavetur. Si quis haec egerit, siquidem clericus fuerit, deponatur: si autem laïcus, sequestretur.« Quis nostrum, rogo, azyma, quae apud Judaeos sunt, comedit? Quamvis enim etiam[e] reliqua capituli hujus observemus, illud tamen super omnia de azymis observamus.

XV. Sed quid dices? Nonne magnus Basilius a Joseph Judaeo medicinam multoties accepit? tu autem sicut diabolus psalmum, ita exponendo capitulum subjunxisti: »Qui ergo azymum conficit et comedit, quamvis hoc non acceperit a Judaeis, imitator tamen Judaeorum est, sicut et is[f], qui circumciditur. Perdes, Domine, omnes, qui loquuntur mendacium! (*Psal. V, 3.*) Nunquid omnibus omnino Christianis interdicitur, ne aliquando alicubi azyma comedant, sicut interdicitur, ne se aliquando circumcidant? Quare hoc? quia in his imitantur[g] Judaeos? Concedimus quidem[h] circumcisionem solum[i] fuisse Judaeorum: verumtamen azyma esse[k] omnium gentium, quae maniose[l] non solum a divina, sed ab humana mensa omnino repellis. Sed quid facies, o fermentate? Judaei, ceu superius asseruisti, exceptis septem diebus toto anno fermentatum comedebant et aliquando offerebant. Nunquid et hoc tolles hominibus?

XVI. Hinc videamus, si non estis Sabbatiani, quos commemorant patres sanctae quintae synodi. Reprehendens enim nos, cur jejunemus sabbatis, dicis: »Quarta et sexta feria[m] jugiter jejunandum: una propter traditionem, altera propter passionem Domini, sabbato autem nunquam nisi uno.« Et hoc asserere conaris ex apocryphis libris et canonibus pari sententia sanctorum patrum repudiatis. Nam Clementis librum[n], id est, itinerarium Petri apostoli et canones apostolorum numeravere[o] inter apocrypha, exceptis capitulis quinquaginta, quae decreverunt regulis orthodoxis[p] adjungenda. Unde nos quoque omne apocryphon[q] abjicientes dedignamur audire eorum fabulosas traditiones, quia non sunt ut lex Domini. Quapropter his omissis in altera epistola vide, quid senserint de sabbato beati et antiqui pontifices Romani, Silvester et Innocentius, quorum sententiae sententia Agathonis quamvis sanctissimi nullatenus praefertur. Sed absit, ut aliquando contraria eis beatus[r] Agatho sensisset! Et tamen in hoc, sicut et in aliis falleris, quod eum praesessorem illius synodi fuisse dicis, cum tantum legati ejus eidem synodo praesederint[4]. Cujus gesta hic summatim placuit inseri.

XVII. Tempore Constantini, filii Con-

a) B. „*sicut*“ *pro* „*scilicet quia fuit*“. — b) B. *om.* — c) B. *tandem.* — d) B. *ex sexta synodo.* — e) C. *om.* — f) B. *om.* — g) B. *imitatur.* — h) C. *tamen.* — i) B. *tantum.* — k) C. *om.* — l) C. *malitiose.* — m) B. *feriis.* — n) C. *liber.* — o) C. *numerantur.* — p) B. *orthodoxiae.* — q) B. *omnem apogryphum.* — r) C. *om.*

4) De praesidio hujus synodi vide *Hefelium* l. c. tom. II. §. 188

stantini imperatoris, anno imperii ejus septimo decimo, Agatho papa ex rogatu Constantini, Heraclii et Tiberii principum piissimorum, misit in regiam urbem legatos suos. In quibus erat Ioannes, Romanae ecclesiae nunc diaconus, longe post episcopus, pro adunatione facienda sanctarum Dei ecclesiarum. Qui benignissime suscepti a reverendissimo fidei catholicae defensore Constantino jussi sunt remissis disputationibus philosophicis pacifico colloquio de fide vera perquirere datis eis de bibliotheca Constantinopolitana cunctis antiquorum patrum[a], quos petebant, libellis. Adfuerunt autem et episcopi CL, praesidente Gregorio regiae urbis praesule et Antiochiae Machario[b]. Et convicti sunt, qui unam voluntatem et operationem astruebant in Christo falsasse patrum catholicorum dicta per plurima. Finito autem conflictu ea hora tantae aranearum telae in medium populi occiderunt, ut omnes mirarentur. Ac per hoc significatum est, quod sordes haereticae pravitatis depulsae essent. Et Gregorius quidem correctus est, Macharius autem cum suis sequacibus simul et praedecessoribus, Cyro, Sergio, Honorio, Pyrrho, Paulo et Petro anathematizatus[c] et in loco ejus Theophanius abbas de Cilicia[d] episcopus factus. Tantaque gratia legatos catholicae pacis comitata est, ut Ioannes Portuensis episcopus, qui erat unus ex ipsis, Dominica octavis paschae missas publicas in ecclesia Sanctae Sophiae coram principe et episcopo ipsius urbis Latine celebraret. Eo tempore Damianus Ticinensis ecclesiae episcopus sub nomine Mansueti episcopi ecclesiae Sancti Michaëlis, satis utilem rectaeque fidei epistolam composuit, quae in praefata[e] synodo non mediocre suffragium tulit.

XVIII. Recta autem et vera fides haec est: Ut in Domino nostro Jesu Christo sicut duae sunt naturae, hoc est, Dei et hominis, sic etiam duae credantur esse voluntates sive operationes. Vis audire, quod deitatis est? »Ego, inquit, et Pater unum sumus (*Ioan. X, 30.*)« Vis audire, quod humanitatis? »Pater major me est (*Ioan. XIV, 28.*)« Cerne secundum humanitatem eum in navi dormientem. Cerne ejus divinitatem cum evangelista dicit[f]: »Tunc surgens imperavit ventis et mari et facta est tranquillitas magna (*Matth. VIII, 26.*)«

XIX. Haec est sexta synodus universalis Constantinopoli celebrata et Graeco sermone conscripta temporibus papae Agathonis exsequente ac residente piissimo principe Constantino intra palatium suum simulque legatis apostolicae sedis et episcopis CL, residentibus, qui omnes quidem haeresim damnaverunt. Tunc piissimus princeps Constantinus interrogavit eos, qualiter Romana ecclesia de sacrificio corporis et sanguinis Domini nostri Jesu Christi ordinem teneret? Illi responderunt: »In calice Domini non debet solum offerri[g] vinum, sed aqua mistum[h]. Nam si solum vinum offertur, sanguis Christi incipit esse sine nobis. Et si aqua pura offeratur[i], sola plebs incipit esse sine Christo. Quando utrumque admiscetur, id est, vinum et aqua, tunc sacramentum spirituale perficitur. Oblatio vero, quae in sacrificium altaris offertur, nullam commistionem[k] aut corruptionem fermenti debet habere, sicut beata virgo Maria absque omni corruptione Christum concepit et peperit. Hinc in ecclesia mos obtinuit, ut sacrificium altaris non in serico aut in panno tincto, sed in lino terreno celebretur, sicut corpus Domini fuit in sindone munda sepultum. Sic et oblatio munda debet esse a fermento juxta quae[l] in gestis pontificalibus a beato Silvestro legimus esse statutum.« Tunc placuit piissimo principi Constantino haec traditio apostolicae sedis. Ecce istius et sex caeterarum synodarum omnibus sanctis patribus et orthodoxis imperatoribus per omnia placuit fides et traditio apostolicae sedis. Et tu quis[m] es,

a) B. *Petrum.* — b) C. *Nechario.* — c) C. *anathematisati.* — d) B. *Sicilia.* — e) B. *praedicta.* — f) B. *ait.* — g) B. *inv.* — h) B. *mixtum.* — i) B. *offeratur.* — k) C. *commixtionem.* — l) B. *quod.* — m) C. *qui.*

cui displicet? Sed volumus dicas: Videturne tibi congruum, ut omni quarta et sexta feria jejunes propter traditionem seu[a] passionem Christi et propter sepulturam nullo sabbato, nisi uno? Cum ergo omni Dominica celebres resurrectionem omnique quarta et sexta feria jejunes, propter traditionem et crucem; cur non et omni sabbato propter sepulturam, cur de celebrando sabbato[b] nullam rationem teneas, nisi quam Judaei, scilicet quia in eo requievit Deus? Qui utique fatigatus non est, verbo creans quidquid voluit, sed in hoc nostram requiem praefiguravit. Quod si uno sabbato in toto anno jejunandum est, propter sepulturam Christi, ergo et una quarta feria propter traditionem et una sexta feria propter passionem in toto anno est jejunandum[c]. Una quoque Dominica propter resurrectionem celebranda.

XX. Non autem mirum si Agathoni papae et sanctis patribus sextae synodi vestra imputatis deliramenta, et quae aut corrupistis aut finxistis capitula, cum etiam ipsi Domino Jesu et apostolis ejus imputetis figmenta. Unde nos scientes sextam synodum ad destruendam haeresim Graecorum Monothelitarum, non autem ad tradendum Romanis novas institutiones congregatam[5] capitula, quae nobis sub ejus auctoritate opponitis, omnino refutemus, quia prima et apostolica sedes, nec aliquando ea accepit, nec observat hactenus; et quia aut sunt nulla, aut, ut vobis libuit, depravata sunt[d]. Depravastis Ioannis Chrysostomi atque Gregorii theologi aliorumque orthodoxorum patrum dicta et exhibuistis in eadem synodo sexta. Nempe a prima synodo Nicaena usque ad hanc sextam trecenti et amplius anni dicuntur evoluti. Et quomodo in Nicaena et reliquis quatuor synodis universalibus nulla mentio fit de tam necessariis rebus? Nunquid usque ad sextam synodum Graeci et Latini rationem missae ac jejuniorum ignoraverunt et per sexcentos et amplius annos a passione Christi in talibus errarunt? An forsan Graeci haec noverunt et Romani ignoraverunt? Sed ex missalibus Romanorum libris ab omni ecclesia Occidentali antiquitus receptis evidenter cognoscitur, quam rationem jejunii et missae habuerint sub reverendissimis pontificibus, Silvestro scilicet auctore Nicaenae synodi, Gelasio damnatore vestri Acacii, maximeque Gregorio Dialogo, compatre imperatoris Mauritii. In cujus libris missalibus omnes dies quadragesimae habent[e] specialis missae plenarium officium et excepta Dominica nullus dies ejus solvit susceptum jejunium. Quam traditionem si tentasset papa Agatho aliquatenus removere Romanis, non audiretur ab eis. Quia, licet ipse magnus exstiterit, praefatis tamen decessoribus suis sicut tempore, ita scientia et auctoritate[f] minor fuit. Quamobrem capitulum[g], quo asseritis eum promulgasse, ut si quis clericus jejunaret sabbatum praeter unum, deponeretur, magis dicendum est Nazarenorum esse, quam apostolorum, Cherinthi et Hebionis[h] quam sextae synodi et papae Agathonis. Cui sane capitulo epistola Pauli aperte contradicit, ubi ait: »Nemo vos judicet in cibo aut potu aut in parte diei festi et neomeniae et sabbatorum, quae sunt umbra futurorum.« Unde Romani proprio auctori et magistro gentium in fide et veritate obedientes, nulli sabbato festum vel otium dependunt, sicut nec neomenia, quia profecto Judaica sunt et utique[i] umbra futurorum.

XXI. Porro unde acceperimus omni die jejuniorum perfectam missam facere, supra curavimus ostendere: nec timemus caput, quod dicitis apostolorum de his, qui[k] jejunaverint in quadragesima[l], quarta[m] quoque et sexta feria,

a) C. *et.* — b) B. *sabbatum.* — c) *jejunanda.* — d) B. *sicut depravastis.* — e) C. *omnis dies habet.* — f) B. *aetate.* — g) C. *caput.* — h) B. *Ebionis.* — i) *utraque.* — k) C. *addit „non“.* — l) C. *quadragesimam.* — m) B. *om.*

5) De his vide Prolegomenon cap. XI.

quid excepta gravissima infirmitate, sollicite cuncti jejunamus diebus quadragesimae adeo, ut interdum decennes pueros nobiscum faciamus jejunare, nec solvimus per sabbata quadragesimalem abstinentiam, quam Dominus noster non solvit in quadraginta jejunii sui diebus. Nec solveremus etiam in die Dominica, quemadmodum nec ipse, nisi prae[a] gaudio resurrectionis ejus hoc interdixisset ab initio omnium catholicorum patrum sententia, etiam cum anathemate. Quos secuti sancti patres Gangrensis concilii dixerunt: »Si quis non dijudicans diem Dominicam, jejunaverit tanquam in ejus contemptum[b] anathema sit.« Ubi certe sicut eis attestatur omnes authentici libri, non contradicunt jejunio sabbati, sed Dominicae diei.

XXII. Sed, o perfide Stercorianista, qui putas fideli participatione corporis et sanguinis Domini quadragesimalia atque ecclesiastica dissolvi jejunia, omnino credens coelestem escam velut terrenam per aqualiculi fetidam et sordidam egestionem in secessum dimitti, plane sentis cum Ario. Qui cum pro aliis blasphemiis in Filium Dei, tum etiam pro ista foveam delapsus in atram visceribus fusis vacuus quoque ventre remansit[c]. Et ubi est Salvator, qui dans discipulis panem a se benedictum et fractum dixit:« Accipite et comedite, hoc est corpus meum?« *(Matth. XXVI, 26.)* In quo quid traderet, alibi dicit: »Panis, quem ego dedero, caro mea est, pro mundi vita *(Ioan. VI, 52)*:« et: »Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus *(Ioan. VI, 56.)*« Quomodo verus? Quia »qui manducat carnem meam et bibit sanguinem meum, habet vitam aeternam *(Ioan. VI, 55.)*« Et quae est vita aeterna? Nempe Christus Jesus, sicut ipse dicit: »Ego sum via, veritas et vita *(Ioan. XIV, 6.)*« Qui ergo panem Dei manducat, carnem Dei Christi manducat. Qui autem carnem ejus manducat, Christum manducat. Qui Christum manducat procul dubio vitam aeternam manducat. Ergo, o pestifer leno antiqui serpentis, qui conaris astutia tua corrumpere sensus Christi sponsae[d], quae est ecclesia, ut excidatur a charitate tanti et talis sponsi, credis nos vitam incorruptibilem comedentes, corrumpere integritatem jejuniorum, velut aliquo cibo corruptibili?

XXIII. Horremus quidem dicere, sed compellimur a tua impudenti improbitate. Conaris Christum, imo ipsam vitam per digestionem sicut coenum olidum dimittere in latrinam. Et ubi est, quod dixit: »Qui manducat carnem meam et bibit sanguinem meum in me manet et ego in eo?« *(Ioan. VI, 57.)* Sine qua refectione quia non habetur vita, ipsa Vita, quae est Christus, quasi quodam jurejurando protestatur dicens: »Amen, amen, dico vobis, nisi manducaveritis carnem Filii hominis et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis *(Ibid., 54.)*« Nunquid hic dixit: Si manducaveritis carnem meam et biberitis sanguinem meum, dissolvetis jejunium? Et utinam hoc solo sacramento non ad judicium nostrum omni hora reficeremur! Sed quia corpore corruptibili et nimia miseria conscientiae nostrae gravati etiam bonum nostrum nequimus sufferre, a sanctis patribus certae ad percipiendum tantum sacramentum praefixae sunt horae. Quod ne vilescat carnalibus et in percipiendo escam spiritus submurmuret aliquis carnis appetitus[e], cum summa parcitate praegustamus videre tantummodo cupientes, quam suavis est Dominus, cujus panis non vult[f], sicuti nec[g] manna fastidium. Nec dubitandum in quantulacunque portione ejus fideles manducare sibi totam vitam, id est Christum, infideles autem mortem, id est, judicium suum, utpote qui rei fuerint[h] corporis et sanguinis Domini. Deinde quotidie sive tertia, sive nona, sive quacunque hora fiat a nobis missa, non fit nisi perfecta. Nec

a) B. *pro.* — b) C. *contemptu.* — c) B. *factum.* — d) „*Christi sponsae*“ B *om.* — e) B. *canis appetitum.* — f) B. *det.* — g) B. *tunc.* — h) C. *fiunt.*

reservatur[a] ex oblatione ejus pars aliqua, ut per dies quinque agatur missa imperfecta. Quia nec sancti apostoli leguntur quidquam ex illo primo corporis et sanguinis Christi mysterio sub ipsa coena distributo reservasse, nec actus eorum indicant eos aliquando tale quid egisse aut praecepisse. Quinimo, sicut Lucas narrat: »Erant fideles perseverantes in doctrina apostolorum et communicatione fractionis panis (*Act. II, 42.*)« Quae communicatio qualiter et quibus diebus fieret, post pauca demonstrat dicens: »Quotidie perseverantes unanimiter in templo et frangentes circa domos panem sumebant (*Ibid., 46.*)« Ecce verax evangelista testatur sub apostolis fideles quotidie orasse et panem fregisse. Et vos qui estis, qui dicitis duobus tantum diebus hebdomadis[b] missam perfectam fieri debere, reliquis vero quinque imperfectam? Nempe hic in panis fractione et communicatione non nisi perfectam actionem missae debemus accipere, quemadmodum et ipsum Dominum legimus non imperfectam, sed perfectam commemorationem suis discipulis tradidisse in pane a se benedicto et mox fracto atque[c] distributo. Non enim benedixit tantum et servavit frangendum in crastinum, nec fregit tantum et reposuit, sed fractum statim distribuit. Unde beatus Alexander martyr et papa V ab apostolo Petro passionem Domini inserens canoni missae non ait: Hoc quotiescunque feceritis, sed »Haec quotiescunque feceritis[d]«, id est, benedixeritis, fregeritis et distribueritis, »in mei memoriam facietis,« quia quodlibet horum trium, si sine reliquis fiat, scilicet benedictio sine distributione, aut fractio sine benedictione et distributione, perfectam Christi memoriam non repraesentant, sicut distributio nulla sine benedictione et fractione. Quod autem quotidie et quotacunque hora diei, non autem sola tertia perfectam missam agimus, auctoritatem tenemus ex verbis ipsius[e] Domini juxta beatum Paulum dicentis: »Hoc facite, quotiescunque sumitis, in meam commemorationem (*I. Cor. XI, 25.*)« Unde mox idem Apostolus secutus adjecit: »Quotiescunque manducabitis panem hunc et calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis (*Ibid., 26.*)« Et quamdiu? *Donec veniat (Ibid.):* scilicet judicare vivos et mortuos. Putasne alicubi dixerit dominus[f]: Hoc facite hora tertia in meam commemorationem? Non utique, sed nullam horam aut tempora excipiens dixit: *Quotiescunque.* Nec ipse Paulus jejunia aliqua aut certam quamlibet evolutionem annorum attendens ait: Quotiescunque per tot annos hora nona manducabitis panem hunc et calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis; sed indifferenter: *Quotiescunque;* et: *Donec veniat.*

XXIV. Nec nescimus sanctos patres diei Dominicae et praecipuarum solemnitatum missas hora tertia celebrare[g] solitos propter Spiritus sancti effusionem hora tertia in discipulos et hoc mandasse ad posteros, quatenus illa unius actio missae gemino privilegio insigniretur: resurrectione videlicet Christi et adventu Paracleti[h], utque propter gaudium festi temporis[i] relaxarentur cunctis frena jejunii. Verumtamen alia causa est Dominicae diei ac solemnitatum, alia jejuniorum; si ergo hora nona aut vespertina diebus jejuniorum perfecta agitur missa nulla procul dubio inde contrahitur noxa, quia et Dominus in coena ad vesperum primam et perfectam administrationem tanti sacramenti discipulis instituit et hora nona spiritum tradens sacrificium vespertinum expansis manibus in cruce et praemissa oratione ad patrem consummavit. Propterea quamvis hora tertia et nona propter supradictas rationes sint aptiores missarum actioni, quotiescunque tamen horis aliis[k] fiunt occupatione itineris aut gratia cujuslibet necessariae rei, in memoriam fiunt Christi nec violatur inde integritas jejunii. Quod utique

a) B. *servatur.* — b) B. *om.* — c) *pro „fracto atque“* B. *habet „ab eo.“* — d) *a „sed“ usque ad „feceritis“ om.* B. — e) B. *ipsis.* — f) C. *om.* — g) C. *celebrasse.* — h) C. *Paracliti.* — i) C. *temporibus.* — k) B. *inv.*

beatus Telesphorus[a] papa a Petro septimus sentiens etiam[b] nocte nativitatis Domini missas celebrari instituit, nec ullam resolutionem jejunii ante horam tertiam et diurnam missam inde fieri, sicut vos perverse putatis, timuit. Dicite autem, si potestis, cur sabbatum et caeterae extra Dominicam feriae hora tertia missam debeant habere, cum in eis Spiritus sanctus non legatur descendisse. Itaque nos, sicut supra ostenditur, divina auctoritate subnixi nec jejunia resolvimus in celebratione missae, quotacunque hora diei fit; nec in aliquo natalitio martyrum, sed nec in annuntiatione beatissimae[c] Mariae virginis[d]. Et ideo nullius universalis synodi percellimur anathemate. Caeteri autem quamvis[e] sanctorum patrum conventus, etsi potuerunt de utilitate et conversatione ecclesiarum suarum tractare, nullas tamen traditiones universali ecclesiae praefigere. De papa quoque Agathone omnino scimus, quia nec sextae synodo per seipsum praesedit, nec aliquibus capitulis ejus subscripsit, nisi quae promulgata fuerunt adversus Monothelitarum haeresim. Vos videte, unde haec, quae proponitis, habeatis, quia ecclesia Romana talia hactenus ignoravit. Nec credi potest post tot annos Romanum[f] pontificem Graecis promulgasse aliquas de missa observationes. Deinde ritum vestrae discere missae[g] non curamus, quia minimam cautelam et maximam negligentiam ei inesse cognoscimus, dum sanctum panem frangentes et sumentes hinc inde decidentes micas non curatis. Quod etiam solet contingere, dum patinas sanctas foliis palmarum et porcorum setis frigatis inhoneste. Nonnulli[h] quoque vestrum tam irreverenter corpus Christi reponunt, ut pyxides inde cumulent et ne decidat aut superfluat[i], manu inculcant. Reliquias quoque oblationis, velut communes panes, nonnunquam usque ad fastidium sumunt. Et si sumere non sufficiunt, subterrant aut in puteum projiciunt. Si autem, ut dicis, panem jam pridem oblatum et sanctificatum exaltatis altera die, unam oblationem videmini his offerre. Et cur non attendistis in epistola papae Clementis, cujus traditiones, ut putatis, contra nos defenditis, quod ibi promulgasse putatur? »Certe, inquit, tanta in altario holocausta offerantur[k], quanta populo sufficere debeant. Quod si remanserint, in crastinum non reserventur, sed cum timore et tremore clericorum cautela et diligentia consumantur.« Ad haec quod asseris vos ab ipsa sancta communione statim ad communes cibos transire, non sic sensisse idem Clemens invenitur in praedicta[l] epistola, ubi de his, qui residua sacrificii consumpserint, subjecit: »Qui autem, inquit[m], residua corporis Domini, quae in sacrario relicta sunt, consumunt, non statim ad communes accipiendum cibos conveniant, ne putent sanctae portioni esse commiscendos cibos, qui per aqualiculi egestus in secessum funduntur. Si igitur mane Dominica portio in sacrario edatur, usque in sextam jejunent ministri, qui haec consumpserint. Et si tertia aut quarta jejunent usque in vesperum.« In quibus sane verbis liquet, quod non solum hora tertia, sed etiam mane[n] hora quarta missas fieri licet, quodque ex sacrificio jejunium non solvitur, dum illic dicitur, ut qui consumpserint jejunent[o] usque ad sextam vel vesperum: alioqui, quomodo jejunabant, si ex sacrificio jejunium solverunt? Deinde abstinentiam paucissimorum nobis praedicantes tacetis ingluviem multorum, qui aut parum aut nihil quadragesimalis jejunii Deo offerunt, dum a primo mane usque vesperum crapulari non metuunt nec erubescunt. Aliqui etiam ad ecclesiam legumina et alia obsonia deferentes inibi comedunt, nec Paulum attendunt dicentem[p]: »Qui esurit, domi manducet *(I. Cor. XI, 34);*« et: »Nunquid domos non habetis ad man-

a) C. *Thelesphoros.* — b) B. *om.* — c) C. *om.* — d) B. *om.* — e) B. *quivis.* — f) C. *Romanorum.* — g) C. *om* — h) C. *multi.* — i) C. *supereffluat.* — k) C. *offerant.* — l) C. *praefata.* — m) B. *inquiens.* — n) B. *add.* „*et.*“ — o) C. *om* — p) B. *inv.*

ducandum et bibendum? aut ecclesiam Dei contemnitis et confunditis eos, qui non habent? (*Ibid.*, *22.*)« At nos quadragesimam unius septimanae, quam dicitis sancti Theodori, nescientes solam quadragesimam Domini nostri Jesu Christi quadraginta diebus diligenter observare contendimus, quam ut aliquis excepta gravi infirmitate in aliquo infringat sufferre nequimus. Nec licet cuiquam apud nos, sicut apud vos, post unam refectionem quidquam pomorum aut herbarum diebus jejuniorum percipere.

XXV. Hinc perpendentes a te tam perverse defendi adulteria potius, quam nuptias sacerdotum, arbitramur ab inferis emersisse principem hujus haeresis nefandum diaconum Nicolaum. De quo Epiphanius vester sic scripsit: »Quarta Nicolaïtarum a Nicolao haeresis est adinventa, uno ex septem diaconibus ab apostolis ordinatis[a]. Iste cum zelo pulcherrimae conjugis culparetur, docere coepit indifferenter debere[b] uti conjugibus non solum laïcos, sed etiam qui sacerdotii fungerentur officio. Hos damnavit sanctus evangelista et apostolus Ioannes et jussit, ut quicunque cum eis vel sermonem colloquii miscuissent, ex hoc ipso communione privandos. Docens rationabiliter a mundi origine Deo castitatem plurimum placuisse. Tunc etiam in seipso Christum Dei Filium castitatis gloriam dedicasse, cum virginem possidens matrem virgo mansurus nullum discipulorum suorum commistione etiam legitima conjugii uti permisit dicens: »Si quis vult post me venire, abneget semetipsum sibi et tollat crucem suam et sequatur me (*Matth. XVI, 24.*)« Unde idem Dominus Jesus in apocalypsi praecipiens apostolo Ioanni scribere angelo Ephesi inter alia inquit: »Hoc habes, quia odisti facta Nicolaïtarum, quae et ego odi (*Apoc. II, 6.*)« Hinc etiam angelo Pergami inquit[c]: »Habeo adversum te pauca, quia habes illic[d] tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac[e] mittere scandalum coram filiis Israël, edere et fornicari: ita habes et tu tenentes doctrinam Nicolaïtarum (*Ibid. 14*, *15.*)«

XXVI. Suffecerant quidem haec, o Nicolaïta, ad convincendum errorem tuum[f], sed quia canonibus sub nomine apostolorum editis nos urgere videris: exponere tibi tua capitula decrevimus, quamvis ea inter apocrypha usque nunc magna ex parte computaverimus, ut aperte cognoscatur nec apocryphis nec authenticis vos vestras ineptias posse defendere[6]. Ante omnia autem comprobamus te esse mentitum ipsi veritati in eo, quod dixisti nostros prius ordinari, deinde uxores sortiri. Quia apud nos nec ad subdiaconatus gradum[g] quisquam admittitur, nisi perpetuam continentiam etiam a propria conjuge profiteatur. Nec post gradum cuiquam uxorem ducere unquam[h] conceditur. Sed tu ecclesiam Dei volens efficere synagogam Satanae et prostibulum Balaam et Jezabel cum Nicolao dicis: »Episcopum et presbyterum et diaconum dicimus, qui unam habet uxorem, ordinari, quamvis vivant eorum conjuges, quamvis defunctae. Nec licet eos post manus impositionem innuptos esse, nec insuper ad nuptias ire, aut, si nupserint, alteras amplecti, sed sufficere eis, quas habent, cum ad ordinationem venerunt.« O abominabilis cynice, quomodo non erubuisti tantum nefas evomere? Ergo non licet aliquem post manus impositionem sine uxore esse? Si ita est, ipse Ioannes apostolus et Paulus et Barnabas et omnis continens in gradu ecclesiastico in culpa est procul dubio. Unde necesse est, ut futurus episcopus, presbyter, diaconus et subdiaconus, prius uxorem sortiatur, quae sibi sufficere debeat ad carnales amplexus? Nunquid laïcis non sufficit

a) C. *ordinato.* — b) C. *om.* — c) C. *dicit.* — d) C. *illuc.* — e) C. *Baalac.* — f) C. *om.* — g) B. *gradus.* — h) B. *om.* — i) B. *habeat.*

6) De his cf. *Hefelium* l. c. tom. I. append.

una? nisi forte discipulis maligni Muhamed, cujus farinae totus es. Tu quoque, quia presbyter es, sine uxore esse non debes secundum assertiones tuas.

XXVII. Sed jam videamus capitula, quibus putas posse defendi adulteria sacerdotum, non conjugia. »Episcopus, inquam, presbyter aut diaconus uxorem suam non abjiciat obtentu religionis. Si autem abjecerit, sequestretur, perseverans autem deponatur.« Omnino confitemur non licere episcopum, presbyterum, diaconem vel[a] subdiaconem uxorem propriam causa religionis abjicere a cura sua, scilicet, ut ei victum et vestitum non[b] provideat, non ut cum illa ex more carnaliter jaceat. Sic et sanctos apostolos legimus egisse beato Paulo dicente: »Nunquid non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi, sicut fratres Domini et Cephas?« (*I. Cor. IX, 5.*) Vide insipiens, quia non dixit: Nunquid non habemus potestatem sororem mulierem amplectendi, sed circumducendi, scilicet ut de mercede praedicationis sustentaretur ab eis, nec tamen foret deinceps inter eos carnale conjugium. Praeterea cur aliquis laïcus uxoratus dubitabit ad ecclesiasticos gradus ascendere, cum ei una, sine qua esse non debet, possit ad carnales amplexus sufficere? Et quare tu, qui tantopere Clementis capitula proponis, epistolam ejus, de qua superius diximus, non attendis? Ibi enim ita[c] dicitur: »Tribus gradibus divinorum commissa secretorum sunt sacramenta, id est, presbyteris, diaconibus et subdiaconibus.« Et post nonnulla: »Ministri altaris ad Dominica tales eligantur officia, qui ante ordinationem conjuges noverint[d], scilicet si semper continere noluerint[e]. Quod si post ordinationem contigerit ministrum propriae invadere cubile uxoris, secretarii non terat limina, nec sacrificii portitor fiat, nec altare contingat, nec ab offerentibus holocausta vel oblationes suscipiat nec ad Dominici corporis portionem accedat. Aquam sacerdotum porrigat manibus, ostia forinsecus claudat; minora tantum gerat officia, urceum sane ad altare non suggerat.«

XXVIII. Porro synodus Nicaena omnino venerabilis et authentica sic definit[f] actis, id est, subintroductis habet: »Omnimodis interdicit sancta synodus, et neque episcopo, neque presbytero, neque diacono, neque ulli omnino clericorum permittit habere secum mulierem extraneam, nisi forte mater sit aut soror[g] aut amita. In his namque personis et horum similibus omnis suspicio declinatur. Qui autem praeter haec agit[h], periclitabitur de ordine suo[7].

XXIX. Beatus quoque papa Innocentius latius hinc scribens Exsuperio episcopo Tolosano dicit: »Proposuisti, quid de his observari debeat, quos in[i] diaconii ministerio, aut in officio positos incontinentes esse aut fuisse generati filii prodidere. De his et divinarum legum est disciplina et beatae recordationis viri Siricii episcopi monita evidentia commonuerunt[k], ut incontinentes in officiis talibus positi omni honore ecclesiastico privarentur nec admitterentur accedere ad ministerium, quod sola continentia oportet impleri.« Idem ad Victricium episcopum: »Praeterea quod dignum et pudicum et honestum tenere ecclesia omnimodo debet, ut sacerdotes et levitae cum uxoribus suis non coëant, quia ministerii quotidiani necessitatibus occupantur. Scriptum est enim: »Sancti estote, quoniam ego sanctus sum, dicit Dominus Deus vester *(Levit. XI, 44.)*« Nam priscis temporibus de templo Dei sacerdotes[l] anno vicis suae non discedebant, sicut de Zacharia legimus, nec domum suam omnino tangebant, quibus utique propter sobolis suc-

a) B. *aut.* — b) C. *om.* — c) B. *om.* — d) C. *noverunt.* — e) C. *voluerint.* — f) C *de suis.* — g) C, *sororve.* — h) C. *praeteragit.* — i) C. *om.* — k) C. *commearunt.* — l) C. *om.*

7) Cf. *Hefelium* l. c. p. 363 et 417.

cessionem uxorius usus fuerat relaxatus; quia ex alia tribu et praeter semen Aaron ad sacerdotium nullus fuerat permissus accedere. Quanto magis hi[a] sacerdotes vel levitae pudicitiam ex die ordinationis suae servare debent, quibus sacerdotium vel ministerium sine succesione est, nec praeterit dies, qua vel a sacrificiis divinis aut baptismatis officio vacent? Nam si Paulus ad Corinthios scribit dicens: »Abstinete vos ad tempus, ut vacetis orationi *(I. Cor. VII, 3)*;« et hoc utique laïcis praecepit; multo magis sacerdotes, quibus et orandi et sacrificandi juge officium est, semper debebunt ab hujusmodi consortio abstinere: qui si contaminati fuerint[b] carnali concupiscentia exaudiri posse se credunt[c]? cum dictum sit: »Omnia munda mundis; coinquinatis autem et infidelibus nihil mundum *(Tit. 1, 15.)*« Sed fortasse hoc licere credit, quia scriptum est: »Unius uxoris virum (*I. Tim. III, 2.*)« Non propter permanentiam in concupiscentia generandi hoc dixit, sed propter continentiam futuram. Neque enim integros corpore non admisit, qui ait: »Vellem autem omnes esse sicut et ego *(I. Cor. VII, 7.)* »Et apertius declarat dicens: »Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem jam non estis in carne, sed in spiritu *(Rom. VIII, 8.)*« »Et habentem filium«, non »generantem« dixit.

XXX. Et venerabilis papa Siricius: »Feminas non alias esse patimur in domibus clericorum, nisi eas tantum, quas propter solas necessitudinem causas habitare cum iisdem synodus Nicaena permisit«

XXXI. Sanctus deinde Leo papa, mirabilis doctor et sanctae Chalcedonensis synodi auctor, omnem ambiguitatem hujus rei abscindens ait: »Lex continentiae eadem est altaris ministris, quae episcopis atque presbyteris. Qui cum essent laïci, sive lectores, licite et uxores ducere et filios procreare potuerunt. Sed cum ad praedictos pervenere gradus coepit[d] eis non licere, quod licuit[e]. Unde ut de carnali fiat spirituale conjugium, oportet eos nec dimittere uxores et quasi non habeant[f] sic habere: quo et salva sit charitas connubiorum et cessent opera nuptiarum«. Ecce isti cum Petro et per Petrum effecti clavigeri regni coelorum ita confringunt omnes claviculas infernalium portarum, ut nulla jam supersit haeresis Nicolaïtarum.

XXXII. Sed ne quid minus factum dicas, seriatim et aperte prosequemur, quid Romana ecclesia in gradibus clericorum agat. Clericos tantum ostiarios, lectores, exorcistas et acolythos, si extra votum et habitum monachi inveniuntur et continentiam profiteri nolunt, uxorem virginem ducere cum benedictione sacerdotali permittit, non autem viduam aut[g] repudiatam; qui propter hoc solum deinceps nec ad subdiaconatum provehi poterunt, nec laïcus non virginem sortitus uxorem, aut bigamus ad clericatum. Quod si quis praefatorum ordinum desiderat ad subdiaconatum ascendere, nequibit hoc sine consensu uxoris suae, ut de carnali deinceps fiat conjugium spirituale nemine eos ad hoc cogente. Nec permittitur postea uxor jungi eidem suo marito carnaliter, nec cuiquam nubere in vita aut post mortem illius, alioqui anathematizanda est: sicut et diaconus et subdiaconus et presbyter aut episcopus deponendus suam repetens aut extraneam ducens juxta quod in Neocaesariensi concilio orthodoxi sanxerunt[h] patres.

XXXIII. Talibus ergo traditionibus usque nunc sancta Romana ecclesia[i] et apostolica sedes omni mundo refulsit, nec aliquando Judaicis fabulis et apocryphis scripturis acquievit, sed per primos apostolorum in ipso summo angulari lapide Christo Jesu fundata nullis haeresibus cessit, nec prohibuit a conjugio laïcos: sed sacri altaris ministros et apostolicam perfectionem professos monachos.

XXXIV. Illa tamen ecclesia, quam Arius

a) B. *ii.* — b) C. *contaminatus fuerit.* — c) C. *credit.* — d) C. *coeperunt.* — e) C. *licuerunt.* — f) B. *habere.* g) C. *et.* — h) C. *sanxere.* — i) B. *om.*

corrupit, Macedonius prostituit, quae genimina viperarum, id est, Nestorium, Eutychen, Monothelitas et Theupaschitas et reliquas haereticorum pestes peperit et aluit[a], adhuc a Nicolai haeresiarchae complexibus abstrahi non potuit adeo, ut ad sacri altaris ministerium ordinandos interroget, an habeant uxores. Qui si responderint[b] se non habere, compelluntur primum ducere et sic impositionis manum accipere: ut novi mariti et recenti carnis voluptate toti resoluti et marcidi et inter sancta sacrificia cogitantes, quomodo placeant uxoribus, immaculatum Christi corpus tractent atque populo distribuant indeque sanctificatas manus ad tractandum membra muliebria mox referant et sit sicut populus sic et sacerdos et tandem populi sint[c] sacerdotes mali.

XXXV. Quapropter parcite jam vobis et nolite attendere spiritibus erroris et daemoniorum doctrinis, ut nobiscum de vera pace, quae Christus est, hic et in futuro gaudeatis. Tu vero, miserrime Niceta, donec resipiscas, sis anathema ab omni Christi ecclesia cum omnibus, qui tibi acquiescunt in tam perversa doctrina. Nam volens esse legis divinae doctor non intelligis, quae loqueris, neque de quibus affirmas et stultus ipse sapientior tibi videris septem viris loquentibus parabolas. Sed saltem aliquando disce tacere, qui nunquam loqui didicisti.

VIII.

HUMBERTI

BREVIS ET SUCCINCTA COMMEMORATIO EORUM QUAE GESSERUNT APOCRISIARII SANCTAE ROMANAE ET APOSTOLICAE SEDIS IN REGIA URBE [1].

I. Anno duodecimo[d] imperii Constantini Monomachi[2] indictione VII, ipso die nativitatis beati Ioannis Baptistae, advenientibus a domino papa Leone nono apocrisiariis[e] sanctae Romanae et Apostolicae[f] sedis, Humberto scilicet cardinali episcopo Silvae Candidae et

a) C. *om.* — b) C. *Qui respondentes.* — c) C. *sicut.* — d) C. *undecimo.* — e) „*apocrisiariis*“, *hic et in inscriptione* B. C. — f) C. *om.*

1) Haec commemoratio, ut supra multis locis ostendimus, fons plurimarum narrationum de separatione ambarum ecclesiarum ex undecimo saeculo ipso factus maximique in rebus historicis momenti existimandus est. In omnibus enim partibus hoc scriptum diligentiam et veritatem prae se fert ita, ut ejus fides, licet multae a Michaële Caerulario profectae relationes ei adversentur, infringi et debilitari non possit. E contrario ex Humberti et Michaëlis narrationibus inter se comparatis intelligemus Michaëlem multa confinxisse et commentum esse.

Quo tempore et quo loco scriptum nostrum compositum sit, accurate quidem definiri non potest, admodum autem verisimile est litteras has a legatis publice de rebus ab ipsis Constantinopoli gestis esse compositas. Quum igitur Humbertus, ut ex multis indiciis apparet, legationis princeps fuerit, dubitari vix potest, quin hoc quoque scriptum, ut Dialogus inter Romanum et Constantinopolitanum atque Nicetae refutatio, ab eodem profectum sit.

2) Quod in aliis exemplis „Anno undecimo imperii Constantini Monomachi“ legitur, id non forte factum est, sed

Petro Amalphitanorum archiepiscopo, Friderico quoque diacono et cancellario, ad monasterium Studii intra urbem Constantinopolitanam Niceta monachus, qui et Pectoratus, ante praesentiam praefati imperatoris et procerum ejus insistentibus ipsis nuntiis Romanis anathematizavit quoddam scriptum sub suo nomine contra sedem apostolicam et omnem Latinam ecclesiam editum et praetitulatum: De azymo, de sabbato [a] et de nuptiis sacerdotum. Insuper anathematizavit cunctos, qui ipsam sanctam ecclesiam Romanam negarent primam omnium ecclesiarum esse et qui illius fidem semper orthodoxam praesumerent in aliquo reprehendere. Post haec statim in conspectu omnium ad suggestionem eorundem nuntiorum Romanorum jussit idem orthodoxus imperator praefatum incendi scriptum [b] sicque fuit discessum.

II. Sequenti autem die praedictus Niceta urbe est egressus: ultro adiit legatos ipsos intra palatium Pigi [3]. A quibus accipiens perfectam suarum propositionum solutionem iterum sponte anathematizavit omnia dicta et facta vel tentata adversus primam et [c] apostolicam sedem. Sic [d] ab eis in communionem receptus effectus est eorum familiaris amicus. Porro dicta vel scripta eorundem nuntiorum adversus diversas calumnias Graecorum et maxime contra scripta Michaëlis Constantinopolitani episcopi [4] et Leonis Achridani metropolitani episcopi et saepedicti Nicetae monachi jussu imperatoris in Graecum fuere translata et in eadem urbe hactenus conservata [5].

III. Tandem Michaële praesentiam eorum [e] et colloquium devitante [6] atque in stultitia sua perseverante praefati nuntii XVII Kal. Augusti adierunt ecclesiam Sanctae Sophiae

a) C. *om.* — b) B. *librum.* — c) C. *om.* — d) C. *Hic.* — e) C. *eorundem.*

errore chronologico. Multi enim legationem ad a. 1053 referunt, sed quum anno demum 1054 legati missi sint (Vide Prolegom. cap. XX) et Constantinus Monomachus a. 1042 ad imperium pervenerit, loco nostro „duodecimo" est legendum.

3) i. e. *Πηγή*, quod nomen palatio Constantinopolitano inditum esse videtur a fontibus, qui aegrotis salutem promittebant, ut conclusimus ex his verbis Constantini *Οἰκονόμου*: *„ἀρχῆς* (intell. aedium sacrarum destructionis a Turcis anno MDCCCXXI factae) *γενομένης ἀπὸ τῆς ζωοδόχου Πηγῆς.* Ceterum multo usitatius nomen illius palatii numero plurali: *Πηγαί* profertur; singulari tamen usus est *Leo Diaconus* pag. 64, 22. ed. Bonn. *πρόκενσον δὲ κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἀνάληψιν κατὰ τὸ εἰθισμένον ἔξω τειχῶν ἐπὶ τὴν καλουμένην Πηγὴν ποιησαμένου τοῦ βασιλέως (νεὼς δὲ ταύτῃ περικαλλὴς τῇ Θεοτόκῳ δεδόμηται) κτλ.* De situ palatii Pegarum vid. Gibboni hist. ruin. imperii Rom. cap. XVII. annot. II. et Hammeri Constant. et Bosp. descript.

4) Iterum Humbertus hic errore, quem supra arguimus, tenetur, litteras ad Ioannem Tranensem a *Michaële Caerulario* quoque missas esse; nam nusquam aliud patriarchae scriptum praeter *amicas* ad Leonem papam litteras ex eo tempore commemoratur, quo legati Romani Constantinopolim nondum venerant.

5) Haec interpretatio Graeca aetatem non tulit. Exiguum fragmentum tantummodo ex Nicetae contra Latinos libello ab Allatio (De Missa Praesanctificatorum c. 2.) conservatum est.

6) De veritate hujus narrationis non est, cur dubitemus; confirmatur etiam his verbis „praesentiam suam et colloquium denegavit", quae paulo infra leguntur. Haec verba in Edicto pseudosynodi Constantinopolitanae *„οὐ βούλονται* (int. legati) *δὲ τῇ ἡμετέρᾳ μετριότητι προσελθεῖν, ἢ τῇ ἱερᾷ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ εἰς ὄψιν ἐλθεῖν"* et paulo post *„αἱρεῖσθαι δὲ θανεῖν μᾶλλον, ἢ εἰς ὄψιν ἡμῖν καὶ τῇ συνόδῳ ἐλθεῖν"* ad id tempus pertinent, quo legati jam anathema edixerant et imperator eos jam Constantinopoli profectos iterum revocandos curaverat. Caeterum ex descriptione, quam Michaël Caerularius de *ὑπερηφανείᾳ, ἀλαζονείᾳ* et *αὐθαδείᾳ,* de *σοβαρῷ καὶ γαύρῳ σχήματι, φρονήματι καὶ βαδίσματι* exhibet, satis apparet, quomodo factum sit, ut colloquium non institueretur. Patriarcham nimios honores sibi arrogavisse ex eo intelligitur, quod queritur: *μὴ δὲ τὴν οἱανοῦν πρόσρησιν εἰπόντες ἡμῖν, ἢ κἂν γοῦν μικρὸν κλῖναι τὰς ἑαυτῶν κεφαλὰς καὶ προσαγαγεῖν ἡμῖν τὴν συνήθη προσκύνησιν ἀνασχόμενοι"* (nulla penitus nos salutatione impertiti, nec sustinentes vel minimum capita sua inclinare nobisque solitam venerationem offerre). Legati autem dignitatem suam retinebant: ceterum eos a synodo habenda non abhorruisse, ex verbis

et super obstinatione illius conquesti clero ex more ad missas praeparato jam hora tertia diei sabbati chartam excommunicationis super principale altare posuerunt sub oculis praesentis cleri et populi. Inde mox egressi etiam pulverem pedum suorum excussere in testimonium illis juxta[a] dictum evangelii proclamantes: *Videat Deus et judicet* (*Matth. X, 14.*) Hinc ordinatis ecclesiis Latinorum intra ipsam Constantinopolim et anathemate dato cunctis, qui deinceps communicarent ex manu Graeci Romanum sacrificium vituperantis, in osculo pacis acceptis orthodoxi imperatoris licentia donisque imperialibus sancto Petro et sibi alacres coepere reverti XV Kal. Augusti; sed nimia instantia precum Michaëlis spondentis tunc demum se conflicturum cum eis imperator compulsus a Solembria[7] litteris suis eos revocavit XIII Kal. Augusti. Quo etiam die festinantes regressi diverterunt[b] ad palatium Pigi. Quos praefatus Michaël haeresiarcha comperiens rediisse, quasi ad concilium conabatur adducere in ecclesiam Sanctae Sophiae sequenti die, ut ostensa charta illorum[c], quam omnino corruperat transferendo[8], obruerentur ibidem a populo. Quod prudens imperator praecavens noluit haberi aliquod concilium, nisi et ipse adesset praesens. Cumque hoc ei omnimodis Michaël contradiceret, jussit Augustus ipsos nuntios confestim arripere iter. Quod et factum est. Porro vesanus Michaël dolens suas non procedere insidias concitavit imperatori vulgi seditionem maximam, velut nuntiis cooperata fuerit ejus voluntas. Unde imperator coactus interpretes Latinorum, Paulum videlicet[d] ac filium ejus Smaragdum caesos et detonsos[e] Michaëli tradidit; sicque tumultus ille conquievit. Verum imperator post nuntios Romanos directis suis exemplar excommunicationis veracissimum[f] a civitate Russorum remissum sibi accepit civibusque exhibuit ac tandem Michaëlem falsasse chartam legatorum comperit atque convicit. Itaque commotus amicos et affines ipsius honoribus privatos a palatio eliminavit contraque ipsum usque nunc graves iras retinuit. Denique exemplar chartae excommunicatoriae est tale.

a) C. *om.* — b) C. *devenerunt.* — c) C. *om.* — d) C. *om.* — e) C. *detentos.* — f) C. *verissimum.*

Michaëlis ipsius elucet: „*μήτε μὴν ὄπισθεν τῶν μητροπολιτῶν μεθ' ἡμῶν ἐν τῷ σεκρέτῳ συνηθροισμένων, καθίσαι ὅλως καταδεξάμενοι, κατὰ τὴν κρατήσασαν ἀρχῆθεν συνήθειαν, ἀλλ' οἰκείαν τοῦτο ὕβριν νενομικότες*“ (neque etiam omnino admittentes post metropolitanos nobiscum in secreto congregatos sedere, juxta jam olim obtinentem consuetudinem, verum id suam esse contumeliam arbitrati). Postulabant ergo tantum legati, ut supra metropolitanos sederent, fortasse etiam eos offendebat, quod in *secreto* res actum iri dicebant.

7) Urbs et portus est ad oram Propontidis in Chersoneso. Cfr. Herodot. VI, 33. Scylax in Periplo §. 68.

8) Haec interpretatio *multis locis corrupta* ad nos non pervenit, quum quae in Decreto pseudosynodi Constantinopolitanae exhibetur, non multum ab archetypo discrepet. Postquam imperator exemplum excommunicationis veracissimum a legatis Romanis accepit, patriarcha fraudem suam latius propagare ausus non esse videtur.

IX.

EXCOMMUNICAITO

QUA FERIUNTUR MICHAEL CAERULARIUS ATQUE EJUS SECTATORES.

Humbertus, Dei gratia cardinalis episcopus sanctae Romanae ecclesiae; *Petrus*, Amalfitanorum archiepiscopus; *Fridericus*, diaconus et cancellarius, omnibus catholicae ecclesiae filiis [1].

Sancta [a] Romana prima et apostolica sedes ad quam tanquam ad caput sollicitudo omnium ecclesiarum specialius pertinet, ecclesiasticae pacis et utilitatis gratia ad hanc regiam urbem nos apocrisiarios suos facere dignata est, ut juxta quod scriptum est, descenderemus et videremus utrum opere completus sit clamor, qui sine intermissione ex tanta urbe conscendit ad ejus aures, aut si non est ita, ut sciret. Quamobrem cognoscant ante omnia gloriosi imperatores, clerus, senatus et populus hujus Constantinopolitanae urbis, et omnis ecclesia catholica [b] nos hic persensisse magnum unde vehementer in Domino gaudeamus [c] bonum, et maximum unde miserabiliter contristemur [d], malum. Nam quantum ad columnas imperii et honoratos ejus cives sapientes Christianissima et orthodoxa est civitas. Qnantum autem ad Michaëlem abusive dictum [e] patriarcham, et ejus stultitiae fautores, nimia zizania haereseon quotidie seminantur in medio ejus. Quia sicut Simoniaci donum Dei vendunt; sicut Valesii [2] hospites suos castrant, et non solum ad clericatum sed insuper ad episcopatum promovent; sicut Ariani rebaptizant in nomine sanctae Trinitatis baptizatos, et maxime Latinos; sicut Donatistae affirmant excepta Graecorum ecclesia ecclesiam Christi et verum sacrificium atque baptismum ex toto mundo periisse [f]; sicut Nicolaitae carnales nuptias concedunt et defendunt sacri altaris ministris; sicut Severiani maledictam dicunt legem Moysis; sicut Pneumatomachi vel Theumachi absciderunt a symbolo Spiritus sancti processionem a Filio; sicut Manichaei inter alia, quodlibet fermentatum fatentur animatum esse; sicut Nazareni carnalem Judaeorum munditiam adeo servant, ut parvulos morientes ante octavum a nativitate diem baptizari contradicant, et mulieres in menstruo vel partu periclitantes communicare [g], vel si paganae fuerint baptizari prohibeant, et capillos capitis ac barbas [h] nu-

a) C. *add.* „*et.*“ — b) B. *Ecclesiae catholicae.* — c) C. *gaudeamus.* — d) C. *contristamur.* — e) B. *dicatum.* — f) B. *perisse.* — g) C. *communicari.* — h) C. *barbae.*

1) Hoc non primum a Latinis Graecis irrogatum anathema est, sed saepius hoc in pugna inter ambas ecclesias diversis temporibus factum erat; nullum vero adeo in viscera ecclesiae Graecae penetraverat nec ullum tam comparatum erat ad separandam Graecam ecclesiam a Latina. In hoc anathemate diversissimae controversiae de dogmatis, ritibus et ceremoniis comprehenduntur, quodque illae singulae perficere non potuerant, id conjunctim effecerunt; inde separatio et perfecta et consummata est atque permansit.

2) Valesii gnostica secta saeculi tertii fuisse et nomen a Valente quodam principe ejus duxisse fertur Epiphanius (Haeres. LVIII, opp. ed. Petavii I, 489 sqq.) hanc sectam describens disertis verbis addit, a Valesiis non solum omnes sectae participes, sed hospites peregrinos, qui ad eos venissent, castratos esse. Quod Epiphanii testimonium sine dubio Humbertus respicit. Ceterum comparatio inter Valesios et ecclesiam Graecam durior illa quidem est ideoque injusta, sed fundamento non caret. Per saeculum enim decimum saepius fiebat, ut Graeci patres filios suos castrarent, ut postea vitae monasticae se dederent. Sic enim futuris monachis castratis votum levare volebant. Tales castrati monachi saepe summos honores ecclesiasticos adipiscebantur. Polyeuctus quidem, qui ab a. 956 usque ad a. 970 sedem Constantinopolitanam tenebat, eunuchus fuit. Cf. *Lequieni* Orientis Christiani I, 254 sqq. (*Gfröreri* historiae ecclesiast. III, 1. p. 321.)

trientes eos, qui comas[a] tondent, et secundum institutionem Romanae ecclesiae barbas radunt, in communione non recipiant. Pro quibus erroribus et aliis pluribus factis suis, ipse Michaël litteris domini nostri papae Leonis admonitus resipiscere contempsit. Insuper nobis nuntiis illius causas tantorum malorum rationabiliter reprimere volentibus praesentiam suam et colloquium denegavit et ecclesias ad missas agendum interdixit, sicut et prius Latinorum ecclesias clauserat[3], et eos azymitas vocans verbis et factis ubique persecutus fuerat: in tantum, ut in filiis suis anathematizasset sedem apostolicam, contra quam se adhuc scribit oecumenicum patriarcham[4]. Unde nos quidem sanctae primae apostolicae sedis inauditam contumeliam et injuriam non ferentes catholicamque fidem subrui multis modis attendentes auctoritate[b] sanctae et individuae Trinitatis atque apostolicae sedis, cujus legatione fungimur, et cunctorum orthodoxorum patrum ex conciliis septem atque totius ecclesiae catholicae anathemati, quod dominus[c] noster reverendissimus papa itidem Michaëli et suis sequacibus, nisi resipisccrent, denuntiavit, ita subscribimus.

Michaël abusivus patriarcha neophytus, et solo humano timore habitum monachorum adeptus, nunc etiam criminibus pessimis a multis[d] diffamatus, atque cum eo Leo Achridanus episcopus dictus et sacellarius ipsius[e] Michaëlis, Constantinus, qui Latinorum sacrificium profanis conculcavit pedibus et omnes sequaces eorum in praefatis erroribus et praesumptionibus, sint anathema Maranatha[5], cum Simoniacis, Valesiis, Arianis, Donatistis, Nicolaitis, Severianis, Pneumatomachis et Manichaeis, et Nazarenis, et cum omnibus haereticis, imo cum diabolo et angelis ejus, nisi forte resipuerint. Amen, amen, amen.

X.

ITEM ALIA EXCOMMUNICATIO

IBIDEM FACTA IN PRAESENTIA IMPERATORIS ET OPTIMATUM EJUS VIVA VOCE.

»Quicunque fidei sanctae Romanae et apostolicae sedis ejusque sacrificio pertinaciter contradixerit, sit anathema, Maranatha, nec habeatur Christianus catholicus, sed prozymita[1] haereticus, Fiat, fiat, fiat.«

a) C. *comam.* — b) B. *auctoritatem.* — c) C. *om.* — d) C. *om.* — e) B. *ipse.*

3) In haec Leo IX. jam in epistola ad Michaëlem etc. (V. supra nro. II.) missa invehitur.

4) Praeter pertinacissimas controversias de hoc titulo per priora saecula agitatas (Prolegomen. IX) vide supra Leonis IX. epistolam ad Michaëlem Caerularium per legatos Constantinopolim missam.

5) i. e. perditio in adventu domini; maranatha enim Syriace adventus dicitur, ut I. Corinth. c. XVI, 22: „Εἴ τις οὐ φιλεῖ τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, ἤτω ἀνάθεμα· μαρὰν ἀθά.“

1) Sic inter haereticos recensentur, qui azymis uti respuunt et prozymitarum peculiari ipsis nomine indicabantur. Basn.

XI.

EDICTUM PSEUDOSYNODI CONSTANTINOPOLITANAE[1].

Σημείωμα[2] *περὶ τοῦ ῥιφέντος πιττακίου*[3] *ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ παρὰ τῶν ἀπὸ Ῥώμης πρέσβεων κατὰ τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυροῦ Μιχαὴλ, μηνὶ Ἰουλίῳ*[4] *ἰνδικτ. ζ΄.*

Edictum de projecto pittacio in sacra mensa a legatis Romanis contra sanctissimum patriarcham dominum Michaëlem, mense Julio indictione septima.

Προκαθημένου Μιχαὴλ τοῦ ἁγιωτάτου ἡμῶν δεσπότου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου

Praesidente Michaële sanctissimo domino nostro et oecumenico patriarcha

1) Hoc decretum omnia genera doli, astutiae, calliditatis, superbiae, mendacii manifestissime prodit, quibus quidem artibus Graeci ac praecipue Michaël Caerularius in Latinos utebantur. Enimvero negantur res palam gestae, mendacia mendaciis cumulantur, quod quidem Neander *Byzantinorum more solito* fieri dicit. Ceterum eorum fraudes innocentes vocare possimus, quum adeo omnem modum superent, ut nemo iis decipi possit.

De ipso autem hoc decreto nonnulla dicenda sunt: Apud *Gieselerum* (in compend. histor. eccles. tom. II. pag. 280) haec leguntur: „Maius contra ecclesiam Latinam opus mss. in bibliotheca Caes. Vindob. invenitur (Lambecc. comm. de bibliotheca Vindob. lib. III. pag. 160).“ Ita etiam *Michaël Heineccius* (in adumbratione veteris et recentioris ecclesiae Graecae pag. 169). Sed apud Lambeccium l. c. legitur: „(Cod. manuscr. theol. Gr. LXXVII) Sexagesimo secundo et quidem a folio 136. pag. 1. usque ad folium 138. p. 2. Michaëlis Caerularii, patriarchae Constantinopolitani, relatio calumniosa et virulenta, quomodo ipse cum sequacibus suis ab apocrisiariis sive legatis S. Romanae et Apostolicae sedis Constantinopoli in ipsa magna ecclesia S. Sophiae anathematizatus atque excommunicatus sit.“

„Titulus huius relationis miniatus et satis prolixus incipit his verbis: *Σημείωσις περὶ τοῦ ῥιφέντος πιττακίου ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ νῆς μεγάλης ἐκκλησίας* etc. etc. Sequitur deinde ipsa relatio hoc modo: *Οὐκ ἦν ἄρα, ὡς ἔοικε, κόρος τῷ πονηρῷ τῶν κακῶν. διὰ τοῦτο γὰρ* etc. Insertum etiam est huic relationi exemplar formulae excommunicatoriae, quam supra memorati apocrisiarii S. sedis Apost. in praesentia totius cleri et populi Constantinopolitani deposuerunt super principale altare magnae S. Sophiae incipitque hoc modo: *Οὔβερτος θεοῦ χάριτι τῆς τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἐπίσκοπος* etc.“

Ex his igitur manifestum est locum ab Heineccio et Gieselero allatum *nihil aliud significare*, nisi hoc Decretum pseudosynodi Constantinopolitanae. Quod typis expressum legitur apud *Leonem Allatium de libris ecclesiasticis Graecorum diss. II.* ed. Parisiis anno 1645. pag. 161—181. Unde has Allatii dissertationes repetivit *Fabricius* in *biblioth. Gr.* tom. V. edit. primae, ubi illud decretum pag. 114—116 legitur mendis nonnullis obsitum. Deterius etiam habitum est apud *Io. Mansium* SS. Concil. XIX, 811—822. Nos ex Leonis Allatii de libr. eccl. Gr. diss. II. editione Cramoisiana (Paris. 1645), quam diximus, hoc decretum describendum curavimus emendavimusque ea, quae in illa editione mendose expressa sunt. Haec in annotatione commemoravimus, Fabricii autem et Mansii menda raro indicanda esse censuimus. Denique interpretationem, quae ex Leonis Allatii opusculo etiam in exempla Fabricii et Mansii transiit, multis locis correximus et planiorem reddere studuimus.

2) In editione Leonis Allatii, quam diximus, legitur *Σημείωμα*, quod Fabricius l. c. pag. 114. et Mansi Coll. SS. Conc. XIX, 811. intactum reliquerunt; cod. Vindob., ut testatur Lambeccius (vid. annotationem superiorem), habet: *Σημείωσις*. Hoc idem insignificat atque illud, quod nos emendavimus: *Σημείωμα*, „decretum vel edictum sigillo firmatum.“ Cf. *Du Cangii* glossar. med. et inf. Graec. tom. II, 1632.

3) *Πιττάκιον* intelligitur charta excommunicationis. Vox ipsa est Graeca originem ducens a voc. *πίττα*, i. e. pix, pro qua origine generatim significat indicem sive tabulam pice illitam. Paulo aliter Philaemon in lex. technolog.: *λέγεται δὲ καὶ πιττάκιον τὸ χαρτίον διὰ τὸν τρόπον τῆς πτύξεως· ὡς γὰρ δελτωτὸν σχῆμα τοῦ δέλτου, οὕτω καὶ πιττάκιον διά τό τε τραγωνίζεσθαι πτυσσόμενον ὁμοίως πως τῷ τῆς χυτῆς πίττης σχηματισμῷ.* „Usus pittaciorum apud veteres varius fuit. *Theodorus Balsamon* ad can. XVII. apost. meminit *πιττακίων ἀρχιερατικῶν* apud *Gulielmum Severegium* pandect. canonum tom. II. part. II. Add. *Isaacum Casaubonum et Claudium Salmasium* not. ad

ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι τῶν κατηχουμενείων[5] *συνεδριαζότων αὐτῷ θεοφιλεστάτων μητροπολιτῶν Θεοφάνους Κυζίκου καὶ συγκέλλου*[6], *Νικήτα Χαλκηδόνος καὶ συγκέλλου*[7], *Λαυρεντίου Δυῤῥαχίου καὶ συγκέλλου, Ἀνθίμου Σίδης, Νικολάου Πισινοῦντος*[8], *Λέοντος Μύρων, Λέοντος Τραπεζοῦντος, Ἰωάννου Σμύρνης, Ευσεβίου Ἀδριανουπόλεως, Κωνσταντίνου Μιτυλήνης*[9], *Νικολάου Χωνῶν, Ὑπατίου Ἱδροῦντος, καὶ ἀρχιεπισκόπων Λέοντος Καραβιζύης, Γρηγορίου Μεσημβρίας, παρισταμένων καὶ τῶν πατριαρχικῶν ἀρχόντων.*

Οὐκ ἦν ἄρα, ὡς ἔοικε, κόρος τῷ πονηρῷ τῶν κακῶν. Διὰ τοῦτο γὰρ οὐ παύεται τοῖς εὐσεβέσιν ἐπιφυόμενος καὶ καινόν τι κατὰ τῆς ἀληθείας ἀεὶ ἐφευρίσκειν ἐκμηχανώμενος. τοιγάρτοι καὶ μυρίαις μὲν τόσαις ἀπάταις πρὸ τῆς ἐν σαρκὶ τοῦ δεσπότου παῤῥησίας[10] *τὸν ἄνθρωπον ὑπηγάγετο, μυρίαις δὲ καὶ μετὰ ταῦτα πλάναις καὶ δελεάσμασιν ὑποσκελίζειν καὶ παρασύρειν τοὺς αὐτῷ πειθομένους οὐχ ὑφῆκεν ὅλως οὐδὲ διέλιπεν.*

Ἀλλὰ καὶ τούτων ἐκποδὼν[11] *γενομένων*

a dextris catechumenorum et simul cum eo considentibus Dei amantissimis metropolitis Theophane Cyzici et syncello, Niceta Chalcedonis et syncello, Laurentio Dyrrhachii et syncello, Anthimo Sides, Nicolao Pisinuntis, Leone Myrorum, Leone Trapezuntis, Ioanne Smyrnae, Eusebio Adrianopolis, Constantino Mitylenes, Nicolao Chonarum, Hypatio Hidruntis et archiepiscopis Leone Carabizyae, Gregorio Mesembriae, assistentibus etiam patriarchalibus nobilibus.

Nequam et improbo daemoni non sat fuit, ut videtur, malorum. Propterea enim in pios homines arrepere et novum quid adversus veritatem semper excogitare non cessat. Quapropter etiam innumeris fere fraudibus ante Domini in carne adventum hominem illusit, innumeris vero postmodo erroribus et illecebris supplantare et dejicere eos, qui illi credebant, omnino non destitit neque unquam praetermisit.

Verumtamen his quoque de medio sublatis

Aelii Lampridii Alex. Severum cap. XXI, p. 912; *Jo. Casp. Suicerum* thesaur. eccl. tom. II. p. 744. et *Sam. Pitiscum* lexic. antiqu. Rom. tom. II. p. 91.“ (Io. Georgii Walchii histor. controv. Gr. et Lat., de process. Spir. sancti p. 52.)

4) All. *Ἰουνίῳ*, ut etiam in interpr. Lat. *Junio.* Sed scribendum esse *Ἰουλίῳ* quum loci duo], qui infra leguntur (cf. annot. 79) tum verba haec ex Humberti commemoratione ostendunt: „*praefati nuntii XVII. Kal. Augusti adierunt ecclesiam Sanctae Sophiae et super obstinatione illius conquesti clero ex more ad missas praeparato jam hora III diei sabbati chartam excommnicationis super principale altare posuerunt.*“ (p. 151. b. 18.)

5) Cod. Vindob. ap. Lambecc. *κατηχουμένων*· „*κατηχούμενα, κατηχουμενεῖα* sunt *porticus superiores* totam aedis sacrae fabricam ambientes, in quibus consistebant mulieres, dum sacra liturgia peragebatur atque ita discretae a viris, qui in ipso *ναῷ* erant. Sic autem dictae hae porticus, quod in iis homilias atque adeo divinas preces auditu eae perciperent.“ *Ducangius*, apud quem *plura* reperias *Glossar. med.* et *infimae Graecitatis* tom. I. col. 621.

6) *σύγκελλος* (sive, ut interdum prave scribitur, *σύγγελλος*,) i. e. *concellaneus*, *domesticus*, qui in eadem cella habitat, tanquam socii vitae testis, qui mos ut plurimum inter monachos et episcopos obtinet, unde dignitatis ecclesiasticae nomen est, ut h. l. Gloss. *σύγκελλος· ἀξίωμα.* Significat igitur patriarchae vel episcopi concellaneum. Plura vide ap. *Ducangium* II, 1471.

7) All. *Συγγέλλον* (vid. annot. proxime superiorem).

8) All. *Πισυνοῦντος.*

9) All. *Μιτιλήνης.*

10) i. q. *ἐπιφανείας.* Quae significatio iam a LXX interpretibus V. T. inde invaluit, ut docet *Ad. Coraës* in Isocrat. *τόμ. β΄. σελ.* 122. *Παῤῥησία· ἐξουσία, ἄδεια τοῦ λαλεῖν παρά τὸ Πᾶς καὶ τὸ Ῥῆσις· καὶ Παῤῥησιάζομαι τὸ ἀδεῶς ἐν ἅπασι λέγω· ἡ δὲ συνήθεια* [i. e. vulgaris Graecorum sermo] *παρὰ ταῦτα καὶ ἐπὶ τοῦ εἰς μέσον παρέρχομαι καὶ ἐμφανὴς καθίσταμαι κατὰ μέσην διάθεσιν κέχρηται τῷ Παῤῥησιάζομαι. καὶ ἐνεργητικῶς Παῤῥησιάζω ἐπὶ τοῦ ἕτερον εἰς μέσον προάγω καὶ ἐμφανῆ καθίσταμαι. ἔοικε δ' ἀπ' αὐτῶν τῶν Πτολεμαϊκῶν χρόνων τὴν ἀρχὴν λαβεῖν ἡ σημασία, ἐπεὶ παρὰ τοῖς Ἑβδομήκοντα* (*ψαλμ.* לג΄, 2) „*Θεὸς ἐκδικήσεων ἐπαῤῥησιάσατο*“ *οὐδέν ἐστιν ἕτερον ἢ Θεὸς ἐκδικήσεων ἐπεφάνη.*

11) Allat. *ἐκ ποδῶν.*

καὶ εὐσεβοῦς καὶ βαθείας ἐλπίδος τοῖς εὐσεβεῖν ὑποτρεφομένης[12] *ἐθέλουσι μήτ᾽ ἂν καινοτέρων δυσσεβημάτων ἐφευρετὰς γενέσθαι ποτὲ ἐν πᾶσιν οἷς κατὰ τοῦ ὀρθοῦ λόγου ὁ πονηρὸς πειρᾶσαι*[13] *ἐσποίδασεν εἰς τοὐναντίον αὐτῷ τῶν μηχανημάτων περιτραπέντων νῦν τινες δυσσεβεῖς ἄνδρες καὶ ἀποτρόπαιοι καί, τί γὰρ οὐκ ἄν τις εὐσεβῶν τούτους ὀνομάσειεν; ἄνδρες ἐκ σκότους ἀναδύντες (τῆς γὰρ ἑσπερίου μοίρας ὑπῆρχον γεννήματα) εἰς τὴν εὐσεβῆ ταύτην ἐλθόντες πόλιν καὶ θεοφύλακτον, ἀφ᾽ ἧς ὥσπερ ἀπό τινος ὑψηλοῦ καὶ μετεώρου χωρίου αἱ τῆς ὀρθοδοξίας πηγαὶ ἀναδύονται καὶ καθαρὰ τῆς εὐσεβείας τὰ νάματα ἐς τὰ τῆς οἰκουμένης διαῤῥέουσι πέρατα καὶ ποταμῶν δίκην τὰς ἐν ἁπάσῃ τῇ ὑφ᾽ ἥλιον ψυχὰς τοῖς εὐσεβέσι δόγμασι καταδεύουσιν*[14], *εἰς ταύτην ὥσπερ κεραυνὸς ἢ σεισμὸς ἢ χαλάζης πλῆθος, εἰ χρὴ δὲ μᾶλλον εἰπεῖν οἰκειότερον, ὡς μονιὸς*[15] *ἄγριος εἰσπηδήσαντες τὸν ὀρθὸν λόγον τῇ διαφορᾷ τῶν δογμάτων καταλυμήνασθαι ἐπεχείρησαν, ὡς καὶ γραφὴν ἀποθέσθαι ἐν τῇ μυστικῇ τῆς μεγάλης τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας τραπέζῃ, δι᾽ ἧς ἡμᾶς, μᾶλλον δὲ τὴν ὀρθόδοξον τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν καὶ πάντας τοὺς μὴ συνυπαγομένους τοῖς αὐτῶν δυσσεβήμασιν ὀρθοδόξους ἀναθέματι δι᾽ αὐτὸ τοῦτο, ὅτι εὐσεβεῖν καὶ τὸ ὀρθόδοξον προβαίνειν ἐθέλομεν, καθυπέβαλον ἐγκαλέσαντες ἡμῖν ἄλλα τέ τινα, καὶ ὅτι τοὺς πώγωνας παραπλησίως ἐκεί-*

cum ab iis, qui pietatem amplectuntur, pia magnaque spes aleretur nunquam in posterum novae impietatis inventores extituros atque in omnibus his, quae contra rectam rationem improbus ille disseminare studuit, contra atque ipse speraverat, machinae illius dissipatae essent, nunc quidam homines impii ac nefarii et, quo nomine non quicumque pietatem colit eos appellet? homines e tenebris erumpentes, nam ex Hesperia originem ducunt, in pietatis cultricem hanc et a Deo conservatam urbem venerunt, ex qua tanquam ex alta et eminente specula orthodoxiae fontes erumpunt et pura pietatis fluenta in orbis terrarum fines perfluunt et fluviorum instar animas, quae sub sole degunt, omnes piis dogmatis irrigant, in hanc veluti fulmen, vel turbo vel grandinis copia, vel ut magis proprie rem indicemus, veluti silvester porcus irruerunt et rectam rationem diversitate dogmatum polluere conati sunt ita, ut et literas in mystica magnae Dei ecclesiae reponerent mensa, quibus nos, immo orthodoxam Dei ecclesiam, omnesque, qui impiis eorum dogmatis non abrepti sunt, orthodoxos, ob id ipsum, quod pii esse et fidem orthodoxam dilatari cupimus, anathemate feriunt incusantes nos in multis aliis et praeterea, quod barbam aeque atque illi radere eamque, quae

12) Fortasse *ἐθέλουσιν ὑποστρεφομένης*.

13) Allat. *πειράσαι*.

14) All. *καταρδεύουσιν*.

15) Hic significatus sermonis posteriorum temporum proprius est. Ortus autem videtur esse ex dicendi genere, quale est apud *Lucianum* in epistolarum Saturnal. cap. 34: *Οὐδὲ γὰρ ὁμοίως ἡδὺ μόνον ἐμπίπλασθαι, ὥσπερ τοὺς λέοντάς φασι καὶ τοὺς μονιοὺς τῶν λύκων κτλ.* i. e. genus luporum solivagum. Illo loco *Godofredus Maluynus* legendum esse censebat *μονιοὺς τῶν συῶν*, quia lupi bini solerent incedere, at apri *μονιοὶ* dicerentur (cf. Aelian. var. hist. XV, 3), sed refutatus est a *Bourdelotio* in annot. ad locum Luciani allatum. Interdum enim occurrit *μονιὸς* significans *μονόλυκον*, ut apud Leon. Tar. (Antholog. Palat. VI, 262, 2: *Τὸν μονιὸν καὶ ἔπαυλα βοῶν καὶ βώτορας ἄνδρας σινόμενον κλαγγάν τ᾽ οὐχὶ τρέσαντα κυνῶν Εὐάλκης . . . . ἐκ ταύτης ἐκρέμασε πίτυος*). Saepius etiam *μονιὸς porcus solivagus* dicitur, ut iam *Aesop.* fab. 54: *Μονιὸς ἄγριος ἐπί τινος ἑστὼς δένδρου τοὺς ὀδόντας ἔθηγεν.* et apud LXX interpretes Psalm. 79, 14: *ἐλυμήνατο αὐτὴν ὗς ἐκ δρυμοῦ καὶ μονιὸς ἄγριος κατενεμήσατο αὐτήν*, ad quem locum sic *Theodoretus*: *μονιὸν δὲ ἄγριον καλεῖ τὸν καθ᾽ ἑαυτὸν διάγοντα σῦν, ὃς τῶν ἄλλων ἐστὶν ἀγριώτερος ἅτε δὴ καὶ τὴν πρὸς αὐτοὺς κοινωνίαν ἀποστρεφόμενος.* *Suidas* expl.: *Μονιός· ἄγριος ὗς, ὁ μεμονωμένος· ἢ ὁ μονόλυκος.* *Cyrillus* exposit. Hoseae XIV, 8, ut annotat interpolator Hesychii *μονιὸν* dicit significare *ὄνον* i. e. asinum silvestrem, alii *μέγα θηρίον καὶ κατὰ μόνας νεμόμενον*.

νοις ξυρᾶν[16] καὶ τὴν κατὰ φύσιν ἀνθρώπου μορφὴν παρὰ φύσιν ἐξαλλάσσειν οὐκ ἀνεχόμεθα· πρὸς δὲ καὶ ὅτι μὴ διακρινόμενοι ἀπὸ πρεσβυτέρων μεταλαμβάνειν γεγαμηκότων[17]· πρὸς ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις, καὶ ὅτι τὸ ἱερὸν καὶ ἅγιον σύμβολον, ὃ πᾶσι τοῖς συνοδικοῖς καὶ οἰκουμενικοῖς ψηφίσμασιν ἄμαχον ἔχει τὴν ἰσχὺν, νόθοις λογισμοῖς καὶ παρεγγράπτοις λόγοις καὶ θράσους ὑπερβολῇ μὴ κιβδηλεύειν ἐθέλομεν, μηδὲ παραπλησίως ἐκείνοις ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ[18] τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον(ὢ[19] τῶν τοῦ πονηροῦ μηχανημάτων) ἀλλ' ἐκ τοῦ πατρὸς φαμὲν ἐκπορεύεσθαι, μήτε τῇ γραφῇ προσέχειν ἐθέλοντες, ἣ[20] „οὐκ ἀκομαδαρώσετε[21]" φησὶ[22] „τοὺς πώγωνας ὑμῶν[23]", οὔτε μὴν ἐννοεῖν ὅλως βουλόμενοι, ὅτι γυναιξὶν εὐπρεπὲς τοῦτο ὁ κτίσας ἐποίησε θεός, ἀνδράσι δὲ ἀνάρμοστον ἐδικαίωσεν ἀλλὰ καὶ τὸν τέταρτον[24] τῆς ἐν Γάγγρᾳ συνόδου „περὶ τῶν τὸν γάμον βδελυσσομένων φανερῶς ἀτιμάζοντες, ὅς φησιν[25] „εἴ τις διακρίνοιτο παρὰ πρεσβυτέρου γεγαμηκότος, ὡς μὴ χρῆναι λειτουργήσαννος αὐτοῦ προσφορᾶς μεταλαμβάνειν, ἀνάθεμα ἔστω" κατ' αὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ τὴν ἕκτην σύνοδον ἀθετοῦντες καὶ ἀτιμάζοντες, ἥ φησιν[26]. „ἐπειδὴ ἐν τῇ Ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ ἐν τάξει κανόνος παραδεδόσθαι διέγνωμεν τοὺς μέλλοντας διακόνου ἢ πρεσβυτέρου ἀξιοῦσθαι χειροτονίας καθομολογεῖν ὡς οὐκέτι ταῖς αὐτῶν συνάπτονται γαμεταῖς, ἡμεῖς ἀρχαίοις ἐξακολουθοῦντες κανόσι τῆς ἀποστολικῆς ἀκριβείας καὶ τάξεως τὰ τῶν ἱερῶν ἀνδρῶν κατὰ νόμους συνοικέσια ἀπὸ τοῦ νῦν ἐῤῥῶ-

est secundum naturam hominis figuram, contra naturam immutare non sustinemus; ad haec quod non divisi a presbyteris matrimonio junctis communionem suscipimus; ad haec, quod sacrosanctum symbolum, quod omnibus synodalibus et oecumenicis decretis inconcussum atque inexpuguabile robur habet, spuriis cogitatis et sermonibus adulterinis et audaciae excessu adulterare nolumus nec, ut illi, ex Patre et Filio Spiritum sanctum, (o improbi daemonis machinas!) sed ex Patre dicimus procedere, neque scripturae animum advertere volentes, quae »non deglabrabitis,« ait, »menta vestra«, neque omnino intelligere volentes decorum id mulieribus creatorem Deum statuisse, quod indecorum esset viris, sed et quartum Gangrensis synodi canonem de iis, qui a nuptiis abhorrent, palam contemnentes, qui dicit: »Si quis se dividit a presbytero conjugato, quasi non oporteat, postquam ille sacrum fecerit, illius oblationis participem fieri, anathema sit.« Et in hoc etiam sextam synodum rejicientes et contemnentes, quae ait: »Quoniam Romanae ecclesiae pro canone traditum esse cognovimus, ut qui ad diaconatum, vel presbyteratum promovendi sunt, profiteantur se non iam suis uxoribus conjungi, nos antiquos canones Apostolicae perfectionis ordinisque servantes hominum, qui sunt in sacris, conjugia deinceps ex hoc temporis momento firma et stabilia esse volumus

16) Idem Latinis iterum exprobrat Michaël Caerularius epistol. I. ad Petrum Antiochenum cap. XII. Confer infra annotationem huc pertinentem.

17) Idem in epistola prima Michaëlis Caerularii ad Petrum Antiochenum cap. XIII. repetitur.

18) Admodum memorabile est hoc demum loco in illis pugnis saeculo undecimo primum hanc summi momenti controversiam commemorari neque id ponderis ei tribui, quod exspectare possis.

19) All. ὢ.

20) All. ἥ.

21) ἀκομαδαροῦν, ex κόμη et δέρειν: comam vellicare, nudare.

22) Levit. XIX, 27.

23) Allat. ἡμῶν.

24) Intell. κανόνα.

25) Cf. supra Nicetae libell. cett. cap. XV.

26) Cf. Nicet. l. c. cap. VII. annot. 16.

σθαι βουλόμεθα μηδαμῶς αὐτῶν τὴν πρὸς τὰς γαμετὰς συνάφειαν διαλύοντες ἢ ἀποστεροῦντες αὐτοὺς τῆς πρὸς ἀλλήλους κατὰ καιρὸν τὸν προσήκοντα ὁμιλίας. Ὥστε εἴ τις ἄξιος εὑρεθῇ πρὸς χειροτονίαν διακόνου ἢ ὑποδιακόνου, οὗτος μηδαμῶς κωλυέσθω ἐπὶ τὸν τοιοῦτον βαθμὸν ἐπαναβιβάζεσθαι νομίμῳ συνοικῶν γαμετῇ. μηδὲ [27] μὴν ἐν τῷ τῆς χειροτονίας καιρῷ ἀπαιτείσθω ὁμολογεῖν, ὡς ἀποστήσεται τῆς νομίμου πρὸς τὴν οἰκείαν γαμετὴν ὁμιλίας, ἵνα μὴ ἐντεῦθεν τὸν ἐκ θεοῦ νομοθετηθέντα καὶ εὐλογηθέντα τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ γάμον καθυβρίζειν ἐκβιασθῶμεν τῆς τοῦ εὐαγγελίου [28] φωνῆς ἐκβοώσης, „οὓς ὁ θεὸς ἔζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω,“ καὶ τοῦ ἀποστόλου διδάσκοντος [29], „τίμιον τὸν γάμον ἐν πᾶσι, καὶ τὴν κοίτην ἀμίαντον,“ καὶ [30] „δέδεσαι γυναικὶ, μὴ ζήτει λύσιν.“ Εἴ τις οὖν τολμήσει παρὰ τοὺς ἀποστολικοὺς κανόνας κινούμενος τινὰ τῶν ἱερωμένων [31], πρεσβυτέρων φαμὲν, ἢ διακόνων, ἢ ὑποδιακόνων ἀποστερεῖν τῆς πρὸς τὴν νόμιμον γυναῖκα συναφείας καὶ κοινωνίας, καθαιρείσθω. ὡσαύτως καὶ εἴ τις πρεσβύτερος ἢ διάκονος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα προφάσει εὐλαβείας ἐκβάλλοι, ἀφοριζέσθω, ἐπιμένων δὲ καθαιρείσθω.“

πρὸς ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις μηδὲ ἐννονεῖν ὅλως ἐθέλοντες, ἐν οἷς τὸ πνεῦμα οὐκ ἐκ τοῦ πατρὸς, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ φασὶν ἐκπορεύεσθαι, ὅτι οὔτε ἀπὸ εὐαγγελιστῶν τὴν φωνὴν ἔχουσι ταύτην, οὔτε ἀπὸ οἰκουμενικῆς συνόδου τὸ βλάσφημων τοῦτο κέκτηνται δόγμα. Ὁ μὲν γὰρ κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν φησὶ [32] „τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὁ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται.“ Οἱ δὲ τῆς καινῆς ταύτης δυσσεβείας πατέρες τὸ πνεῦμα φασὶν, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεται. Ἀλλὰ μηδὲ συνορῶντες πάλιν, ὡς εἰ ἐν ᾧ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται τὸ πνεῦμα, ἡ ἰδιότης ἐπιγινώσκεται αὐτοῖ, ὡσαύτως καὶ εἰ ἐν ᾧ γεννᾶται ὁ

nequaquam eorum cum uxoribus conjunctionem dissolventes vel eos mutua tempore convenienti consuetudine privantes. Quamobrem si quis dignus inventus fuerit, qui hypodiaconus, vel diaconus, vel presbyter ordinetur, is ad talem gradum assumi nequaquam prohibeatur, si cum legitima uxore cohabitet. Sed neque ordinationis tempore ab eo postuletur, ut profiteatur se a legitima cum uxore consuetudine abstenturum, ne ex eo a Deo constitutas et sua praesentia benedictas nuptias injuria afficere cogamur evangelica voce exclamante »Quos Deus conjunxit, homo ne separet:“ et Apostolo docente: »Honorabiles nuptias«, et »torum immaculatum« et: »Alligatus es uxori, ne quaere solutionem.« Si quis ergo praeter Apostolicos canones incitatus aliquem eorum, qui sunt in sacris presbyterorum inquimus, vel diaconorum, vel hypodiaconorum, conjunctione cum legitima uxore et consuetudine privare audebit, deponatur. Similiter et si quis presbyter vel diaconus suam uxorem pietatis praetextu ejecerit, segregetur, et si perseveret, deponatur.«

Praeter haec omnia nihil omnino sapientes Spiritum non ex Patre, sed ex Filio quoque affirmant procedere; cum vocem illam neque ab evangelistis habeant, neque blasphemum hoc dogma a synodo oecumenica hauserint. Dominus enim Deus noster ait »Spiritus veritatis, qui a Patre procedit.« Verumtamen novae hujusce impietatis parentes Spiritum inquiunt, qui a Patre et Filio procedit; non illud rursus attentendes, si in quo Patre Spiritus procedit, proprietas illius cognoscitur, similiter et si in quo generatur Filius, Filii; et

27) All. μήτε.
28) Matth. XIX, 6. Marc. X, 9.
29) Ad Hebr. XIII, 4.
30) ep. I. ad Corinth. VII, 27.
31) All. ἱερομένων.
32) Ioann. XV, 26.

υἱὸς, ἡ τοῦ υἱοῦ. ἐκπορεύεται δὲ, ὡς ὁ αὐτῶν λῆρος, καὶ τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ υἱοῦ, πλείοσιν ἄρ' ἰδιότησιν διαστέλλεται τὸ πνεῦμα τοῦ πατρὸς, ἤπερ ὁ υἱός. κοινὸν μὲν γὰρ πνεύματι καὶ υἱῷ ἡ ἐξ αὐτοῦ τοῦ πατρὸς πρόοδος, ἰδία δὲ τοῦ πνεύματος ἡ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπόρευσις, οὐ μὴν καὶ ἡ ἐκ τοῦ υἱοῦ. εἰ δὲ πλείοσι διαφοραῖς διαστέλλεται τὸ πνεῦμα, ἤπερ ὁ υἱὸς, ἐγγυτέρω ἂν εἴη τῆς πατρικῆς οὐσίας ὁ υἱὸς, ἤπερ τὸ πνεῦμα. Καὶ οὕτως ἡ Μακεδονίου πάλιν κατὰ τοῦ πνεύματος παρακύψειε τόλμα τὸ ἐκείνων ὑποδυομένη δρᾶμα[33] καὶ τὴν σκηνήν. χωρὶς δὲ τῶν εἰρημένων, οὐδὲ συνιέναι ὅλως ἐθέλουσιν, ὅτι εἰ πᾶν, ὅπερ μή ἐστι κοινὸν τῆς παντοκρατορικῆς καὶ ὁμοουσίου Τριάδος, ἑνός ἐστι μόνου τῶν τριῶν. Οὐκ ἔστι δὲ ἡ τοῦ πνεύματος προβολὴ κοινὸν τῶν τριῶν, ἑνὸς ἄρα ἐστὶ μόνου τῶν τριῶν. ἀλλ' οἱ μὲν οὕτως ἡμῶν τε αὐτῶν καὶ τῆς ὀρθοδόξου τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας[34] κατηναιδεύσαντο[35] ἀφ' ἑτέρας[36] μὲν ἢ ἀπὸ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης πρὸς τὸν φιλευσεβέστατον ἡμῶν αὐτοκράτορα ἀφικόμενοι, ἄλλα δὲ τινὰ κατὰ τοῦ ὀρθοδόξου τῆς ἐκκλησίας πληρώματος σκαιωρήσαντες, μᾶλλον δὲ καὶ αὐτὴν τὴν ἄφιξιν πεπλασμένην τὴν ἀρχὴν ποιησάμενοι καὶ ἐκ τῆς Ῥώμης μὲν ἀφικέσθαι καὶ παρὰ τοῦ πάπα ἀποσταλῆναι σκηψάμενοι, τῆς[37] δὲ ἀληθείας ταῖς παρὰ τοῦ Ἀργυροῦ[38] δολεραῖς ὑποθήκαις καὶ συμβουλαῖς αὐτοί τε ἀφ' ἑαυτῶν ἀφικόμενοι καὶ μηδὲ[39] παρὰ τοῦ πάπα ἀποσταλέντες[40], ἀλλὰ γράμματα, ἃ ὡς ἀπ' ἐκείνου δῆθεν ἐπεφέροντο, πλασά-

procedit, ut ipsi nugantur, et Spiritus a Filio, pluribus proprietatibus Spiritum a Patre discerni, quam Filium. Communis enim Spiritui et Filio ex ipso Patre processus, propria vero Spiritus ex Patre processio, non vero etiam a Filio. Quod si vero pluribus differentiis Spiritus quam Filius discernitur, propior erit paternae substantiae Filius, quam Spiritus. Et sic rursus Macedonii adversus Spiritum conatus emergent, eorum fabulam scenamque induens. Et praeter ea, quae jam dicta sunt neque illud intelligere omnino volunt omne, quod commune non est omnium dominatricis et consubstantialis Trinitatis, unius tantummodo ex tribus esse. Sed hi quidem hac ratione et contra nos, et orthodoxam Dei ecclesiam impudenter sese gesserunt, ab altera urbe atque a vetere Roma ad piissimum nostrum imperatorem accedentes, et alia quaedam contra orthodoxorum ecclesiae coetum dolo malo machinati, immo vero et ipsum accessum ab initio mentiti, quum comminiscerentur se ex urbe Roma accessisse missosque esse a papa, re autem ipsa fraudis plenis admonitionibus et consiliis Argyri, ipsi ex se advenerant nullo modo a papa missi, sed etiam literas, quas ab eo, ut ipsi dicebant, deferebant, commenti sunt: quod quum ab aliis

33) All. δράμα.

34) Cf. primae Michaëlis epist. ad Petrum Antioch. cap. VII.

35) All. κατηναιδεύσαντο.

36) Sic corrigendus esse nobis locus visus est; apud Allatium legitur: ἐφ' ἑτέρας μὲν ἀπὸ τῆς πρεσβυτέρας κτλ. at in interpretatione Latina: ab altera quam a vetere Roma cett.

37) All. ταῖς δὲ ἀληθείαις. Fabr. ταῖς δὲ ἀληθείας.

38) All. ἀργυροῦ.

39) All. μήτε.

40) Hoc commentum vel solum ad patriarchae mores perspiciendos eiusque fallacias detegendas sufficit. O impudentiam et dementiam! legatos ipsos ex se neqne a papa missos Constantinopolim venisse. Atque quamvis vix credibile videri possit Michaëlem tam stolide coram episcopis Graecis mentitum esse, is tamen bonum insaniae suae eventum sperasse videtur. Populares enim suos noverat eorumque imbecillitatem et ignorantiam perspectam habebat. Quin etiam criminationem, de qua sermo est, et alteram sigilla a legatis adulterata fuisse, in utraque epistola ad Petrum Antiochenum (vide infra) repetitam invenimus.

μενοι. τοῦτο γὰρ ἀπό τε ἄλλων διεγνώσθη πολλῶν καὶ ἀπὸ τοῦ τὰς τῶν γραμμάτων σφραγῖδας[41] νενοθευμένας φανερῶς φωραθῆναι. αὐτὸ μὲν οὖν τὸ παρὰ τῶν δυσσεβῶν τούτων ἀποτεθὲν ἔγγραφον καθ᾽ ἡμῶν Ἰταλικοῖς γράμμασι γεγραμμένον καὶ ἐπὶ παρουσίᾳ τῶν ὑποδιακόνων τῆς δευτέρας ἑβδομάδος παρ᾽ αὐτῶν πρῶτον μὲν τῇ τραπέζῃ τῆς τοῦ θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας ἐπιτεθὲν, ὕστερον δὲ διὰ τὸ τοὺς ὑποδιακόνους ἀπώσασθαι τοῦτο καὶ τῆς θείας ἀποῤῥῖψαι[42] τραπέζης καὶ προτείνασθαι μὲν τοῖς θεῖσι λαβεῖν, ἐκείνους δὲ μὴ βουληθῆναι τοῦτο κατὰ τοῦ ἐδάφους ῥιφὲν καὶ εἰς χεῖρας πολλῶν ἐλθὸν, ἵνα μὴ δημοσιευθῇ τὰ ἐν αὐτῷ βλασφημούμενα, ἡ μετριότης ἡμῶν ἀνελάβετο. εἶτα τῶν τὴν Ἰταλίδα γλῶσσαν εἰς τὴν Ἑλλάδα μεταβάλλειν εἰδότων προκαλεσαμένη τινὰς, ἤγουν τὸν πρωτοσπαθάριον[43] Κοσμᾶν, τὸν Ῥωμαῖον, τὸν Πυρὸν[44] καὶ τὸν μοναχὸν Ἰωάννην, τὸν Ἰσπανὸν, μεταφράσαι τὸ ἔγγραφον ἐπετρέψατο. Καὶ τοῦ ἐγγράφου παρὰ τούτων μεταφρασθέντος εἶχεν ἡ του[illegible]φὴ αὐτοῖς ῥήμασιν οὑτωσί·[45] Ὥστις ἂν τῇ πίστει καὶ τῇ θυσίᾳ τῆς Ῥωμαϊκῆς καὶ ἀποσολικῆς καθέδρας ἀντιλέγῃ[46], ἀνάθεμα ἔστω καὶ μήτε δεχέσθω ὀρθόδοξος, ἀλλὰ λεγέσθω προζυμίτης[47] καὶ νέος Ἀντίχριστος[48]. Οὔβερτος θεοῦ χάριτι τῆς ἁγίας τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἐπίσκοπος,

multis rebus agnitum est, tum ex hac re potissimum, quod manifesto litterarum sigilla adulterata esse deprehensa sunt. Scriptum autem ipsum ab impiis hisce contra nos repositumItalicis literis exaratum et in praesentia hypodiaconorum secundae hebdomadis ab ipsis primum altari Dei magnae ecclesiae impositum, postmodum, quod hypodiaconi illud summoverunt et a sacra mensa abjecerunt, et illis, qui imposuerant, ut denuo reciperent, porrexerunt, illi noluerunt, scriptum in pavimentum dejectum, cum jam in manus multorum pervenisset, ne quae in eo blasphema dicta essent, promulgarentur, mediocritas nostra in se recepit. Tum nonnullos, qui ex Italica lingua in Graecam convertere callent, protospatharium Cosmam, Romanum, Pyrum et monachum Ioannem Hispanum, advocandos curavit eosque scriptum illud interpretari jussit. Quod quum illi interpretati essent, sententia his iisdem verbis ita sese habebat: »Quicunque fidei et sacrificio Romanae et Apostolicae sedis contradicit, anathema sit nec recipiatur orthodoxus, sed dicatur prozymita et novus Antichristus. Humbertus, Dei gratia sanctaeRomanae ecclesiae episcopus, Petrus Amalfitanorum archiepiso-

41) Allat. *σφραγίδας.*

42) Allat. *ἀποῤῥίψαι.* Sed in his et similibus, licet a vero non abhorreat Graeculos istius temporis abjecta quantitate vocalium saepe ita scripsisse, nos tamen normam grammaticam restituendam esse censemus.

43) *πρωτοσπαθάριος* i. e. primus spathariorum s. armigerorum. Dicti enim sunt *οἱ σπαθάριοι* a *σπάθῃ*, quae vox *ξίφος* significat. De protospathariis *Codinus de offic. palat.* cap. V. num. 55: *ὁ πρωτοσπαθάριος λέγεται, ὅτι ἦν κατὰ μὲν τὸ παλαιὸν πρῶτος τῶν σπαθαρίων παραμονῶν.* Olim protospatharii primae dignitatis erant, unde inviti ad testimonium dicendum vocari non poterant, ut est ap. *Michaëlem Attaliat.* tit. XVI. *ἐξκουσεύονται δὲ ἀρχιερεῖς καὶ ἱερεῖς καὶ πρωτοσπαθάριοι καὶ οἱ μείζονος ἀξιώματος, ὥστε μὴ μαρτυρεῖν ἄκοντας.* Quocirca in *glossis Basil.* *Ἰλλούστριοι* exponuntur *πρωτοσπαθάριοι.* Erant enim postremi ex illustrium ordine.

44) Allat. *πυρὸν.*

45) Excommunicatio satis accurate Graece conversa hic subjicitur; nam nisi in paucis iisque levibus rebu ab archetypo (quod dedimus supra pag. 153. 154) non recedit.

46) Allat. *ἀντιλέγοι.*

47) *προζυμῖται* a *προζύμῃ* fermento dicuntur Romanis catholicis Graeci, quia ex fermentato pane sacram eucharistiam conficiunt, ut vicissim Graecis Romani *ἀζυμῖται.*

48) Hucusque pertinet excommunicatio in praesentia imperatoris et optimatum eius facta (vid. supra pag. 154.

Πέτρος τῶν Ἀμαλφηνῶν ἀρχιεπίσκοπος, Φερεδέριχος[49] *διάκονος καὶ καγκελλάριος*[50] *πᾶσι τοῖς τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τέκνοις. Ἡ ἁγία Ῥωμαϊκὴ πρώτη καὶ ἀποσολικὴ καθέδρα, πρὸς ἣν ἅτε δὴ πρὸς κεφαλὴν ἡ φροντὶς πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν ἰδικῶς ἐφαρμόζει, τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης καὶ χρείας χάριν, πρὸς ταύτην τὴν βασιλικὴν πόλιν ἡμᾶς ἀποκρισιαρίους αὐτῆς ποιῆσαι κατηξίωσεν, ἵνα καθὼς γέγραπται κατέλθωμεν καὶ ἴδωμεν, εἰ ἄρα ἔργῳ πεπλήρωται ἡ βοὴ, ἣ ἀδιαστίκτως ἐκ τηλικαύτης πόλεως ἀνέβανε πρὸς τὰ ὦτα αὐτῆς, εἰ δὲ καὶ μὴ ἦν οὕτως, γνῷ· ὅθεν γινωσκέτωσαν πρὸ μὲν πάντων οἱ δεδοξασμένοι αὐτοκράτορες, ὁ κλῆρος, ἡ σύγκλητος καὶ ὁ λαὸς ταύτης τῆς Κωνσταντινουπόλεως καὶ πᾶσα ἡ καθολικὴ ἐκκλησία ἡμᾶς ἐνταῦθα διεγνωκέναι, ὅθεν πλεῖστα χαιρόμεθα,*[51] *ἀγαθὸν καὶ μέγιστον, ὅθεν ἐλεεινῶς λυπούμεθα, κακόν. καὶ γὰρ ὅσον*[52] *πρὸς τοὺς κίονας τοῦ κράτους, καὶ τοὺς αὐτοῦ τετιμημένους καὶ τοὺς πολίτας σοφοὺς Χριστιανικωτάτη*[53] *καὶ ὀρθόδοξός ἐστιν ἡ πόλις· ὅσον δὲ πρὸς τὸν Μιχαὴλ τὸν καταχρηστικῶς λεγόμενον πατριάρχην καὶ τῆς αὐτοῦ ἀνοίας τοὺς συνεργοὺς, πλεῖστα ζιζάνια τῶν αἱρέσεων καθεκάστην διασπείρεται ἐν μέσῳ αὐτῆς, ὅτι καθὼς οἱ Σιμωνιακοὶ τὴν δωρεὰν τοῦ θεοῦ πιπράσκουσι καὶ ὡς Βαλέσιοι τοὺς παροίκους αὐτῶν ἐξευνουχίζουσι καὶ οὐ μόνον πρὸς κληρικᾶτα*[54] *ἀλλὰ καὶ πρὸς ἐπι-*

pus, Fridericus diaconus et cancellarius omnibus catholicae ecclesiae filiis. Sancta Romana prima et Apostolica sedes, ad quam tanquam adcaput cura omnium ecclesiarum specialiter adaptatur, ecclesiasticae pacis, ac utilitatis gratia ad hanc regiam urbem nos suos apocrisiarios suos facere dignata est, ut, quemadmodum scriptum est, descenderemus et videremus, si opere completus esset clamor, qui sine intermissione ex tanta urbe ad aures illius ascendit, cognosceretque, si res aliter se haberet. Quam ob rem cognoscant ante omnia gloriosi imperatores, clerus, senatus populusque Constantinopolitanus et omnis catholica ecclesia nos hic agnovissse, quod maxime laetamur, bonum et maximum, quod afflictum dolemus, malum. Nam quod pertinet ad columina imperii, virosque ab iisdem cohonestatos, et cives sapientes, maxime omnium christiana atque orthodoxa urbs est: quod ad Michaëlem, qui patriarchatu abutitur, et illius insipientiae socios, et consortes, in medio illius plurima haereseon zizania quotidie disseminantur. Quemadmodum enim Simoniaci donum Dei vendunt: ut Valesii hospites suos castrant, et non solum ad clericatum, sed insuper ad episcopatum promovent:

49) Cod. Vindob., ut testatur Lambeccius, *Φρεδέριχος* praebet. (Cf. supra pag. 155).

50) Allat. *σακελλάριος*. emendavimus ex cod. Vindob. apud Lambeccium.

51) Praesens pass.: *χαίρομαι* notus barbarismus est, quo *Aristophanes* Pac. vs. 291. Trygaeum suum barbarum utentem facit: „*ὡς ἥδομαι καὶ χαίρομαι κεὐφραίνομαι.*“

Ad quem locum enarrator Graecus haec annotat: *Ἑλληνίζειν βουλόμενος εἶπεν ἥδομαι καὶ χαίρομαι, καὶ ἐβαρβάρισεν· ἔδει γὰρ εἰπεῖν χαίρω. ἅμα δὲ οὗτος εἶπε πρὸς τὸ ὁμοιοκατάληκτον. οὐκ εἴρηται δὲ τὸ χαίρομαι· αὐτὸ γὰρ τὸ χαίρω αὐτοπαθὲς ὂν προϋφήρπασεν αὐτοῦ τὸ σημαινόμενον. λέγεται δὲ τὸ τοιοῦτο δατισμός.* Eundem barbarismum admisit *Alexander Aphrodisiensis* problem. lib. I. quaest. 20. *διὰ τί οἱ χαιρόμενοι ἀθρόως καὶ σφοδρῶς ποτὲ καὶ ἐκλύονται;* denique hoc vitium, ut multa alia similia, in vulgarem linguam Graecorum transiit, de quo usu vid. *Adamantii Coraïs Ἀτάκτων* II. p. 380 et IV. p. 668.

52) Allat. *ὅσοι*.

53) Allat. *χριστιανικώτατος*. Fortasse etiam scribendum est ordine inverso *σοφοὺς πολίτας*.

54) Allat. *Κληρικάτα*.

σκοπᾶτα[55] *ἀνάγουσιν, ὡς οἱ Ἀρειανοὶ ἀναβαπτίζουσι τοὺς ἐν ὀνόματι τῆς ἁγίας Τριάδος βεβαπτισμένους καὶ μάλιστα τοὺς Λατίνους, ὡς οἱ Δονατισταὶ ἐπικυροῦσιν,*[56] *ὅτι ἐκτὸς τῆς ἐκκλησίας τῶν Γραικῶν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Χριστοῦ καὶ τὴν ἀληθινὴν*[57] *θυσίαν καὶ τὸ βάπτισμα ἐξ ὅλου τοῦ κόσμου ἀπολωλέναι*[58], *ὡς οἱ Νικολαΐται*[59] *τοὺς σαρκικοὺς γάμους παραχωροῦσι καὶ διεκδικοῦσι τοῖς τοῦ ἱεροῦ θυσιαστηρίου ὑπηρέταις, ὡς οἱ Σεβηριανοὶ ἐπικατάρατόν φασι τὸν νόμον τοῦ Μωσέως, ὡς οἱ Πνευματομάχοι, ἢ Θεομάχοι, ἀπέκοψαν ἀπὸ τοῦ συμβόλου τοῦ ἁγίου πνεύματος τὴν ἐκπόρευσιν ἐκ τοῦ υἱοῦ*[60], *ὡς οἱ Ναζαρηνοὶ τὸν σαρκικὸν τῶν Ἰουδαίων καθαρισμὸν ἐπὶ τοσοῦτον τηροῦσιν, ὥστε τὰ βρέφη τὰ θνήσκοντα*[61] *πρὸ τῆς ὀγδόης ἡμέρας ἀπὸ τῆς γεννήσεως βαπτίζεσθαι ἀντιλέγειν καὶ τὰς γυναῖκας τὰς ἐν τοῖς καταμηνίοις αὐτῶν, εἴτε ἐν τῇ γέννᾳ*[62] *κινδυνευούσας κοινωνήσασθαι, εἴτε ἀβάπτισοί εἰσι, βαπτίζεσθαι διακωλύειν καὶ τὴν κόμην τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ πώγωνος ὡς οἱ Ναζωρηνοὶ τρέφοντες, τοὺς τὰς κόμας κείροντας καὶ κατὰ τὴν διάταξιν τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας τοὺς πώγωνας ξυρίζοντας εἰς τὴν*

ut Ariani rebaptizant in nomine sanctae Trinitatis baptizatos, et Latinos potissimum: ut Donatistae decernunt, extra Graecorum ecclesiam, ecclesiam Christi et verum sacrificium et baptisma ex universo orbe terrarum periisse: ut Nicolaïtae carnales nuptias concedunt defenduntque sacri altaris ministris: ut Severiani maledictam legem Moysis pronuntiant: ut Pneumatomachi sive Theomachi, Spiritus sancti ex Filio processionem ex symbolo absciderunt: ut Nazareni, carnalem Judaeorum munditiem adeo servant, ut parvulos morientes ante octavum diem ex quo nati sunt, baptizari oportere contradicant; et mulieres vel in menstruis vel in partu periclitantes communicare, vel si baptizatae non fuerint, baptizari prohibent et comam capitis et barbam veluti Nazareni nutrientes eos, qui comas tondent et secundum institutionem Romanae ecclesiae barbas radunt, in communionem non recipiunt. De

55) Allat. *Ἐπισκοαπ'τα.*

56) Allat. *ἐπικοροῦσιν,* quod nihil est. Dubitari autem non potest, quin nos recte *ἐπικυροῦσιν* rescripserimus; nam et mutatio lenissima est et usus ille verbi *ἐπικυροῦν* prorsus constat; *ἐπικυροῦν τὴν γνώμην,* quod recte *Henricus Stephanus* in *thesauro linguae Gr.* explicat, „non simpliciter *approbare s. comprobare eam sententiam*, sed *in eam sententiam decretum facere s. senatusconsultum*", legitur ap. *Thucyd.* III, 71. *Isae.* or. VII. §. 42. ed. Bekk. *Polyb.* IV, 24, 8. alibi. Et omisso accusativo *τὴν γνώμην* apud *Sophoclem,* Electr. vs. 703. ed. Dindorf.: *ἤκουσεν ὧν δεῖ κἀπεκύρωσεν καλῶς.* Porro *Eurip.* Orest. 854. *Xenoph.* Anab. III, 2, 32. *Demosth.* orat. XVII. §. 34. ed. Bekk.

57) Allat. *ἡ ἀληθινὴ θυσία,* quod structura accusativi c. infin. non patitur, praesertim quum accusativus *τὴν ἐκκλησίαν* antecedat. De particula *ὅτι* infinitivum praecedente comparari possunt Graecorum scriptorum loci, quales hi: *Xenoph.* Cyrop. I, 6, 18: *λέγεις σύ, ἔφη, ὦ πάτερ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ὅτι, ὥσπερ οὐδὲ γεωργοῦ ἀργοῦ οὐδὲν ὄφελος, οὕτως οὐδὲ στρατηγοῦ ἀργοῦ οὐδὲν ὄφελος εἶναι.* *Id.* Hellen. II, 2, 2. *εἰδὼς, ὅτι, ὅσῳ ἂν πλείους συλλέγωσιν ἐς τὸ ἄστυ καὶ τὸν Πειραιᾶ, θᾶττον τῶν ἐπιτηδείων ἔνδειαν ἔσεσθαι.*

58) Allat. *ἀπολωλεκέναι.* sed in interpret. Latina: *perisse.*

59) Allat. *Νικολαΐται.*

60) Hoc loco omissa sunt haec: „*sicut Manichaei inter alia quodlibet fermentatum fatentur animatum esse.*" Mirum hoc est ita, ut suspicio moveri possit *de industria* haec verba Graece versa non esse, quippe quae id spectarent, de quo maxime ambigebatur. Sed cf. infra pag. 165. ann. 68.

61) Allat *θνησκόγενα,* quod quid sit non intelligitur; quare nos Latinum archetypon, in quo est: „*morientes*" secuti facillime *θνήσκοντα* emendavimus.

62) fortasse *γέννῃ* aut *γενεᾷ.*

κοινωνίαν οὐ καταδέχονται. ὑπὲρ ὧν πλανισμῶν καὶ ἑτέρων πλείστων ἔργων αὐτοῦ αὐτὸς Μιχαὴλ γράμμασι τοῦ κυροῦ ἡμῶν Λέοντος τοῦ πάπα νουθετηθεὶς, πεισθῆναι[63] κατεφρόνησεν. ἔπειτα ἡμῖν τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ τὰς ὑποθέσεις τῶν τηλικούτων κακῶν λογικῶς ἀντιστῆναι λέγουσι τὴν παρουσίαν αὐτοῦ καὶ τὴν συντυχίαν παντελῶς ἀπηρνήσατο· οὔτε τῷ ὑγιεῖ βουλεύματι τῶν αὐτοκρατόρων καὶ τῶν σοφῶν νουθετούντων κατασπάσασθαι αὐτὸν, οὐχ ὑπήκουσεν[64], καθὼς καὶ πρότερον τὰς τῶν Λατίνων ἐκκλησίας ἠσφαλίσατο, καὶ αὐτοὺς ἀζυμίτας ἀποκαλῶν ῥήμασι καὶ ἔργοις ἁπανταχῇ κατεδιώξατο ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε ἐν τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ ἀναθεματίζειν τὴν ἀποστολικὴν καθέδραν, καθ' ἧς ἑαυτὸν ἔτι ὑπογράφει οἰκουμενικὸν πατριάρχην. ὅθεν ἡμεῖς τῆς αὐτῆς ἁγίας καὶ πρώτης ἀποστολικῆς καθέδρας τὴν ἐξάκουστον βίαν καὶ ὕβριν οὐχ ὑποφέροντες τήν τε καθολικὴν πίστιν καταδύεσθαι πολυτρόπως ὑφορώμενοι προκρίσει τῆς ἁγίας καὶ ἀδιαιρέτου Τριάδος τοῦ τε ἀποστολικοῦ θρόνου, οὗτινος τὴν ἀπόκρισιν διέπομεν, καὶ πάντων τῶν ὀρθοδόξων πατέρων τῶν ἑπτὰ συνόδων, ἀπὸ πάσης τῆς ἀποστολικῆς ἐκκλησίας τῷ ἀναθέματι, ὅπερ ὁ κύριος ἡμῶν ὁ εὐλαβέστατος πάπας τῷ Μιχαὴλ καὶ τοῖς αὐτῷ ἑπομένοις, ἐὰν μὴ πεισθῶσιν, ἀπεφήνατο, οὕτω καθυπογράφομεν. Μιχαὴλ ὁ καταχρηστικῶς πατριάρχης, ὁ νεόφυτος καὶ μόνῳ ἀνθρωπίνῳ φόβῳ τὸ μοναστικὸν σχῆμα δεξάμενος, νῦν δὲ ἐγκλήμασιν ἀνηκέστοις παρὰ πολλῶν διαπεφημισμένος, καὶ μετ' αὐτοῦ Λέων ὁ τῆς Ἀχρίδας ἐπιλεγόμενος, καὶ ὁ σακελλάριος τοῦ αὐτοῦ Μιχαὴλ ὁ Νικηφόρος[65], ὅστις τὴν τῶν Λατίνων θυσίαν προ-

quibus erroribus, et aliis pluribus operibus, ipse Michaël quum literis domini nostri Leonis papae admonitus esset, resipiscere neglexit. Postmodum autem nobis illius nuntiis, qui causas tantorum malorum rationabiliter reprimere vellemus, praesentiam suam atque colloquium penitus denegavit, neque sanum imperatorum consilium, et sapientum, qui eum cohortabantur, ut ad sanam mentem rediret, audivit; quemadmodum etiam antea Latinorum ecclesias clausit eosque azymitas nuncupans verbis et factis ubique persecutus est in tantum, ut in filiis suis anathematizaret Apostolicam sedem, contra quam se ipsum adhuc subscribit oecumenicum patriarcham. Quare nos quum eiusdem sanctae, et primae Apostolicae sedis insignem injuriam et vim non ferremus et catholicam fidem multis modis demergi posse suspicaremur praeiudicatione sanctae et individuae Trinitatis et throni Apostolici, cuius nos legatione fungimur, et omnium orthodoxorum patrum septem synodorum, ex universa apostolica ecclesia anathemati, quod dominus noster piissimus papa eidem Michaëli et iis, qui illum sequuntur, nisi resipiscerent, decrevit, hunc in modum subscribimus: Michaël abusivus patriarcha, neophytus et tantum humano timore monasticum habitum adeptus, nunc vero delictis incurabilibus a multis diffamatus et una cum eo Leo, qui Achridae dicitur, et ejusdem Michaëlis sacellarius Nicephorus, qui Latinorum sacrificium in conspectu omnium pedibus con-

63) Ap. Allatium h. l. lacuna est: πα . . . . quam nos recte explevisse confidimus; in archetypo Latino enim legitur *resipiscere*, quod πεισθῆναι reddidit interpres etiam exeunte hac excommunicatione, ubi verba: „*nisi forte resipuerint*" sic Graece versa sunt: „ἐὰν μὴ πεισθῶσιν."

64) Verba ab „οὔτε τῷ ὑγιεῖ" usque ad „ὑπήκουσεν" non respondent iis, quae h. l. leguntur in archetypo: „*ecclesias ad missas agendum interdixit.*"

65) In archetypo: „*Constantinus*" legitur.

φανῶς[66] κατεπάτησε τοῖς ποσὶ καὶ πάντες οἱ ἑπόμενοι αὐτοῖς ἐν τοῖς προκειμένοις πλανίσμασι καὶ τολμήμασιν ἔστωσαν ἀνάθεμα μαραναθὰ σὺν τοῖς Σιμωνιακοῖς, Βαλεσίοις Ἀρειανοῖς, Μανιχαίοις[67], σὺν οἷς δογματίζουσι, καὶ τοῖς ἄλλοις, ὅτι τὸ ἔνζυμον ἔμψυχον εἶναι, καὶ σὺν πᾶσι τοῖς αἱρετικοῖς, μᾶλλον δὲ καὶ μετὰ τοῦ διαβόλου καὶ τῶν ἀγγέλων αὐτοῖ, ἐὰν μὴ πεισθῶσιν, ἀμήν, ἀμήν, ἀμήν."

Ταῦτα μὲν οὖν τὰ τῆς δυσσεβοῦς ταύτης καὶ ἀνοσίου γραφῆς· ἡ δὲ μετριότης ἡμῶν τὴν τηλικαύτην κατὰ τῆς εὐσεβείας τόλμαν καὶ τὴν ἀναίδειαν μὴ ἀνασχομένη ἀνεπεξέλευστον μεῖναι καὶ ἀτιμώρητον τῷ κραταιῷ καὶ ἁγίῳ ἡμῶν βασιλεῖ τὰ περὶ τούτου κοινολογεῖται. Καὶ ὅς, ἦσαν γὰρ οὗτοι ἀπόδημοι πρὸ μιᾶς καὶ μόνον ἡμέρας, μετὰ τὸ περὶ τούτου ἀνενεχθῆναι τῷ κράτει αὐτοῦ τοὺς ὡς τὴν μεγαλόπολιν τούτους μεταστελοῦντας ἐκπέμπει, καὶ θᾶττον μεταπέμπονται, οὐ βούλονται δὲ τῇ ἡμετέρᾳ μετριότητι προσελθεῖν, ἢ τῇ ἱερᾷ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ εἰς ὄψιν ἐλθεῖν καὶ ἀπόκρισίν τινα δοῦναι περὶ ὧν ἀσεβῶν ἀπηρείξαντο[68], ἀλλ' ἀκολούθως μὲν τῷ παρ' αὐτῶν ἐκτεθέντι ἐγγράφῳ, καὶ πλείω δὲ τῶν ἐν αὐτῷ γραφέντων κατὰ τῆς ἡμετέρας πίστεως ἔχειν εἰπεῖν διατείνονται, αἱρεῖσθαι δὲ θανεῖν μᾶλλον ἢ εἰς ὄψιν ἡμῖν καὶ τῇ συνόδῳ ἐλθεῖν. Ταῦτα γὰρ ὁ κραταιὸς καὶ ἅγιος ἡμῶν βασιλεὺς δι' ἀποκρίσεως τοῦ περιβλέπτου μαγίστρου καὶ ἐπὶ τῶν δεήσεων καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου χαρτοφύλακος,[69] καὶ τοῦ ὑπομνηματογράφου λέγειν τούτοις ἡμῖν καὶ συνόδῳ μεμήνυκεν. ἐπεὶ δὲ αὐτοὺς μὲν μὴ

culcavit, ceterique omnes, qui eos sequuntur in erroribus et facinoribus, quae iam diximus, sint anathema maranatha cum Simoniacis, Valesiis, Arianis, Donatistis, Nicolaitis, Severianis, Manichaeis, cum quibus dogmata statuunt, et aliis, qui fermentatum animatum esse dicunt, et cum omnibus haereticis, immo vero cum diabolo et angelis ejus, si resipiscere noluerint. Amen, amen, amen.«

Et haec quidem in impio illo scripto et detestando continebantur. Mediocritas vero nostra tantam contra pietatem audaciam et impudentiam haud sustinens sine examine et impunitam praetergredi potenti et sancto imperatori nostro de hac re sermonem habuit. At ille, namque ante unum tantum diem ab urbe discesserant, postquam ei relatum est, viros, qui eos in hanc magnam urbem reducerent, mittit evocanturque citissime, sed nolunt mediocritatem nostram convenire aut in conspectum sanctae et magnae synodi procedere et responsum utcumque dare de his, quae ipsi impie enunciarunt, sed, ut ipsi in scripto ab ipsis exarato expresserant, et multo plura, quam in eo scripta fuerant, contra nostram fidem habere sese contendunt velleque se potius mortem oppetere, quam in conspectum nostrum et synodi venire. Haec enim praepotens et sanctus noster imperator, per responsum spectabilis magistri et a supplicationibus et Dei amantissimi chartophylacis et commentariorum scriptoris eos nobis et synodo dicere renuntiavit. Cum vero iis nolentibus ad sy-

66) Ridicule ita interpretes verterunt Latinum: „*profanis*", quasi eadem esset significatio Graeci προφανής et Latini *profanus*.

67) Etiam hic paululo interpretatio a sententia archetypi discrepat, quum Pneumatomachi et Nazareni omittantur et quorum supra (pag. 163, 12) mentio facta non erat, ea breviter hic inserantur: *ὅτι τὸ ἔμψυχον ἔνζυμον εἶναι.*

68) Allat. *ἀπηρείξατο.*

69) „*χαρτοφύλαξ: archivi et chartarum ecclesiae custos*, dignitas inter eas, quas *ἐξωκατακοίλων* vocant, quinta, apud *Codinum* de offic. eccles. Constantinopol. cap. I. ubi illius munus sic describitur: *ὁ χαρτοφύλαξ, κρατῶν τὰ ἐκκλησιαστικὰ χαρτῷα δικαιώματα, κριτὴς τῶν ὅλων ὑποθέσεων ἐκκλησιαστικῶν, ἔχων τὰς γαμικὰς ὑποθέσεις. ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς τῶν κληρικῶν ὑποθέσεσιν ἔκδικος, ὡς δεξιὰ τοῦ ἀρχιερέως χείρ.*" *Ducang.* II, 1737. apud quem plura.

βουλομένους τῇ συνόδῳ καὶ ἡμῖν ἀπαντῆσαι[70] *βιασθῆναι ὁ κραταιὸς καὶ ἅγιος ἡμῶν βασιλεὺς διὰ τὸ δοκοῦν περικεῖσθαι τούτους τῆς πρεσβείας ὀφφίκιον οὐκ ηὐδόκησεν, ἀνεκδίκητον δὲ πάλιν τὴν τηλικαύτην κατὰ τῆς εὐσεβείας μεῖναι ἀναίδειαν ἀπρεπὲς ἦν καὶ ἄλλως ἀνάξιον, ᾠκονόμησε θεραπείαν ἀρίστην τῷ πράγματι καὶ τίμιον καὶ προσκυνητὸν γράμμα πρὸς τὴν ἡμετέραν μετριότητα διὰ Στεφάνου, τοῦ ὁσιωτάτου μοναχοῦ καὶ οἰκονόμου τῆς μεγάλης ἐκκλησίας*[71], *καὶ Ἰωάννου, μαγίστρου*[72] *καὶ ἐπὶ τῶν δεήσεων*[73] *καὶ Κώνσταντος βεστάρχου*[74] *καὶ ὑπάτου*[75] *τῶν φιλοσόφων ἐξαπέστειλεν· ἔχει δὲ ἐπὶ λέξεως οὑτωσί.*[76]

nodum et nos accedere, vim inferri, propter legationis provinciam, quam prae se ferre videbantur, praepotens et sanctus imperator noster non probaret, rursumque tantam contra pietatem impudentiam innoxiam permanere haud decorum esset et prorsus indignum, medicinam optimam rei praeparavit et pretiosum et venerandum scriptum ad nostram mediocritatem per Stephanum, sanctissimum monachum et magnae ecclesiae oeconomum, et Joannem, magistrum et a supplicationibus, et Constantem vestarcham et philosophorum supremum transmisit, cujus sententia haec est:

Ἁγιώτατε δέσποτα, περὶ τοῦ συμβάντος ἡ βασιλεία[77] *μου ἐρευνήσασα εὗρε τὴν ῥίζαν*

Sanctissime domine, de eo, quod accidit, mea regia majestas perquirens reperit mali

70) Cf. *Humberti* brev. et succ. commem. annot. 6. (pag. 151).

71) *οἰκονόμος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας* s. *οἰκονόμος μέγας* „dignitas in ecclesia Sophiana et Graecanica eaque prima inter *ἐξωκατακοίλων*, qui omnes erant ex ordine diaconorum. Sed id obtinuit senescente Graecia, nam prioribus temporibus ex ordine presbyterorum seligebantur.“ *Ducang.* I, 1032 apud quem plura reperias.

72) i. e. magistri officiorum, cuius dignitas et auctoritas semper magna fuit in palatiis imperatorum. Vid. *Ducang.* I, 843.

73) „*ὁ ἐπὶ τῶν δεήσεων*, seu *ὁ τῶν δεήσεων*, uti scribitur apud *Constantinum* de adm. imp. cap. 51. pag. 192. *ὁ ἐπὶ δεήσεων*, ut a *Scyllitze* pag. 842 „*a supplicibus libellis.*“ Dignitas palatina cett. *Ducang.* I, 274. Est etiam nomen dignitatis ecclesiasticae. Vid. *Codin.* cap. I. num. 11.

74) „*βεστάρχης*, qui *βέσταις* praeest, primus inter *βέστας*, dignitatis ex illustrioribus in aula Constantinopolitana· *Scyllitzes* in Eudocia pag. 820. *ἦν μὲν προβεβλημένος δοὺξ Σαρδικῆς ὁ Διογένης· Πατρίκιον δὲ τυγχάνων ἐζήτουσε τὸν βασιλέα Κωνσταντῖνον τὸν Δοῦκαν τιμηθῆναι βεστάρχης.* *Zonaras* in eadem Eudocia: *τετίμητο δὲ τῷ τῶν βεστάρχων ἀξιώματι*“ etc. *Ducang.* I, 194, qui inter alios etiam hunc locum Michaëlis Cerularii affert.

75) „*ὕπατος τῶν φιλοσόφων*, *supremus philosophorum*, dignitas palatina: recensetur in catalogo reg. vicesimus nonus inter officiales palatii. Sed quae fuerit illius functio, non plane constat; nam licet dicatur *καθηγηθὴς τῶν φιλοσόφων* apud anonymum Combefisianum in Porphyrog. num. 10 ac proinde professoribus publicis accensendus videatur, praeter quod dignitas in palatio fuisse dicitur, philosophi inter professores apud Graecos eiusce aevi non habebantur, ut testatur Michaël Attaliata in synopsi tit.. 49. *οἱ δὲ φιλόσοφοι οὐ παιδευταῖς συναριθμοῦνται. τὸ μὲν γὰρ πρᾶγμά ἐστιν ἱερὸν· καταφρονεῖν δὲ τῶν χαραγμάτων ὀφείλουσιν.* Videtur tamen magnifica illa et illustris nomenclatura spectasse viros eruditione et sapientia conspicuos; est enim *ὕπατος* apud scholiast. Homeri ad Iliad. *τ*: *πρῶτος μέγιστος* et in lexico ms. Collberteo: *ἐξοχώτατος, μέγιστος.*“ *Ducang.* II, 1636, ubi praeter hunc *Constantem* vestarcham *decem* viri diversorum temporum hac dignitate insigniti enumerantur.

76) Huius epistolae mentionem non facit Humbertus in Commem., quia ei ignota fuisse videtur; ceterum quamquam ea, quae prodit cum imperatoris ratione agendi pugnant, tamen non est, cur de eius authentia dubitemus. Imperatorem vero non sponte sua, sed vulgi seditione, quam patriarcha excitaverat, coactum epistolam hanc ad Michaëlem dedisse verisimillimum est. Similiter „*imperator coactus interpretes Latinorum Paulum scilicet ac filium eius Smaragdum caesos et detonsos Michaëli tradidit* (Humb. comm. supra pag. 152 b. 11 sqq.)

77) *βασιλεία* nomen honoris imperatoribus tributum, quo sic fere compellantur: *σὴ βασιλεία*, vel *βασιλεία σου* (cf. *Nicephor. Bryenn.* lib. 3. num. 23. *Annam Comnenam* p. 46. 53.) Sed etiam quum de se loquebantur, dicebant: *ἡ βασιλεία μου*, ut h. l. Cf. *Annam* p. 94.

τοῦ κακοῦ γενομένην ἀπὸ τῶν ἑρμηνευτῶν καὶ τοῦ μέρους τοῦ Ἀργυροῦ[78] καὶ τοὺς μὲν ἐθνικοὺς ὡς ξένους, καὶ παρ' ἑτέρων ὑποβληθέντας τὶ ποιῆσαι οὐκ ἔχομεν, τοὺς δὲ αἰτίους τυφθέντας ἀπεστείλαμεν πρὸς τὴν ἁγιωσύνην σου, ὡς ἂν δι' αὐτῶν παιδαγωγηθῶσι καὶ ἄλλοι τὸ μὴ φλυαρεῖν τοιαῦτα. Τὸ δὲ χαρτίον μετὰ τὸ ἀναθεματισθῆναι καὶ τοὺς συμβουλευσαμένους καὶ τοὺς ἐκδεδωκότας καὶ γράψαντας καὶ μικρὰν εἴδησιν τῆς τούτων ποιήσεως ἔχοντας καυθήτω ἐνώπιον πάντων. προσέταξε γὰρ ἡ βασιλεία μου, ἵνα καὶ τὸν βρεστάρχην τὸν γαμβρὸν τοῦ Ἀργυροῦ[79], καὶ τὸν βέστην τὸν ἐκείνου υἱὸν ἀποκλείσωσιν εἰς τὴν φυλακὴν, ὡς ἂν διάγωσιν ἐν αὐτῇ κακοχούμενοι, καθὼς εἰσιν ἄξιοι ἕνεκα τῆς τοιαύτης ὑποθέσεως. Μηνὶ Ἰουλίῳ ἰνδικτιῶνος ζ.

Ταῦτα μὲν ἡ βασιλικὴ καὶ θεία γραφή. Κατὰ γοῦν τὴν τοῦ φιλευσεβοῦς αὐτοκράτορος οἰκονομίαν αὐτό τε τὸ ἀσεβὲς ἔγγραφον, καὶ οἱ τοῦτο ἐκθέμενοι καὶ ἢ γνώμην εἰς τὴν τούτου ποίησιν δεδωκότες ἢ αὐτοῖς τοῖς ποιήσασι συναράμενοι ἐπὶ παρουσίᾳ τῶν πρὸς βασιλέως ἀπεσταλμένων ἐν τῷ μεγάλῳ σεκρέτῳ ἀναθέματι ὑπεβλήθησαν. Ἐκρίθη δὲ κατὰ τὴν τετάρτην ἡμέραν, ἥτις ἐστὶ πρώτη μὲν τῆς ἐνεστώσης ἑβδομάδος, κ'[80] δὲ τοῦ παρόντος Ἰουλίου μηνὸς, καθ' ἣν καὶ ἡ τῆς πέμπτης συνόδου[81] ἔκθεσις ἀναγνωσθῆναι μέλλει κατὰ τὸ σύνηθες ἐπ' ἀκροάσει τοῦ πλήθους ἀναθεματισθῆναι τὸ αὐτὸ ἀσεβὲς καὶ αὖθις ἔγγραφον, πρὸς δὲ καὶ τοὺς τοῦτο ἐκθεμένους καὶ γράψαντας καὶ συναίνεσίν τινα ἢ βουλὴν εἰς τὴν τούτου ποίησιν δεδωκότας. Τὸ δὲ πρωτότυπον τοῦ ῥιφέντος

radicem ortum habuisse ab interpretibus et sociis Argyri; et de alienigenis quidem tanquam peregrinis et ab aliis suppositis nihil facere possumus, mali vero auctores verberatos ad tuam sanctitatem transmisimus, ut per eos instruerentur et alii, ne similia in posterum effutiant. Chartula autem haec post anathema dictum iis, qui consilia dederunt, et iis, qui ediderunt aut scripserunt, aut rem, ut gesta est, vel tenuiter callent, coram omnibus comburatur. Mea siquidem regia majestas imperavit, ut et vestarcha Argyri gener et vestes illius filius in custodiam concludantur, ut ibi vitam degant atque malis divexentur, quemadmodum sunt digni propter ejusmodi causam. Mense Julio indictionis VII.«

Et haec quidem regiae et divinae litterae continebant. Secundum igitur pietatis cultoris imperatoris providentiam ipsum impietatis scriptum et qui illud exposuerunt et vel ad illud faciendum adhortati sunt, vel ipsis auctoribus auxilium aliquod praestiterunt, in praesentia missorum ab imperatore in magno secreto anathemate subacti sunt. Judicatum vero est quarto die, qui dies est primus currentis hebdomadis, vicesimo vero die praesentis mensis Julii, quo et quintae synodi expositio pro more legenda est audiente multitudine anathemate feriendum esse rursum idem impium scriptum, et qui illud ediderunt et scripserunt et consensum aliquem, aut consilium, ut illud fieret, praestiterunt. Prototypum vero projecti ab impiis

78) Allat ἀργύρου.

79) All. ἀργυροῦ.

80) All. κδ' et in interpretatione Lat. „*vigesima quarta die.*" Sed κ' reponendum esse, ut fecimus, ostendunt ipsius Michaëlis verba, quae paulo infra (pag. 168, 6 sqq.) leguntur: δεῖ δὲ γιγνώσκειν, ὅτι κατὰ τὴν εἰκοστὴν ἡμέραν τοῦ ἐνεστῶτος μηνὸς, καθ' ἣν ἀνεθεματίσθησαν οἱ κατὰ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως βλασφημήσαντες, συμπαρῆσαν κτλ. Quodsi vero, ut hic dicitur, die XX. mensis Julii Latini a Michaële anathemate subacti sunt, Michaëlis computatio temporis cum Humberti ratione prorsus convenit. Cum enim legati Romanis a. d. XVII. Cal. Aug. (vid. supra pag. 151. b. 18.) i. e. XVI. die mensis Julii excommunicationem in altari deposuissent, Michaël vero eos quarto die post a synodo anathematizatos esse hic dicat, necesse est haec damnatio d. XX. mensis Julii promulgata sit. Vid. Proleg. cap. XX.

81) Vid. Proleg. cap. VIII.

παρὰ τῶν δυσσεβῶν ἀνοσίου ἐγγράφου καὶ μισαροῦ οὐ[82] κατεκαύθη, ἀλλ' ἐν τῷ εὐαγεῖ τοῦ χαρτοφύλακος ἀπετέθη σεκρέτῳ εἰς ἔλεγχον διηνεκῆ τῶν τηλικαῦτα τοῦ ἡμῶν βλασφημησάντων καὶ εἰς μονιμωτέραν κατάγνωσιν. δεῖ δὲ γιγνώσκειν, ὅτι κατὰ τὴν εἰκοστὴν ἡμέραν τοῦ ἐνεστῶτος μηνὸς, καθ' ἣν ἀνεθεματίσθησαν οἱ κατὰ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως βλασφημήσαντες, συμπαρῆσαν τοῖς σήμερον συνεδριάζουσιν ἡμῖν ἀρχιερεῦσι καὶ οἱ ἐνδημοῦντες πάντες μητροπολῖται[83] καὶ οἱ ἀρχιεπίσκοποι, ἤγουν Λέων ὁ Ἀθηνῶν καὶ σύγκελλος[84], Μιχαὴλ Συλαίου καὶ σύγκελλος, Νικόλαος Εὐχανείας καὶ σύγκελλος, Δημήτριος Καρίας καὶ ἀρχιεπίσκοπος, Παῦλος Λήμνου, Λέων Κοτραδίας, Ἀντώνιος Ζικχίας.

impii execrandique scripti combustum non est, sed in sacro chartophylacis secreto repositum, ad perpetuum eorum dedecus et stabiliorem condemnationem, qui similia adversus Deum nostrum blasphemarunt, Sciendum praeterea est vicesimo die praesentis mensis, quo illi, qui adversus orthodoxam fidem blasphemarunt, anathemate icti sunt, affuisse una cum ceteris antistitibus, qui nobiscum quotidie considunt, universos metropolitas et archiepiscopos, qui in urbe degebant, nempe Leonem Athenarum et syncellum, Michaëlem Sylaei et syncellum, Nicolaum Euchaniae et syncellum Demetrium Cariae et archiepiscopum, Paulum Lemni, Leonem Cotradiae, Antonium Zicchiae.

XII.

S. LEONIS IX.

EPISTOLA AD PETRUM EPISCOPUM ANTIOCHENUM.

Gratulatur de ejus erga sedem Apostolicam observantia. Confirmat ejus ordinationem, si secundum canones fuerit promotus. Hortatur, ut suae ecclesiae dignitatem tueatur. Probat fidem ad se ab eo scriptam eamdem esse, quam tenet Romana ecclesia, cujus fidei summa capita ad eum mittit[1].

Leo episcopus, servus servorum Dei, dilecto fratri et coëpiscopo *Petro*.

Congratulamur vehementer in Domino tuae sanctissimae fraternitati atque multi-

82) All. om. absorptum, ut videtur antecedente syllaba *ου* in *μισαροῦ*. nam sensus necessario requirit particulam negandi vi praeditam; nec a Latina Leonis Allatii interpretatione abest.

83) All. *μητροπολῖται*.

84) *Σύγγελλος*.

1) Petri epistola, ad quam his litteris respondet S. Leo, deperdita illa quidem est, sed quae sententia ejus fuerit, ex ipso hoc Leonis responso intelligitur. In responso Petri ad Dominicum Gradensem (vide infra) cap. XXVI. legimus: „Caeterum antea initio pontificatus mei litteras commendaticias dedi ad beatissimum papam Romae easque per quemdam, qui ex solemni voto Hierosolymam proficiscebatur, misi ad clarissimum magistrum et ducem Italiae Argyrum, ut dirigeret ad sanctitatem ejus. Quo ex tempore elapsum est biennium: nec de illis quidquam potui comperire," ex quibus colligas Leonis epistolam diu in itinere versatam fuisse; re vera eam ad Petrum pervenisse intelligimus ex Petri epistolae ad Michaëlem Cerularium (vide infra) datae cap. XXIV: „Misi pariter exemplum epistolae, quam ad me rescripsit beatae memoriae papa, Latinis litteris expressum."

Porro hanc epistolam, priusquam atrocissimae lites exardescerent ipsumque schisma fieret, scriptam esse ex ipsa epistola sequitur.

modas gratias, ut dignum est, referimus ei, qui est vera pax et charitas suorum, quod tandem per te, charissime frater, videtur refloruisse sanctae Antiochenae ecclesiae studium et sentire, quod est sentiendum. *In hoc enim cognoscent omnes, quia Christi sumus discipuli* (qui primum in ipsa magna Antiochia nominati fuerunt Christiani), *si dilectionem habuerimus adinvicem (Ioann. XII) et idipsum dixerimus omnes et non fuerint in nobis schismata: si fuerimus perfecti in eodem sensu et in eadem scientia. (I. Cor. 1.)* Neque enim Deus, qui unus est, in scissuris mentium, sed in sola unitate et puro corde habitat, et habitare facit unanimes in domo. Alioquin domus exasperans erit nec jam digna vocari ecclesia Dei, sed synagoga maligni. Porro sicut calamitosum est, si unitas deest bonis; ita perniciosum, si adsit malis. Quod ipse ex specula sanctae illius ecclesiae, cui videris designatus divinitus speculator prudenti oculo considerans promotionem tuam ad episcopale fastigium electione cleri et populi, sicut asseris, factam atque fidem tuam secundum antiquae consuetudinis religiosum et valde necessarium studium apostolicae et primae sedi, cui Deo auctore quamvis indigni praesidemus, annuntiare et exponere curasti. In quo facto noverit tua dilectio nos plurimum recreatos et gavisos in Domino; quia, quod maxime oportebat, tibi et ecclesiae, cui temporaliter praesides non distulisti efficere. Siquidem ab Apostolica tua sede nostram Apostolicam sedem consulendo perpendimus tuam dilectionem nolle deviare a Dominico et omnium sanctorum Patrum concordi decreto, quo inviolabiliter cunctis in toto orbe terrarum ecclesiis sancta Romana et Apostolica sedes caput praeponitur, ad quam majores et difficiliores causae omnium ecclesiarum definiendae referantur. Sic omnia veneranda concilia, sic leges humanae promulgant, sic ipse Sanctus sanctorum, Rex regum et Dominus dominantium confirmat; quatenus ibi principalis dignitatis et totius ecclesiasticae disciplinae venerabilis apex praefulgeat et praecellat, ubi ipse vertex atque cardo apostolorum Petrus carnis suae beatam resurrectionem in novissimo die exspectat. Nimirum solus est ille, pro quo, ne deficeret ejus fides, Dominus et Salvator asserit se rogasse, dicens: *Simon, Simon, ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum; ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos (Luc. XXII).* Quae venerabilis et efficax oratio obtinuit, quod hactenus fides Petri non defecit nec defectura creditur in throno illius usque in saeculum saeculi; sed confirmabit corda fratrum variis concutienda fidei periclitationibus, sicut usque nunc confirmare non cessavit. Pro cujus excellentia tertiam[2] a Romana ecclesia dignitatem retinet Antiochena, quam te defendere summopere monemus, non tuae gloriae causa, sed pro sedis, cui ad tempus praesides, antiqua honorificentia. Nec revoceris ab hac intentione cujuslibet[3] pompa vel arrogantia, quin constanter defendas honorem, quem Antiochenae ecclesiae reliquerunt omnia sanctorum patrum concilia. Ad quod utique, si oportuerit, maxima mater, Romana scilicet atque prima sedes, tam dilectae sibi filiae, imo consociae nusquam et nunquam deerit. Quod totum ideo dicimus, quia quosdam conari minuere antiquam dignitatem Antiochenae ecclesiae audivimus.

2) Leonis IX tempore in Oriente secundum post Constantinopolitanum patriarcham honoris gradum obtinebat patriarcha Alexandrinus, tertium Antiochenus, quartum Hierosolymitanus.

3) Leo hic et paulo infra ea, quae postea controversia vehementius efflagrata in epistolis ad imperatorem et patriarcham severissime vituperat et castigat, leniter perstringit. (Vide annotat. 8 epistolae Leonis ad Constantinum Monomachum.)

Porro quod a nobis causas divisionis universalis ecclesiae compatiendo requiris, fatemur tuae religiosae sollicitudini nos adhuc a Domino miserante firmissime retinere vinculum sanctae unitatis: nec videmus nos alicubi incurrisse damnum schismatis, quos integritas concordiae et plenitudo ecclesiasticae disciplinae indesinenter regit. Unicuique nostrum debetur honor et sua jura conservantur. Terminos, quos patres nostri fixerunt, nulli arroganter transgredi conceditur. Magis vestra fraternitas circumspiciat, ne qua radix amaritudinis atque dissensionis, quod absit! in vestris partibus succrescat, per quam inquinentur multi et quam necesse sit districta falce sanctorum canonum a catholicae ecclesiae agro exstirpari. Mea vero humilitas in culmine Apostolici throni ideo exaltata, ut approbanda approbet, improbanda quoque improbet, tuae sanctissimae fraternitatis episcopalem promotionem libens approbat, collaudat et confirmat; et communem Dominum instanter exorat, ut quod humano ore jam diceris ante ejus oculos existas. Noveris tamen nos ipsam tuam promotionem taliter approbare si non hanc neophytus aut curialis seu digamus vel pretio aut alio quolibet modo sacris canonibus contrario, quod absit! obtinuisti. Sane fidem tuam, quam proprio scripto summae et Apostolicae sedi exposuisti, sanam et catholicam atque orthodoxam per omnia protestamur et sicut vere unicam et salutarem amplectimur et tuae dilectioni vehementer congratulantes in Domino eamdem nostram esse devoto corde et prompto ore profitemur. Firmiter enim credo sanctam Trinitatem, Patrem et Filium et Spiritum sanctum unum Deum omnipotentem esse totamque in Trinitate deitatem coëssentialem et consubstantialem, coaeternam et coomnipotentem uniusque voluntatis, potestatis et majestatis; creatorem omnium creaturarum, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, quae sunt in coelo et in terra, visibilia et invisibilia. Credo etiam singulas quasque in sancta Trinitate personas, unum Deum verum, plenum et perfectum. Credo quoque ipsum Dei Patris Filium Verbum Dei aeternaliter natum ante omnia tempora de Patre, consubstantialem, coomnipotentem, et coaequalem Patri per omnia in divinitate, temporaliter natum de Spiritu sancto et Maria semper virgine cum anima rationali; duas habentem nativitates, unam ex Patre aeternam, alteram ex matre temporalem; duas voluntates et operationes habentem; Deum verum et hominem verum; proprium in utraque natura atque perfectum; non commistionem atque divisionem passum, non adoptivum neque phantasticum; unicum et unum Deum, Filium Dei in duabus naturis, sed in unius personae singularitate: impassibilem et immortalem divinitate, sed in humanitate pro nobis et pro nostra salute passum vera carnis passione et sepultum ac resurrexisse a mortuis die tertia vera carnis resurrectione: propter quam confirmandam cum discipulis nulla indigentia cibi, sed sola voluntate et potestate comedisse, die quadragesimo post resurrectionem cum carne, qua surrexit, et anima ascendisse in coelum et sedere in dextera Patris; inde decimo die misisse Spiritum sanctum et inde, sicut ascendit, venturum judicare vivos et mortuos et redditurum unicuique secundum opera sua. Credo etiam Spiritum sanctum plenum et perfectum verumque Deum a Patre et Filio procedentem, coaequalem et coëssentialem et coomnipotentem, et coaeternum per omnia Patri et Filio, per prophetas locutum.

Hanc sanctam et individuam Trinitatem non tres deos, sed in tribus personis et in una natura sive essentia unum Deum omnipotentem, aeternum, invisibilem et incommutabilem ita credo et confiteor, ut Patrem ingenitum, Filium unigenitum, Spiritum sanctum nec genitum nec ingenitum, sed a Patre et Filio procedentem veraciter praedicem. Credo sanctam catholicam et Apostolicam unam esse veram ecclesiam, in qua unus datur bapti-

smus et vera omnium remissio peccatorum. Credo etiam veram resurrectionem ejusdem carnis, quam nunc gesto, et vitam aeternam. Credo etiam novi et veteris testamenti, legis et prophetarum et Apostolorum unum esse auctorem Deum et Dominum omnipotentem: Deum praedestinasse solummodo bona, praescivisse autem bona malaque. Gratiam Dei praevenire et subsequi hominem credo et profiteor, ita tamen, ut liberum arbitrium rationali creaturae non denegem. Animam non esse partem Dei, sed ex nihilo creatam; et absque baptismate originali peccato obnoxiam credo et praedico.

Porro anathematizo omnem haeresim extollentem se adversus sanctam ecclesiam catholicam pariterque eum quicunque aliquas scripturas praeter eas, quas catholica ecclesia recipit, in auctoritate habendas esse crediderit vel veneratus fuerit. Quatuor concilia omnimode recipio et velut quatuor evangelia veneror *(Gregorius ep. 24, I, 1)*; quia per quatuor partes mundi universalis ecclesia in his, tanquam in quadro lapide fundata consistit. Primum: Nicaenum trecentorum et octodecim patrum sub beato Silvestro papa Romano et Constantino Augusto Magno, cui praefuerunt Victor et Vincentius Romani presbyteri; secundum: Constantinopolitanum primum centum quinquaginta patrum sub Damaso papa et Theodosio majore tertium: Ephesinum primum ducentorum patrum sub Coelestino papa et juniore Theodosio; quartum: Chalcedonense sexcentorum et triginta patrum sub beato Leone papa et Marciano Augusto.

Pari modo recipio et veneror reliqua tria concilia, id est, secundum Constantinopolitanum sub Vigilio papa et Justiniano Augusto; deinde tertium Constantinopolitanum contra Monothelitas sub Agathone papa et Constantino nepote Heraclii; ultimum, secundum Nicaenum sub Adriano papa et Constantino Irenes filio pro reverendis Domini Jesu Christi et sanctorum imaginibus. Quidquid supra dicta septem sancta et universalia concilia, senserunt et collaudaverunt, sentio et collaudo: et quoscunque anathematizaverunt, anathematizo[4]. Hanc fidem sancta Romana et Apostolica sedes corde credit ad justitiam, et ore confitetur ad salutem *(Rom. X)*. Secundum hanc vivere Domino donante studet, et pro ejus defensione, si oportuerit, mori parata est. Quam et in te, frater charissime, perfectam cognoscimus et secundum eam te vivere nobiscum admonemus profecto scientes quia fides sine operibus mortua est (*Jac. II*). Salutamus cum omni fraternitate seu collegio sanctae Romanae et Apostolicae sedis tuam fraternitatem sanctam cunctumque collegium in Domino tibi subjectum; et ut pro nostra gemina salute omnipotentem Dominum jugiter exores, precamur plurimum, reverende et desiderabilis frater.

4) Memorabile est Leonem hic octavam synodum oecumenicam a. 869 Constantinopoli habitam (V. Proleg. XVII) non commemorare. Videtur hoc fecisse, ut parceret Graecis neve odium inveteratum excitaret, quum illa synodus a Graecis oecumenica non existimaretur; hi enim synodum anni 879 substituerunt, quae apud Latinos pseudosynodus Photiana vocatur. (Vide Proleg. XIX.)

XIII.

MICHAELIS CERULARII

EPISTOLA I. AD PETRUM PATRIARCHAM ANTIOCHENUM.

Μιχαὴλ[1] *τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου, τοῦ Κηρουλαρίου*[2], *πρὸς Πέτρον, τὸν ἁγιώτατον πατριάρχην Θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας.*

Michaëlis, sanctissimi archiepiscopi Constantinopolis novae Romae et oecumenici patriarchae, Cerularii, ad Petrum, sanctissimum patriarcham Theopolis magnae Antiochiae.

I. *Τὰ γράμματα τῆς μακαριότητός σου ἀνέγνω ἡ μετριότης ἡμῶν καὶ ἀναμαθοῦσα*

I. Beatitudinis tuae litteras legit mediocrita nostra quumque comperisset ex eo, qui

1) Epistola haec paulo post S. Leonem P. M. IX. a. d. XIII. Cal. Maj. a. MLIV mortuum (vid. cap. 3. p. 174, 16 sqq.) scripta initium capit a commemoratione rei cujusdam singularis; deinde criminationes in ecclesiam Romanam eaeque ex parte novae cumulantur. Typis expressa est haec epistola in *Io. Baptistae Cotelerii* ecclesiae Graecae monument. tom. II. pag. 135—145. (ed. Parisiis a. 1681), unde nos eam repetivimus. Cotelerius ipse in *elencho operum* ad edendam hanc epistolam duobus codicibus Parisinis, reg. 604 et 1605 se usum esse profitetur, quorum lectionis discrepantiam in margine exhibuit. Sed neglexit in quaque diversitate codicis numerum ascribere, quare quid uni, quid alteri debeatur ut plurimum definire non possumus. Ipse in praef. tom. I. de notis marginalibus suis, quas vocat, haec praedicat: „*Eae complectuntur lectiones varias, emendationes, locorum collationes, allegationes auctorum. Et quidem circa variantiam lectionem collectionem conquisitis collatisque sedulo MSS. libris magnam pro virili parte adhibui diligentiam poteroque censeri modum excessisse propter adscriptas interdum leviores et nullius fere momenti dissimilitudines. Contra in emendando moderatus admodum et parcus exstiti, ac licet non pauca commutariylioraque forsitan fieri potuissent, ubi tamen sensum tolerabilem Graeca praetulerunt, religio fuit vim inferre scriptoribus*“. Nos omnes, quotquot reperimus, discrepantias lectionis cum emendationibus Cotelerii nostram in annotationem criticam transtulimus simulque in quibus locis a Cotelerii recensione discedendum nobis esse videbatur, quid Cotelerius exhiberet, in annotatione critica exposuimus. — Annotationes a Cotelerio calci operis additas, licet nonnullae maximeque eae, in quibus alii scriptores emendantur, inutiles esse viderentur, tamen omnes recepimus, ne quis quidquam, quod in Cotelerii editione ad explicandas has epistolas congestum est, a nostra abesse quereretur. Simul, ubicunque utile videbatur, nostras annotationes addidimus, quae a Cotelerianis ita distinximus, ut his notam COT. ascriberemus, nostris autem nihil signi adderemus. Ceterum haec epistola Michaëlis Cerularii ad Petrum Antiochenum secundum *Lambeccium* (Comment. de bibl. Caes. Vindob. tom. III. p. 160) etiam in bibl. Vindob. cod. manuscr. theol. Gr. LXXVII fol. 131—133 extat; ibi autem initium usque ad verba cap. III: *Πρὸ καιροῦ τινος ἀναμαθόντες* cett. deesse videtur. Etiam apud *Leonem Allatium* de eccles. occidentalis atque orient. perpet. consens. pauci loci ex hac, ut etiam ex subsequentibus epistolis leguntur, quarum lectionis diversitatem a Cotelerio enotatam in annot. crit. exhibemus. Interpretationem denique Latinam dedimus Cotelerii, quum Metiana apud *Baronium* in Annal. eccles. a. MLIV minus accurata esse videatur nonnullaque etiam in ea desint. Sed etiam Coteleriana multis locis a nobis emendata et refecta est.

2) Celebris est in historia, praesertim ecclesiastica, Michaël Cerularius, patriarcha CP. Graecorum schismaticorum caput et ecclesiae Latinae hostis capitalis. Vulgo *Μιχαὴλ ὁ Κηρουλάριος. Μιχαὴλ Κηρουλλάριος.* Cod. reg. 2423 *Μιχαὴλ ὁ Κηρουλάρης*, quemadmodum apud Glycam. A Balsamone ad cap. I. tit. 8. Nomocanonis ὁ *Κήρουλλος Μιχαὴλ* nuncupatur. ὁ *Κερουλάριος* simpliciter apud Allatium dissertatione 2. de libris ecclesiasticis Graecorum p. 157 Eius ut et Petri Antiocheni contra Latinos epistolae in multis bibliothecis reperiuntur et a

διὰ τοῦ ταῦτα διακομίσαντος, ὡς καλῶς θεοῦ χάριτι τὰ κατ᾽ αὐτὴν διεξάγεται, τῇ αὐτοῦ ηὐχαριστήσαμεν, ὡς εἰκὸς, ἀγαθότητι, ζωήν σοι μακραίωνα καὶ ἄλυπον ἐπευχόμενοι. οἷς δὴ καὶ περιείχετο περὶ τοῦ εὐλαβοῦς διακόνου καὶ βασιλικοῦ[3] κληρικοῦ Πέτρου, ὅτι τε κατὰ τὰς ἡμετέρας πρὸς τὴν σὴν ἁγιότητα εἰσηγήσεις σιγίλλιον[4] αὐτῆς τούτῳ πεπόρισται ἐπὶ τῷ φιλοτιμηθέντι αὐτῷ παρὰ τοῦ πρὸ σοῦ[a] πατριάρχου κληρικοτοπίῳ[b] [5] καὶ ὅτι ἑτέρας οὑτοσὶ προτυχὼν εὐεργεσίας παρὰ τῆς[c] σῆς τελειότητος ἠγνωμόνησε μηδὲ γραφῆς αὐτοῦ καταξιώσας αὐτήν.

II. Καὶ ἡ μετριότης ἡμῶν εἰδυῖα, οἵαν οὐ νῦν οὐδ᾽ ἐκ νέου, ἀλλ᾽ ἀρχῆθεν εἶχες[d] πρὸς αὐτὴν[e] διάπυρον στοργὴν καὶ διάθεσιν καὶ ὡς οὐ παρὰ φαῦλον λογίζῃ τὰς ὑπέρ τινων παρ᾽ αὐτῆς πεμπομένας σοι γραφὰς[f] τούτου χάριν καὶ γράφει καὶ ἀξιοῖ· ἅμα μὲν εὐεργετεῖσθαι διὰ σοῦ τοὺς ἀξιοῦντας ἐθέ-

literas pertulit, bene Deo favente te agere, divinae, ut par fuit, gratias egimus, benignitati, vitam longam et tristitia carentem tibi deprecati. In his etiam litteris continebatur de reverendo diacono imperatorioque clerico Petro eum secundum nostras ad sanctitatem tuam suasiones sigillum tuum obtinuisse pro clericatus loco, quo donatus erat a patriarcha decessore tuo, et eundem, quum jam antea alia a perfectione tua beneficia nactus esset, ingratum exstitisse ac ne litteris quidem suis dignum te arbitratum esse.

II. Atque mediocritas nostra quia novit, qualem quamque ardentem amorem et affectum, non nunc neque ex brevi tempore, sed jam olim habeas erga nos, teque non in malam partem accipere, quas pro nonnullis ad te mittimus litteras, idcirco et scribit et postulat; tum quidem cupiens a te beneficio affici petitores in

a) Cot. πρώτου. „Al. πρὸ." — b) Cot. κληρικοτόπου. „Al. κληρικοτοπίῳ." — c) Cot. σοῦ. „Al. τῆς σῆς." — d) Cot. εἶχε. „Al. εἶχες." — e) Cot. αὐτόν. „Al. αὐτήν." — f) „Al. συλλαβάς." (cf. infra cap. III. δι᾽ ἡμετέρων συλλαβῶν.)

viris doctis solent citari: hancque fere totam annalibus suis inseruit Baronius anno 1054, sed Latine tantum. De Michaële suppleri debet Pittacium legatorum Romanorum in Allatio de libris ecclesiasticis Graecorum p. 167. per eumdem libellum seu chartam excommunicationis, in conciliis post Leonis IX epistolas; Graeca nimirum per Latina. *Μιχαήλ*, inquit, *γράμμασι τοῦ κυροῦ ἡμῶν Λέοντος τοῦ πάπα νουθετηθεὶς, πα . . . . κατεφρόνησεν.* Latine: *Michaël litteris domini nostri Leonis papae admonitus resipiscere contempsit.* Repono *πεισθῆναι.* Nam ibidem apud Allatium p. 168. B. et C. *ἐὰν μὴ πεισθῶσιν.* in conciliis est, *nisi resipiscerent et nisi forte resipuerint.* Cerularii decretum juri Graeco-Romano addendum alias edidi. COT. Lacunam illam *edicti pseudosynodi Constantinopolitanae* etiam nos sic, ut Cotelerius vult, explendam esse censuimus. Vide supra pag. 164. a. 10. et annotat. 63.

3) *βασιλικοὶ κληρικοὶ* vocantur, qui in oratorio palatii sacra munia obeunt. Idem est *κλῆρος βασιλικὸς*, de quo vid. *Codin.* de offic. palat. cap. VI. num. 26. *Ducang.* gloss. med. et inf. Graec. I, 664.

4) *σιγίλλιον, sigillum. Moschopulus: σιγίλλιον· Λατινικῶς ἡ σφραγίς.* Proprie vero diploma vel chartam sigillo munitam significat. Vid. *Ducangii* Glossar. med. inf. graec. II, 1363—64 et *eiusdem* glossar. med. et inf. Latinitatis.

5) Quid sit *κληρικοτόπιον*, explicat *Ducangius* glossar. mediae et infimae Graecitatis I, 664, qui „*κληρικοτόπος*" inquit „*est clerici officium in aliqua ecclesia, quomodo vulgo nos Galli dicimus*: une place de clerc." Deinde hunc locum affert, sed paulo a Cotelerii recensione recedit: „*οἷς δὴ . . . διακόνου καὶ βασιλικοῦ διακόνου Πέτρου, ὅτι τε κατὰ . . . ἁγιώτητα . . . παρὰ τὸν πρὸ σοῦ πατριάρχου κληρικοτόπου. Ubi cod. al. κληρικοτοπίῳ praefert.*" In his alterum *διακόνου* et *ω* in *ἁγιώτητα* mendosa videntur; cetera bene se habent, praeterquam quod pro *κληροτόπου* structura dativum postulat, quem e cod. a Cotelerio in annot. marg. commemorato restituimus.

λουσα πρὸς ἔπαινον καὶ ἀνακήρυξιν τῆς μεγαλοδώρου καὶ φιλοτίμου ψυχῆς σου· ἅμα δὲ καὶ μίσθων οὐκ ὀλίγων πρόξενος ἡμῖν γενομένη, τόγε εἰς μέρος ἧκον αὐτῆς. ὁ δέ γε διάκονος ἀνάξιον τοῦ πρὸς σὲ γράφειν ἑαυτόν, ὥς φησι, κεκρικὼς, τούτου χάριν οὐδὲ γράψαι ποτὲ πρὸς τὴν σὴν ἐτόλμησεν ἁγιότητα, οὐ παύεται δὲ αὐτῇ πάμπολλα εὐχαριστῶν καὶ ὑπερευχόμενος, τῶν εἰς αὐτὸν ἀπείρων αὐτῆς εὐεργεσιῶν ἕνεκεν[g] *καὶ χαρίτων. καὶ αἰτεῖται ἀμειφθῆναι αὐτῷ*[h] *τὸ σιγίλλιον διὰ τὸ βραχῆναι καὶ σχεδὸν μηδὲ ἀναγινώσκεσθαι δύνασθαι καὶ ταῦτα μὲν περὶ τούτου*[i].

III. *Πρὸ καιροῦ δέ τινος ἀναμαθόντες παρὰ τῶν ἐκ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐνταῦθα ἀφικνουμένων περὶ τῆς ἀρετῆς καὶ εὐγενείας καὶ γνώσεως τοῦ νῦν τελευτήσαντος πάπα ταύτης φημί, περὶ*[k] *τῆς εἰς αὐτὸν*[l] *ἡμῶν ὁμοφροσύνης τε καὶ συμβάσεως, διὰ τὸ περὶ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν περὶ αὐτῶν*[m] *θρυλλούμενα σκάνδαλα, οὐκ ὀλίγα δι' ἡμετέρων συλλαβῶν μετὰ πολλῆς ταπεινοφροσύνης, ὡς καὶ αὐτὸς ἔχεις γνῶναι ἐκ τῆς τοιαύτης γραφῆς, αὐτῷ ἐδηλώσαμεν· τοῦτο μὲν κερδῆσαι τοῦτον πάντως βουλόμενοι· τοῦτο δὲ καὶ εὔνουν*[6] *ἔχειν καὶ οἰκεῖον πραγματευόμενοι εἰς τὴν περὶ ἡμᾶς αὐτοῦ κατὰ τῶν Φράγγων ἐπικουρίαν. ἅστινας δὴ συλλαβὰς καὶ ἐγχειρήσαντας τῷ τὰ πρὸς ἐκεῖνον ἐπιφερομένῳ βασιλικὰ γράμματα βεστιαρίτῃ*[7] *ἠλπίζομεν ἀποκομίσαι μὲν αὐτὸν καὶ ἄμφω τὰ γράμματα πρὸς ὃν ἀπεστάλησαν, ἀντι-*

laudem ac praeconium magnifici et generosi animi tui; tum vero etiam non exiguam mercedem nobis concilians, qua quidem ex parte ad illam pertinet. At diaconus, indignum se, prout ait, qui ad te scriberet judicans, ideo numquam ad sanctitatem tuam litteras dare ausus est. Non cessat autem tibi gratias plurimas agere, ac pro te orare Deum, ob innumera tua erga se beneficia et dona: poscitque sigillum commutari, quoniam madefactum fuit, vixque legi potest. Atque haec quidem de isto.

III. Ante autem aliquod tempus edocti ab iis, qui a veteri Roma huc veniunt, virtutem, ingenuitatem et scientiam papae ejus civitatis, qui nuper obiit, inquam, de communi concordia et consensione, propter scandala circa orthodoxam fidem de illis evulgata, non pauca per nostras [*syllabas seu*] litteras, cum humilitate multa, quemadmodum ipse quoque ex hujusmodi scripto cognoscere poteris, ei significavimus, partim ut eum omnino lucraremur partim vero etiam nixi, ut benevolum ac familiarem eum ad auxilium nobis adversus Francos praestandum haberemus. Quas litteras cum tradidissemus in manum vestiaritae, qui imperatoris litteras ad illum deferebat, sperabamus cum perlaturum illum ambas epistolas, ad quem missae fuerant, tum acce-

g) Cot. *ἔνεκεν.* — h) „*Al. αὐτῆς.*“ — i) „*Al. τούτων.*“ — k) „*Al. καὶ περὶ.*“ — l) „*Al. ταυτόν.*“ — m) „*Al. αὐτόν.*“

6) Ignorabiliter dictum Philoni libro de plantatione Noë p. 228 E. *ἔννοια γάρ ἐστι βούλησις τοῦ τῷ πλησίον εἶναι τὰ ἀγαθὰ αὐτὰ χάριν ἐκείνου*, nisi sese offerret *εὔνοια*, claro sensu. *Benevolentia enim est voluntas, ut proximo eveniant ipsa bona propter eum.* COT. Et sic legitur in *edit. Philonis Lipsiens.* a. 1829. tom. II. pag. 165. (de plantat. Noë §. 24).

7) Per ea, quae ab insignibus viris observata fuere, explodet facile diligens lector joculare nonneminis erratum. Is repertum inter officia palatii *βεστιαρίτην* putavit esse bestiis curandis praefectum, ideoque vertit bestiaritem et marginem inepta glossa maculavit, *Aliis θηριοκόμος*, immemor suae paullo ante praecedentis interpretationis, *ὁ πρωτοβεστιαρίτης. protovestiarites.* COT. De *vestiaritis* vide *Ducangii* annotationem ad *Annae Comnenae* Alexiadis lib. X. pag. 285. (pag. 49. 50. ed. Possin. Venet. 1729) et *eundem* in Glossario med. et inf. Lat.

γραφα[n] [8] *δὲ ἐξ αὐτοῦ λαβεῖν καὶ πρὸς ἡμᾶς ἀγαγεῖν.*

IV. *Ὁ δὲ τὰ τοιαῦτα λαβὼν γράμματα καὶ μέχρις αὐτοῦ φθάσας τοῦ μαγίστρου καὶ δουκὸς Ἰταλίας τοῦ Ἀργυροῦ τὰ γράμματα μὲν εὐμηχάνως αὐτὸν αὐτοῖ ἐπελθόντος ἐφ᾽ ᾧ ταῦτα διὰ ταχέων ἐς τὸν πάπαν ἐξαποστεῖλαι αὐτῷ ἐνεχείρισεν. Ὁ μάγιστρος δὲ, ὡς ἀκριβῶς μεμαθήκαμεν, οὐδέποτε τῆς οἰκείας ἐπιλελησμένος θρησκείας καὶ διπλόης* [9] *ἀλλ᾽ ἀεὶ τἀναντία κατὰ τῆς βασιλίδος*[o] *καὶ τῆς Ῥωμανίας φρονῶν, οὐδ᾽ ἐν τούτῳ ἠμέλησε τῶν συνήθων, ἀλλ᾽ αὐτά τε τὰ νομίσματα, ἃ πρὸς βασιλέως ὁ βεστιαρίτης λαβὼν ἐπεφέρετο, ἀνελάβετο ἐν κέρδει πάντως ἰδίῳ θέσθαι καὶ ταῦτα βουλόμενος, ὡς τὰ προαποσταλέντα, ἅτε περὶ οἰκείων διαπονούμενος κάστρων* [10] *οἰκοδομὰς καὶ τὴν*[p] *περὶ αὐτῶν*[p] [q] *ἐπιμέλειαν*[r].

V. *Καὶ ταύτην, ὡς ἐροῦμεν, τὴν σὺσκευὴν ἐσκαιώρησε. προσκαλεσάμενος γάρ τινας, οἷς μᾶλλον, ὡς ἔοικε, τῶν ἄλλων εἶχε θαῤῥεῖν, ὧν ὁ μὲν ἐν Ἀμάλφῃ ἐπισκοπήσας ποτὲ, ὡς ἤκουσται, ὕστερον δὲ τῆς τοιαύτης ἀπελαθεὶς ἐκκλησίας δι᾽ αἰτίας εὐλόγους, ἐπὶ πέντε ἤδη ὅλους ἐνιαυτοὺς*[s] *δεδιωγμένος ὑπάρχει*[t], *ὁ δὲ ὄνομα μόνον ἔχει ἀρχιεπισκόπου πράγματος παντάπασιν ἔρημον· οὐδὲ γὰρ ποὺ καὶ ἀρχιερεύσας*[u] *οὐχ εὕρηται· τῷ δέ γε τρίτῳ προσωπεῖον, ὡς αὐτῷ ἐδόκει, περιθεὶς καγκελλαρίου* [11] *καὶ τούτῳ δὴ τῷ Ῥω-*

pturum ab ipso rescripta atque allaturum ad nos.

IV. Ille vero hujusmodi sumptis litteris cum pervenisset usque ad magistrum et ducem Italiae Argyrum, qui ipse eum artificiose decipiebat, ea conditione, ut citius ad papam pervenirent, litteras illi tradidit. Verum magister, sicut accurate didicimus, numquam oblitus religionis suae atque astutiae, at semper male affectus in regiam urbem Romanumque imperium, neque in hac re a consuetudine sua recessit; sed pecuniam quam ab imperatore acceptam vestiarites deferebat, retinuit, quo etiam hanc, ut ea, quae prius missa erat, in usus suos plane converteret, ut qui castrorum suorum aedificiis operam daret curamque impenderet.

V. Atque hanc, uti dicemus, fraudem machinatus est. Convocavit enim nonnullos, quibus magis, ut videtur, .quam ceteris confidere poterat. Quorum unus quidem Amalphae quondam episcopatum obtinens, (ita accepimus) postea ab ea ecclesia justis de causis expulsus jam per quinque annos integros fugatus manet. Alter vero nomen solum habet archiepiscopi, ipsa re penitus nudum: neque enim ubinam pontificatum gessisset, potuit inveniri. Tertio autem pro libito imposuit personam cancellarii ac per summam

n) „*Al.* *ἀντίγραμμα.*“ — o) „*Al.* *βασιλείας.*“ — p) „*Deest in al.*“ — q) Cot. *αὐτόν*. „*f.* [i. e. fortasse] *αὐτῶν.*“ — r) „*Al.* *ἐπιμελείας.*“ — s) Cot. *ὅλοις ἐνιαυτοῖς.* „*Al.* *ὅλους ἐνιαυτούς.*“ — t) Cot. *ὑπάρχων.* „*Al.* *ὑπάρχει.*“ — u) „*Al.* *ἀρχιεράτευσεν.*“

8) *ἀντίγραφον* s. „*ἀντιγραφή*, rescriptum, jussio principis. Glossae Basilic.: *ἀντιγραφὴ λέγεται ἡ βασιλικὴ πρόσταξις διὰ τὸ ὡς ἐπὶ πλεῖστον ἐκ προηγουμένων ἀναφορῶν γίγνεσθαι τὰς βασιλικὰς προσταγάς.*“ *Ducang.* glossar. med. et inf. Graec. I, 83.

9) Quaest. 176. Caesarii, *οὐδὲ τοῦτο ἔξω διπλῆς καὶ ποικιλίας τὸ νόημα.* L. *διπλόης.* Ut quaest. 188. *ἔχοι δὲ καί τινα διπλόην τὸ νόημα.* COT.

10) Similiter vero mea quidem sententia ad istud triviale nomen producetur compendium scripturae, quod Leo Allatius licet in MSS. tractandis subactus legere tamen non potuit, lib. 2. de consensione ecclesiae utriusque cap 12. c. 675 hoc pacto: *καὶ τὸ παραδοῦναι δὲ Χριστιανήν γυναῖκά τινα τῷ ἐν τῷ κάστρῳ ἐκπροσωποῦντι τῷ Ἀμηρᾷ ὡμολόγει.* Id est, *tradidisse vero Christianam quamdam mulierem ei, qui in castro personam Amerae referebat, fatebatur.* COT.

11) Intelligit Fredericum, tunc diaconum et cancellarium, postea Romanum pontificem, quem *σημείωμα* de

μαϊκῷ ἀξιώματι ἐξ ὑπερβαλλούσης παν, κουργίας[v] καὶ πονηρίας τοῦτον ἀναπείσας καλεῖσθαι, ἵνα ἔχῃ ἐπὶ τοῖς σχσιωραθεῖσι κρατεῖν δι' αὐτοῦ, ὡς διά τινος δῆθεν τείχους ἀπροσμαχήτου· καὶ τῶν ἐμῶν γραμμάτων ἀφελὼν[12] τὴν σφραγῖδα καὶ τὰ ἐμφερόμενα αὐτῇ ἀναγνοὺς, ἕτερα δὲ πρὸς ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πάπα δῆθεν ἀπεσταλμένα συνθεὶς καὶ τούτοις[x] τοὺς εἰρημένους ἐφοδιάσας ἀνέπεισεν τοὺς ἀθλίους (φεῦ τῆς πλάνης[13] καὶ τῆς σκαιότητος) τὴν μεγαλόπολιν[14] καταλαβεῖν καὶ τὰ τοιαῦτα ἐμφανίσαι γράμματα πρὸς ἡμᾶς[15].

versutiam et pravitatem persuasit, ut ex hac Romana dignitate appellaretur, quo haberet in fraude, quam moliebatur per quem obtineret, nimirum tamquam per murum inexpugnabilem. Et cum litterarum mearum sigillum abstulisset et quae illis continebantur legisset, alias vero quasi ad nos a papa missas composuisset, hisce praedictos homines instruens, miseros induxit, o dolum et nequitiam! ut ad magnam urbem accederent atque ejusmodi litteras nobis commonstrarent.

v) „*Al.* κακουργίας. — x) „*Al.* τούτους."

projecto pittacio in sacra mensa a legatis Romanis contra patriarcham Michaëlem, quod producit Leo Allatius dissertationo 2. de libris ecclesiasticis Graecorum, ita nuncupat p. 163, *Φερεδέρικος διάκονος καὶ σακκελλάριος.* Sed forsan eodem errato, quod cernitur initio actionis 6. synodi VII. et scribendum, *καγκελλάριος*, qui et a Graecis *καντζιλλέριος* dicitur, et *καγκελλάριος*, *κακγελάριος*. COT. Locus *edicti pseudosynodi Constantinopolitanae*, quem dicit Cotelerius, legitur supra pag. 162 a. 2. Nos illic ex codice Vindobonensi, quod testatur Lambeccius, *καγκελλάριος* rescripsimus.

12) Participium reddendum *S. Nilo* ad Agathium cap. 2. in opusculis p. 86. 87. contra avaros: *ἵνα διπλῇ, τὸν συναγαγόντα κολάσει καταδικάσῃ, τῇ μὲν ὑπὲρ ὧν ἀσθενεστέρους ὠφελλων ἠδίκησε, τῇ δὲ ἀνθ' ὧν ἅπερ ἐκείνων ἀφείλετο, ἄλλοις ὕλην συνήγαγεν ἀσώτου ζωῆς. Ut duplici poenae coacervatorem adjudiect, alteri quidem, pro eo quod imbecilliores spoliando injuria affecit, alteri vero quoniam quae eorum bona abstulit, ea aliis congregavit ad vitae flagitiosae materiam.* Sed et pari errato leges in Josepho lib. 9. cap. 2. p. 305 f. *ὠφελοῦντο.* pro *ἀφελοῦντο. εὐτελὲς δ' οὐδὲν οὐδ' ὀλίγον ἀφελοῦντο.* Vet. interpr. *Qui nihil tulerunt vile, nec parvum.* Et lib. 16. cap. 12. *ὠφελήσειν γὰρ οὕτως τοῦ θυμοῦ τὸ περιττόν.* pro *ἀφελήσειν. Sic enim ademptururm ab eo irae plurimum.* COT.

13) Ab Allatio in opere de purgatorio editus Eustratius presbyter CP. De statu animarum post mortem p. 507, 508, ubi de Pythonissa, *μετήλλαξε τὴν πάλιν* omnino scribendum *τὴν πλάνην*, ut et ipse clamat contextus. At ex encomio S. Dionysii per Michaëlem Syncellum, multo ante medium ejici debet *πλάνην* et legi, *εὐθὺς ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος ἐξαναδὺς ἐπὶ τὴν πρὸς τὸν ἀνθρωποκτόνον ἀποστάτην ἵεται πάλην.* Hoc est: *statim atque e baptismi lavacro emersit, ad luctam adversus homicidam apostatam profectus est.* COT.

14) Ita passim apud auctores, non solum Constantinopolis, sed et Roma aliaeque urbes maximae appellantur. Certe capite 1 partis 3. concilii Chalcedonensis, ubi in titulo libri editi habent, *ἀρχιεπίσκοπος Λέων*, codex regius 1026 f. 182. ostendit, *ἀρχιεπίσκοπος τῆς μεγαλοπόλεως Ῥώμης Λέων.* disertique sunt Graeci in varietate epithetorum, quibus urbem suam novam Romam ornant. Sed notari debet censura Christophori de Bondelmontibus in descriptione Constantinopoleos; *fuit haec urbs*, inquit, *pulcherrima valde et aula sapientiae et honestatis, nunc vero ad ignorantiam et duritiam vetustae opinionis, perventi* (lego *praeventi*) *peccato gulae, adhaeserunt; et in tantum delati propter copiam piscium et carnium, quod pars quarta ipsius ad morbam inciderunt leprae et doctrinam Ioannis Chrysostomi Damasceni et aliorum sanctorum patrum dimisere.* Nec omittam errorem qui antiquitates CP. Lambecii p. 99. seu demonstrationes chronographicas Combefisii p. 27. maculat. *τότε εὐφημίσθη ἡ πόλις ἀληθεῖσα Κωνσταντινούπολις, τῶν ἱερέων βοώντων, εἰς ἀπείρους αἰῶνας εὐόδωσον ταύτην, κύριε.* errorem, pudendum, cum sit in proclivi emendare, *κληθεῖσα. Tunc faustis omnibus accepta est civitas vocata Constantinopolis: clamantibus sacerdotibus: in infinita saecula hanc dirige et promove. Domine,* COT.

15) Hoc mendacium de legatis ab Argyro missis et de sigillis falsatis jam in Michaëlis decreto de proiecto pittacio cett. invenimus. Vid. supra pag. 160. a. 24 sqq.

VI. *Οἳ καὶ εἰσελθόντες τὴν βασιλεύουσαν πρῶτον μὲν τῷ κραταιῷ καὶ ἁγίῳ ἡμῶν βασιλεῖ ἐθεάθησαν μετὰ σοβαροῦ καὶ γαύρου σχήματος καὶ φρονήματος καὶ βαδίσματος. Ἔπειτα δὲ πρὸς τὴν ἡμετέραν μετριότητα ἀνεληλυθότες, τί ἂν τις εἴποι ὁπόσῃ ὑπερηφανείᾳ καὶ ἀλαζονείᾳ καὶ αὐθαδείᾳ ἐχρήσαντο; μηδὲ τὴν οἱανοῦν πρόσρησιν εἰπόντες ἡμῖν, ἢ κἂν γοῦν μικρὸν κλῖναι τὰς ἑαυτῶν κεφαλὰς καὶ προσαγαγεῖν ἡμῖν τὴν συνήθη ποσκίνησιν ἀνασχόμενοι μηδὲ μὴν ὄπισθεν τῶν μητροπολιτῶν μεθ' ἡμῶν ἐν τῷ σεκρέτῳ συνηθροισμένων[16] καθίσαι ὅλως καταδεξάμενοι κατὰ τὴν κρατήσασαν ἀρχῆθεν συνήθειαν, ἀλλ' οἰκείαν τοῦτο ὕβριν νενομικότες. Τί μὴ λέγω τὸ τούτων ἀνοητότερον; ἀλλ' οὐδὲ πρὸς βασιλικὴν ὅλως προσωπὴν καὶ μεγαλειότητα τεταπείνωνται· μᾶλλον μὲν οὖν ἑαυτοὺς μεγάλως ἐξαίροντες καὶ τὰ ὑπὲρ αὐτοὺς φανταζόμενοι μετὰ σταυροῦ καὶ σκήπτρων ἐντὸς τῶν βασιλείων εἰσέρχονται.*

VI. Qui imperantem urbem ingressi primo quidem potenti sanctoque nostro imperatori conspiciendos se praebuerunt arrogantem superbumque habitum, spiritum, incessum praeferentes. Postea vero ad nostram venientes mediocritatem, quid dixerit quis quanta insolentia, jactantia, temeritate usi fuerint? nulla penitus nos salutatione impertiti nec sustinentes vel minimum capita sua inclinare nobisque solitam venerationem offerre neque etiam omnino admittentes post metropolitanos nobiscum in secreto congregatos sedere juxta jam olim obtinentem consuetudinem, verum id suam esse contumeliam arbitrati. Quorsum non eloquor, quod his stolidius est? Neque etiam ad imperiale culmen majestatemque ullatenus humiles exhibuerunt se: quinimo majorem in modum se extollentes atque arroganter de se sentientes cum cruce et baculis intra regiam ingressi sunt.

VII. *Μηδὲν τοίνυν τούτων, ὡς εἰκὸς, δεδρακότες ἐπιστολὴν ἐσφραγισμένην ἡμῖν ἐπέδωκαν καὶ εὐθὺς ὑπεχώρησαν. ἣν καὶ λαβοῦσα ἡ μετριότης ἡμῶν καὶ ἀφελεῖν τὴν σφραγῖδα[a] ἐπιχειρήσασα καὶ ἀκριβῶς περιεργασαμένη αὐτήν τε ταύτην εὗρε νενοθευμένην καὶ τὰ γράμματα πλήρη δόλου καὶ περινοίας. ἐκεῖνα γὰρ καὶ ἐδήλουν ἀπαραλλάκτως, ἅπερ ἐν τῇ μεγαλοπόλει ὁ Ἀργυρὸς ἐνδημῶν πρὸς τὴν ἡμετέραν πολλάκις ἔλεγε μετριότητα· μάλιστα δὲ περὶ τῶν ἀζύμων, δι' ἃ καὶ οὐχ ἅπαξ μόνον, ἀλλὰ καὶ δὶς ἤδη καὶ τρὶς καὶ τετράκις τῆς θείας ἐξώσθη καὶ ἀπεβλήθη παρ' ἡμῶν κοινωνίας καὶ μεταλήψεως.*

VII. Postquam igitur nihil horum, prout par erat, perpetraverunt, epistolam obsignatam tradiderunt nobis statimque recesserunt. Qua accepta mediocritas nostra sigillum laxare conata diligenterque scrutata ipsummet invenit adulteratum et litteras plenas doli ac vaframenti. Illa enim citra discrimen declarabant, quae dum in hac magna urbe Argyrus commoratur, nostrae saepe protulit mediocritati: praesertim de azymis, propter quae non semel tantum, sed et bis jam et ter quaterque per nos pulsus erat atque ejectus a divina communione ac sumptione eucharistiae.

VIII. *Τὸ δὲ ἴσον[b] τῆς πρὸς τὸν πάπαν ἡμετέρας γραφῆς, ἀλλὰ μὴν καὶ αὐτῆς τῆς πρὸς ἡμᾶς δῆθεν ἀπὸ τοῦ πάπα διὰ τῶν*

VIII. Porro exemplum nostrae ad papam epistolae, sed et eius ipsius, quae quasi a papa ad nos scripta per sceleratos homines allata

y) Cot. *μήτε.* — z) Cot. *μητροπολίτων.* — a) Cot. *σφραγίδα.* — b) Cot. *ἶσον.*

16) Hoc de secreto patriarchali accipio locum *Iohannis Moschi* cap. 193. Prati spiritualis, de Apollinari Alexandrino. *καθότι*, inquit, *ἐθεώρει αὐτὸν ἐν τῷ σηκρήτῳ* vel *σεκρέτῳ αὐτοῦ τὴν ψυχὴν ἐδάκνετο.* Cum tamen interpres ita vertat: *quoties videbat illum, in secreto conscientiae suae angebatur.* Acta Petri martyris p. 218. *ἐν τῷ σεκρέτῳ γενόμενος.* Ubi versio: *in cubiculum veniens.* COT.

ἀλιτηρίων ἀποκομισθείσης καὶ εἰς τὴν Ἑλλάδα μεθερμηνευθείσης φωνὴν πρὸς τὴν σὴν μακαριότητα ἐξεπέμψαμεν, ὡς ἂν γνῴης, τί μὲν ἡμεῖς πρὸς ἐκεῖνον ἐγράψαμεν, τίνα δὲ διὰ τῆς ἐπιδοθείσης ἡμῖν ἐπιστολῆς ἐδηλοῦντο καὶ ἀκριβῶς καταμάθῃς ἐντεῦθεν, ὡς οὐ ψιλὴν ὑπόνοιαν ὑπενοήσαμεν[c], ἀλλ᾽ αὐτῆς τῆς ἀληθείας γυμνῆς ἐδραξάμεθα· φανερώτερον δὲ τὸ τοιοῦτον ἠλέγχθη δρᾶμα καὶ διὰ τοῦ ἀρχιεπισκόπου Τράνας καὶ συγκέλλου ἐκεῖθεν πρὸ[d] τούτων ὡς[e] πρὸς ἡμᾶς ἀφιγμένου καὶ τὴν ἀλήθειαν[f] πᾶσαν διασαφήσαντος[g], ὃν τρόπον εἴρηκα τῷ κραταιῷ καὶ ἁγίῳ ἡμῶν βασιλεῖ.

IX. Φήμη δέ τις τοῖς ἡμετέροις ὠσὶν ἐνηχήθη, ὡς τὸν δηλωθέντα πάπαν καὶ ἡ τελειότης σου ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀναφέρει διπτύχοις, ἀλλὰ μὴν ὁ Ἀλεξανδρείας καὶ ὁ Ἱεροσολύμων. καὶ οὐκ οἶμαι τοσοῦτον ἀγνοῆσαι ἀγνόημα, μάλιστα πρὸ τῶν ἄλλων τὴν σὴν ἀσύγκριτον ἀρετήν. οἶδας γάρ, ὅτι ἀπὸ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου[17] καὶ ἐπὶ τάδε ἡ ἐν τοῖς ἱεροῖς διπτύχοις ἀναφορὰ ταῖς καθ᾽ ἡμᾶς δηλαδὴ ἁγίαις ἐκκλησίαις ἐξεκόπη[18] τοῦ πάπα διὰ τὸν τηνικαῦτα πάπαν Ῥώμης τὸν Βιγίλλιον[h] μὴ ἀπαντῆσαι[19] κατὰ ταύτην τὴν σύνοδον μήτε μὴν ἀναθεματίσαι τὰ παρὰ Θεοδωρήτου[i] κατὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως καὶ τῶν δώδεκα κεφαλαίων τοῦ ἁγίου

fuit, quaeque in linguam Graecam translata est, ad beatitudinem tuam misimus, ut cognosceres, quid nos ad illum scripsissemus, quaenam vero per epistolam, quae nobis reddita est, significata; utque hinc plane intelligeres, nos non nuda suspicione adductos esse, sed ipsam nudam apprehendisse veritatem. Caeterum manifestius idem commentum deprehensum est etiam per archiepiscopum Tranensem ac syncellum, quippe qui ante hos illinc ad nos venisset totamque aperuisset veritatem, quemadmodum narravi potenti sanctoque imperatori nostro.

IX. Rumor autem quidam nostris auribus insonuit papam quem diximus, etiam a perfectione tua in sacra diptycha referri itemque ab Alexandrino et Hierosolymitano antistitibus. Sed non puto tanta ignorantia teneri maxime prae ceteris tuam incomparabilem virtutem. Nosti enim a tempore sanctae et oecumenicae sextae synodi ac deinceps relationem papae in sacra diptycha apud nostras videlicet sanctas ecclesias excisam fuisse, propterea quod Vigilius, tunc Romae papa, ad eam synodum venire noluisset, nec anathema dicere tum Theodoreti adversus rectam fidem duodecimque sancti Cyrilli capita scriptis, tum epistolae Ibae atque ex eo

c) „*Al.* ἐπενοήσαμεν.“ — d) om. Cot. „*Al.* πρὸ τούτων ὡς.“ — e) ὡς τούτου Cot. Sed quod nos dedimus in altero cod. legitur cf. annot. antecedentem. — f) Cot. ἀληθῆ. „*Al.* ἀλήθειαν.“ — g) Cot. add. γνώμην. „*Deest in al.*“ — h) Sic Cot. „*Allat.* Βιγίλιον.“ i) Cot. Θεοδωρίτου.

17) Refellitur a Petro Antiocheno in responsione. Et parili modo Iohannes Veccus in opusculis Graecis Arcudii 152. anathematismum 22. synodi quintae ex synodo sexta laudat. Contra vero in loco Simeonis Hierosolymitani, quem profert Allatius adversus Creygthonum p. 572. πέμπτης συνόδου typis expressum est vice ἕκτης COT. Ridiculo errore sextam synodum pro quinta scripsit Michaël; cf. Petri epist. ad Michaëlem cap. 4. (p. 192, 7 sqq.)

18) Apud Lambeccium Cod. 247. lib. 5. p. 125. ἀπαρίθμησις αἰτιῶν, δι᾽ ἃς ἀπόρρηται (leg. ἀπερρίφθη?) ἡ τοῦ πάπα Ῥώμης ἀναφορά etc. COT.

19) Ab ἀντί deducitur ἀντάω, ἀπαντάω, et cum aliis multis δυσάντητος, ob quod ultimum hanc notam conficere non dubitavi, ut indicarem S. Cyrilli locum, qui bene habere videri posset et male habet. In Oseam n. 132. p. 165 A. Cyrus, inquit, in Babylonem et Assyriam expeditionem suscepit σὺν ὄχλῳ βαρεῖ καὶ δυσαιτήτῳ δυνάμει. *cum exercitu ingenti et potentia inexorabili:* juxta interpretem. Ego vero corrigo et sic corrigere omnes volo δυσαντήτῳ, hoc est inexpugnabili, cuique vix ac ne vix quidem occurri potest. Sic mortis δυσάντητον κράτος dixit idem pater lib. 4. adversus Nestorium p. 167. similiaque multa proferremus ex ipso, si necesse esset. Unde ejusdem operis lib. 3. p. 82 E. ubi apparet δυσανά* videtur scribendum δυσάντητον, *inexpugnabile* interpreti. COT.

Κυρίλλου γραφέντα, ἔτι δὲ καὶ τὴν τοῦ Ἴβα ἐπιστολὴν καὶ ἔκτοτε καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἀποτμηθῆναι τῆς καθ' ἡμᾶς ἁγιωτάτης καὶ καθολικῆς ἐκκλησίας τὸν πάπαν. οὗ χάριν καὶ ἄπιστον ἡμῖν τοῦτο παντάπασιν ἔδοξε· οὐ τοσοῦτον περὶ ἐκείνων, ὅσον περὶ τῆς σῆς πολυμαθείας τε καὶ ἐξῃρημένης συνέσεως[20].

X. Καὶ οὐ τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ οἱ δηλωθέντες δύο ἀρχιερεῖς, οὐ μόνον ἄλλους τὰ ἄζυμα ἐσθίοντας καταδέχονται, ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ αὐτοὶ δι' ἀζύμων τὴν θείαν ἐκτελοῦσι μυσταγωγίαν. καὶ ἡμεῖς μὲν μήτινος εὐποροῦντες ἐκ τοῦ προχείρου, δι' οὗ τὴν περὶ τούτου πρὸς ἐκείνους ἐρώτησιν ποιησόμεθα, ἄλλως δὲ μηδὲ ἄλλοις περὶ τούτων θαῤῥεῖν ἔχοντες τὸ πᾶν τῆς ἐρεύνης[21] τῇ σῇ ἀνατίθεμεν ἁγιότητι, ὡς ἂν αὐτὴ περὶ τοῦ πράγματος ἀκριβῶς ἐξετάσασα γνωρίσῃ τῇ ἡμῶν μετριότητι. καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

XI. Εἰς ἡμετέρας δὲ χεῖρας ἀπεδόθη διὰ τοῦ λαμπροτάτου προέδρου καὶ δουκὸς Ἀντιοχείας τοῦ Σκληροῦ[22] καὶ τὸ ἴσον[k] τῆς πρὸς τὸν Γρανδέσης ἤτοι Ἀκυλίας γραφῆς σου· ὃ καὶ ἀναγνωσθὲν κατοδρομὴν αὐτὸ[l] πολλὴν περὶ τῶν ἀζύμων μόνων[m] εὑρέθη ποιούμενον τῶν ἄλλων Ῥμαϊκῶν σφαλμάτων πολλῷ τούτων χαλεπωτέρων ἀφέμενον. εἰ τάχα δὲ καὶ ἔγραψεν οὑτωσὶ πρὸς τὴν σὴν ἁγιότητα, ὅτι περὶ τούτων ἔγραψεν αὐτῷ[n] ἡ μετριότης ἡμῶν· ἀλλ' οὖν περὶ οὐδενὸς τούτων ἐδήλωσέ ποτε ἢ αὐτῷ τῷ πάπᾳ ἤ τινι ἄλλῳ τῶν ἐπισκόπων αὐτοῦ· πλὴν τῆς ἐπστολῆς, ἧς νῦν πρὸς σὲ τὸ ἴσον[o] ἐξαπεστείλαμεν. ἀλλ' ὡς φαίνεται, ἀπό τε τῶν γραμμάτων αὐτῶν

tempore usque ad praesens abscissum esse papam a nostra sanctissima et catholica ecclesia. Quam ob causam incredibilis nobis penitus visa est illa fama: non adeo de illis antitistibus, quam de multiplici doctrina tua singularique prudentia.

X. Neque vero hoc duntaxat relatum est, sed etiam duos pontifices, quos commemoravimus, cum homines alios azyma comedentes recipere, tum ipsos quoque interdum in azymis divina celebrare mysteria. Et nos quidem neminem ad manum habentes, per quem illos ea de re interrogemus, ad haec aliis circa ista nequaqnam fidentes omnem inquisitionem tuae committimus sanctitati, ut ipsa negotio diligenter explorato nostrae mediocritati notum faciat. Ac de his quidem sic.

XI. In nostras autem manus traditum est a clarissimo praeside ac duce Antiochiae Sclero exemplum epistolae tuae ad Gradensem seu Aquileiensem antistitem, quae lecta inventa est plurimam excurrere in sola azyma aliis Latinorum erroribus, qui multo graviores sunt, omissis. Si forte autem et ita scripsit ad sanctitatem tuam de his ad ipsum litteras dedissc nostram mediocritatem; attamen de nullo horum indicavit unquam, aut ipsi papae aut alteri cuipiam episcoporum suorum excepta epistola, cujus exemplum impraesentiarum ad te misimus. Scilicet, sicut apparet ex litteris eorum atque actionibus, penitus mendaces sunt et vafri. Verum

k) Cot. ἴσον. — l) Cot. αὐτοῦ. „Al. αὐτὸ.“ — m) „Al. μόνον.“ — n) „Al. αὐτὸ.“ — o) Cot. ἴσον.

20) Hoc dictum a Petro Antiocheno in responso ad Michaëlem (c. II. et III.) refutatur.

21) Mihi permirum videtur viros doctos omnia edere, omnia concoquere, omnia interpretari plane securos de sensu. Quid enim, amabo, haec Graeca sibi volunt Theophylacti In adorationem S. Crucis, apud Gretserum c. 1511 B. τοὺς ἥλους ἀνασκοποῦντα καὶ τὰ τῆς λόγχης κεντήμαμα καὶ βάλλοντα δι' αὐτῶν τὸν τῆς ἐράνης δάκτυλον. Quid vero isto Latina, *clavos contemplans et lanceae vulnera inque ea velut retributionis digitum immittens.* Quomodo non statim ex ipso contextu et ex historia evangelica occurrit ἐρεύνης δάκτυλος Thomae Apostoli? COT.

22) Zonaras. Cedrenus. COT.

καὶ τῶν πράξεων ὅλως εἰσὶ φιλοψευδεῖς καὶ περίεργοι. ἀλλ' εὖ ἴσϑι, ὡς οὐχ ἑνὶ μόνῳ βέλει τῷ περὶ τῶν ἀζύμων περιπείρονται οἱ Ῥωμαῖοι τῷ τὸ προδήλως πᾶσι γινωσκομένῳ, ἀλλὰ πολλοῖς τε καὶ διαφόροις, δι' ἃ καὶ ἐκτρέπεσϑαι τούτους ἐπάναγκες.

XII. Καὶ ἃ μὲν ἐπιτελοῦσιν Ἰουδαΐζοντες, ταῦτά ἐστι· αὐτό τε τὸ περὶ τῶν ἀζύμων αὐτοῖς ἐπικρεμάμενον ἔγκλημα καὶ τὰ πνικτὰ τούτοις ἐσϑίειν καὶ τὸ ξυρᾶσϑαι[23]. καὶ τὸ φυλάττειν τὰ σάββατα καὶ τὸ μιαροφαγεῖν[24] καὶ τὸ τοὺς μοναχοὺς[23] κρεωφα-

noli ignorare, non uno tantum jaculo, illo, inquam, quod est de azymis, transfigi Latinos, quodque cunctis notissimum, sed multis variisque, ob quae necesse est, ut illos aversemur.

XII. Et quidem ea, quae Judaeos imitati peragunt, ista sunt: ipsum illud, quod de azymis impendet iis, crimen et quod suffocata comedunt et barbas suas radunt et sabbata servant et polluta comedunt et mo-

23) Magnum vero crimen, ut per Graecos Latinis objiceretur, non solum hic, sed et in edicto de pittacio, ubi ajunt: *ἐγκαλέσαντες ἡμῖν, ὅτι τοὺς πώγωνας παραπλησίως ἐκείνοις ξυρᾶν καὶ τὴν κατὰ φύσιν ἀνθρώπου μορφὴν παρὰ φύσιν ἐναλλάσσειν οὐκ ἀνεχόμεϑα*, *incusantes nos*, Graecos Latini, *quod barbam aeque ac illi radere et eam, quae est secundum naturam hominis, figuram immutare contra naturam non sustinemus. μήτε τῇ γραφῇ προσέχειν ἐϑέλοντες, ἣ οὐκ ἀπομαδαρώσετέ φησι τοὺς πώγωνας ὑμῶν· οὔτε μὴν ἐννοεῖν ὅλως βουλόμενοι, ὅτι γυναιξὶν εὐπρεπὲς τοῦτο ὁ κτίσας ἐποίησε ϑεός, ἀνδράσι δὲ ἀνάρμοστον ἐδικαίωσεν. Neque scripturae animum advertere volentes, quae Non depilabitis, inquit, barbas vestras: neque omnino cogitare volentes, quod creator Deus id mulieribus decorum esse effecit; viris vero inconveniens merito censuit.* Praeterea Graeci iidem in indice accusationem contra Latinos edito per Stevartium Observation. ad Manuelem Calecam num. 36. hoc modo criminantur: *iidem barbam radunt et pilos totius corporis rati ad expiationem quamdam* (sic lego) *conducere. Quod Judaicum est.* Et num. 51. *Monachi mentum radunt muliebrem in morem.* Vide Zonaram et Blastarem in Canonem Trullanum 96. Nec vice versa Graecis pepercerunt Latini. Nam in pittacio dicitur: *τὴν κόμην τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ πώγωνος, ὡς οἱ Ναζωρηνοὶ τρέφοντες τοὺς τὰς κόμας κείροντας καὶ κατὰ τὴν διάταξιν τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας τοὺς πώγωνας ξυρίζοντας εἰς τὴν κοινωνίαν οὐ καταδέχονται.* In Conciliis: *sicut Nazareni capillos capitis ac barbas nutrientes eos, qui comas tondent et secundum institutionem Romanae ecclesiae barbas radunt, in communione non recipiunt.* Et tractatu de Graecorum malis consuetudinibus, apud eumdem Petrum Stevartium p. 418. Graeci nequaquam venerantes praeceptum Apostolicum illud: (1 Cor. XI, 14) *Vir si comam nutriat, ignominia est illi; omnes cum maximo studio incrementis* (subjunxerim *capillorum*) operam praestant. *Hujus lapsus clerici maxime rei sunt, et etiam monachi, quos nullo modo decet nutrire. In coronae modum, sicut regula praecipit, tonsuram capillorum non faciunt; sed paene, ut mulieres in fronte dividendo discriminant; servatis undique capillis, ut colli nuda et aurium cartilagines protegant. p. 419. Sacerdotes eorum, more judaico, promittunt barbas, quae sunt Dominico sanguine, cum ab illis bibitur, madentes.* Nonnullos quoque Latinos non permisisse Graecis *barbam nutrire*, *γένειον τρέφειν*, testatum invenies in libro Allatii de aetate et interstitiis in collatione ordinum, p. 6. 15. Adeo ex studiis partium res leves in atrocia vertuntur facinora. At Photius apud Johannem Veccum citatum a Leone Allatio dissertatione de perpetuo consensu Occidentalis et Orientalis ecclesiae p. 597, 598 ait: *οὕτω ξυρᾶσϑαι μὲν ἄλλοις πάτριον, ἑτέροις δὲ καὶ συνοδικοῖς ὅροις ἀπόβλητον. εὐφήμως δὲ τὸν λόγον εἰπεῖν ἔδει, καὶ εἴπομεν. εἰ δὲ καὶ τὸν ἐν Σίδῃ κανόνα προσεϑέμεν, βαρεῖς ἂν καὶ λίαν φορτικοὶ κατεφάνημεν. Sic tonderi aliis patrium est, aliis synodica etiam definitione abjiciendum. Bonis enim verbis haec dici oportebat, ut et diximus. Quod si canonem Sidensem proposuissemus, graves visi fuissemus atque importuni.* Mitto caetera et caeteros, qui plura forsan dixi, quam par erat. COT. Locos edicti pseudosynodi, quos commemorat Cotelerius, vide supra pag. 157, 28 sqq. 158, 13 sqq. Vitiose apud Cotelerium in hac annotatione scriptum est *ἀπομαδαρώσετε.* lege *ἀκομαδαρώσετε* (Vid. supra pag. 158, 14. et annot. 21).

24) Quo de peccato praeclara extat lectu dignissima Photii epistola, auctarii num. 2, in qua ob leve mendum Montacutio aqua haesit, *εἴ τε καὶ μετὰ τεσσαράκοντα ἡμέρας ἐπιτεϑῇ αὐτοῖς ἐπιτίμιον.* Solemnis nimirum

γεῖν τὸ στέαρ τὸ χοίρειον καὶ τὴν δερματίδα πᾶσαν τὴν διήκουσαν μέχρι τοῦ κρέατος καὶ τὸ κατὰ τὴν πρώτην[26] τῶν νηστειῶν ἑβδομάδα καὶ τὴν ἀπόκρεων[p] ἐν ταὐτῷ καὶ τὴν τυρηνὴν ἐκτελεῖν καὶ τὸ τῇ δὲ τετράδι κρεωφαγεῖν, τῇ δὲ παρασκευῇ ἐσθίειν τυρὸν καὶ ὠά, ἐν τῷ σαββάτῳ δὲ νηστεύειν[27] πᾶσαν τὴν ἡμέραν. τὰ δ' ἐκτὸς τούτων τοιαῦτα καὶ οὕτως ἔχοντα· ἐν τῷ ἁγίῳ συμβόλῳ τοιανδέ τινα ποιοῦνται προσθήκην κακῶς καὶ ἐπικινδύνως φρονοῦντες, ἔχει δὲ οὕτως· καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ κύριον καὶ ζωοποιὸν, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἐκπορευόμενον[28]. καὶ ἐν τῇ θείᾳ δὲ μυσταγωγίᾳ τὸ εἷς ἅγιος, εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν θεοῦ πατρὸς διὰ πνεύματος ἁγίου ἐκφωνοῦσι.

XIII. *πρὸς δὲ καὶ τὸν γάμον τῶν ἱερέων κωλύουσι, τουτέστι τοὺς γυναῖκας ἔχοντας μὴ καταδέχεσθαι τὸ τῆς ἱερωσύνης ἀξίωμα, ἀλλ' ἀζύγους εἶναι τοὺς ἱερᾶσθαι θέλοντας. καὶ δύο ἀδελφὰς δύο λαμβάνουσι[29]. καὶ ἐν τῇ λειτουργίᾳ[30] κατὰ τὸν καιρὸν τῆς μεταλήψεως*

nachi apud eos carne vescuntur adipeque suillo omnique cute usque ad carnem pertingente et in prima jejuniorum hebdomade, in carnisprivii et lacticinii hebdomadis eodem modo de cibo agunt; et feria quarta carnem edunt, parasceve autem caseum et ova totum sabbati diem jejunant. Quae vero extra haec, ejusmodi sunt atque ita habent: In sancto symbolo tale additamentum recitant pro mala periculosaque eorum sententia ad hunc modum: Et in Spiritum sanctum, dominum et vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit. Item in sacra missa proclamant: Unus sanctus, unus dominus Jesus Christus in gloria Dei patris per spiritum sanctum.

XIII. Ad haec etiam sacerdotum nuptias prohibent; hoc est, ut nullo pacto qui uxores habeant, sacerdotii dignitatem suscipiant, permittunt, sed conjugii expertes esse volunt, qui sacerdotes esse cupiant. Duo etiam fratres duas sorores ducunt. In missa tempore com-

p) „*Al.* ἀπόκρεα." — q) „*Al.* inser. τούτοις."

error est in *μετά* et *κατά* confusis. Tu, *si quidem juxta* (*κατά*) *regulam quadraginta dierum imposita fuerit poenitentiae mulcta.* COT.

25) Iidem Graeci, *si quis monachus in episcopum promoveatur, carnes manducat intrepide. Et monachi parva vexati aegritudine carnibus vescuntur. Communiter autem omnes pinguedine porcina utuntur.* Ibidem in accusationibus Graecorum contra Latinos cap. 59. *Monachi eorum manducant adipem et pinguedinem suillam, quae carnibus adnascitur, hoc est lardum; et praetextus cujusvis, etiam exigui morbi, carnibus vescuntur monachi et laici in magna quadragesima; et si quis monachus ordinatur episcopus, impune carnes manducat.* Adde quae in Humberto contra Graecorum calumnias sub finem et ad finem: itemque Theophanem chronici p. 368 A. Theophylacti epistolam citatam Juris Graeco-Romani p. 320. Ut de caeteris nihil dicatur. COT.

26) Adversus Latinos Graeci ibidem apud Stevartium p. 410. *Septimanam edulio casei dicatam non agnoscentes, carnes comedunt.* Similique modo index accusationum cap. 53. *Non agnoscant tyrophagam hebdomadem, ab esu casei sic nominatam: sed in ea vescuntur carnibus.* Mox quae uncis conclusi, desumpta sunt ex MS. 2376. COT.

27) Photius epist. 2. n. 5. *καὶ πρῶτον μὲν αὐτοὺς ἐκθέσμους εἰς τὴν τῶν σαββάτων νηστείαν μετέστησαν. οἶδε δὲ καὶ ἡ μικρὰ τῶν παραθέντων ἀθέτησις, καὶ πρὸς ὅλην τοῦ δόγματος ἐπιτρέψαι καταφρόνησιν.* Ubi nihil volo attentari in verbo *ἐπιτρίβειν.* COT.

28) Hic controversia de addito *filioque* in discidio a Michaële Cerulario excitato iterum commemoratur ita tamen, ut haec differentia minimi momenti esse appareat, eodem fere modo atque in decreto pseudosynodi Const. (Vide supra pag. 158, 10 sqq.)

29) Ex quo Photius encyclion dederat, haec criminatio non amplius mota est.

30) In indice objectorum Latinis per Graecos num. 12. ex Stevartii ejusdem observationibus in Calecam: *sive sit episcopus sive sacerdos, ipse solus oblationis fit particeps. Caeteros sive in sacris ordinibus constitutos sive laicos,*

εἷς τῶν λειτουργούντων ἐσθίων[r] *τὰ ἄζυμα τοὺς*[s] *λοιποὺς ἀσπάζεται. καὶ δακτυλίους φοροῦντες ἐν ταῖς χερσὶν οἱ ἐπίσκοποι ὡς δῆθεν γυναῖκας τὰς ἐκκλησίας λαμβάνοντες τὸν ἀῤῥαβῶνα φορεῖν λέγουσι. καὶ εἰς πολέμους*[31] *δὲ ἐξιόντες αἵμασι τὰς ἑαυτῶν χεῖρας χραίνουσι καὶ πρὸ αὐτῶν*[t] *τὰς ψυχὰς ἀναιροῦντες καὶ ἀναιρούμενοι. ὡς δέ τινες ἡμᾶς διεβαιώσαντο, καὶ τὰ θεῖον βάπτισμα ἐπιτελοῦντες τοὺς βαπτιζομένους βαπτίζουσιν*[u] *εἰς μίαν κατάδυσιν*[32] *τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ*[v] *τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπιλέγοντες, ἀλλὰ καὶ ἅλατος πρὸς τούτῳ*[x] *τὰ τῶν βαπτιζομένων πληροῦσι στόματα. Κακῶς δὲ καὶ τὸ ἀποστολικὸν ἐκεῖνο ῥητὸν ἐκλαμβάνοντες τὸ φάσκον*[33]*· μικρὰ ζύμη*[34] *ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ, οὕτως ἐκεῖνο γεγραμμένον ἔχουσι· μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα φθείρει· πειρώμενοι διὰ τῆς μικρᾶς ταύτης τοῦ ῥήματος ἀφορμῆς ἀνα-*

munionis unus ex iis, qui ministrant, comedit azyma et reliquos amplexatur [et pacem illi largitur]. Annulos in manibus ferentes episcopi, quasi ecclesias uxorum loco duxerint, gestari a se arrhabonem aiunt, et dum ad bellum progrediuntur, sanguine manus inquinant; ante quas pollutas tum animas occidunt tum animabus occiduntur. Utque nonnulli nobis affirmarunt, illi, quum divinum baptismum celebrant eos, qui baptizantur, una immersione, baptizant, dum nomen Patris et Filii et spiritus sancti proferunt; quin etiam praeter hoc sale eorum, quos baptizant, ora implent. Male praeterea accipiunt illud Apostoli effatum, quod affirmat; Modicum fermentum totam massam fermentat; quod ita habent scriptum: Modicum fermentum totam massam corrumpit: conanturque ex hac parva vocabuli

r) „*Al.* ἐσθίει." — s) „*Al.* καὶ τοὺς." — t) „*In Allatio* πρὸς ἑαυτῶν," — u) Cot. βαπτίζοντες. „*Al.* βαπτίζουσι." — v) om. Cot. — x) „*Al.* τοῦτο."

osculo oblationis participes faciunt etc. Post eumdem Manualem Calecam in erroribus Latinorum, p. 412. *Participationem sanctae communionis non similiter ut nos Graeci perficiunt; sed dicunt, quod qui missam celebrat sacerdos osculatur volentem communicare.* Et auctor libri περὶ φράγκων καὶ τῶν λοιπῶν Λατίνων, citatus a viris doctis: ἄζυμα ἐκτελοῦντες οὐ μεταλαμβάζονται ἀντὶ τῆς μεταλήψεως. Hoc est; *Azyma celebrantes, non sumunt uti nos; sed loco sumptionis invicem osculantur.* Quibus adde Marcum Ephesium in Liturgiis Graecis Morelianis p. 143. COT.

31) Haec criminatio praecipue ad papam Leonem IX. pertinere videtur, quod ille contra Normannos bellans pugnae apud Civitatulam XIX. Cal. Jul. 1053 commissae interfuisse putabatur; ejusdem criminis Petrus Damiani, Hermannus Contractus, Bruno Signiensis eum incusant. Sed magna injuria sic incusari sanctissimum papam ex Wiberti vita Leonis IX. cognoscimus. „Itaque pessima gens Normannorum peracta caede familiae mitissimi papae non sine magno detrimento suorum aggreditur oppidum, Civitatulam cognominarunt, ubi idem beatus *ignarus eorum, quae acta erant*, tardantem suum exspectabat comitatum." Ex his et ex verbis in ep. Leonis IX. ad Constantinum Monomachum „repentino impetu *comitatum nostrum* (Normanni)" apparet papam ipsum pugnae non interfuisse nec manum suam sanguine inquinasse. Quod autem Petrus Damiani et Michaël Cerularius episcopos et presbyteros pugnas commisisse clamant, Baronius Ann. eccl. ad a. 1053 hoc refutat inter alia dicens: „Sed praeter doctores theologos omnes ipse vigens usus in ecclesia dogma probavit. Siquidem ad propulsandos ab Italia Longobardos vel Saracenos frequentibus legationibus Romani pontifices iidemque sanctissimi studio propensissimo apud Christianos principes insistere alienaque manu pugnantes atque vincentes, erexere de barbaris victis saepe triumphos, *nusquam vero reperti, qui armati in acie dimicarint.*

32) Hic mos re vera in Hispania extitit.

33) I. Corinth. V, 6. Galat. V, 9. COT.

34) Nihil respondemus ad Graecorum objectiones. Neque enim responsionem merentur: quam tamen saepe et a multis tulerunt. De hoc autem textu certum est, antiqua exemplaria, cum ab interpretibus et patribus tractata, tum quae ad nos usque pervenerunt, habuisse ac habere, aut φθείρει, aut ζυμοῖ, aut δολοῖ, aut etiam δηλεῖ. COT.

τρέπειν τὴν ζύμην τὴν τὸν ἀναβατὸν ἄρτον αἴρουσαν.

XIV. *Ἀλλ' οὐδὲ τὰ λείψανα*[35] *τῶν ἁγίων ἀνέχονται προσκυνεῖν· τινὲς δὲ αὐτῶν οὐδὲ τὰς ἁγίας εἰκόνας*[36]. *οὐδὲ μὴν τοὺς ἁγίους καὶ μεγάλους πατέρας ἡμῶν καὶ διδασκάλους καὶ ἀρχιερεῖς (τόν τε Θεολόγον φημὶ Γρηγόριον καὶ τὸν μέγαν Βασίλειον καὶ τὸν θεῖον Χρυσόστομον) τοῖς λοιποῖς συναριθμοῦσιν ἁγίοις ἢ ὅλως τὴν διδαχὴν αὐτῶν καταδέχονται*[37]. *καὶ ἄλλα δέ τινα δρῶσιν, ἃ ἐργῶδές ἐστι κατὰ μέρος ἀπαριθμεῖσθαι. οὕτω τοίνυν βιοῦντες καὶ τοιούτοις ἔθεσιν ἐντεθραμμένοι καὶ τὰ προδήλως ἀθέμιτα καὶ ἀπηγορευμένα τολμῶντες καὶ ἀποτρόπαια, ἐν ὀρθοδόξων ὅλως μοίρᾳ τοῖς εὖ φρονοῦσι τετάχθαι δόξουσι; οὐκ ἔγωγε οἶμαι. οἱ δὲ ὀρθῶς ἴσως αὐτοὺς φρονεῖν οὕτω ποιοῦντας ἀποφαινόμενοι τύχοιεν τῆς μερίδος αὐτῶν. οὐδὲ γὰρ ταύτης αὐτοῖς ποτὲ τῆς ὁμονοίας καὶ συμπνοίας φθονήσαιμεν. Μὴ οὕτω μανείημεν ἢ ἐκσταίημεν τῶν οἰκείων φρενῶν.*

XV. *Ταῦτα κατὰ πάροδον διεξήλθομεν, ἵνα εἰδέναι ἔχουσα ἡ τελειότης σου τὰ τοίτοιν τελούμενα*[y] *μὴ οἴηται, ὡς περὶ μόνα τὰ ἄζυμα σφάλλονται· καθὼς καὶ αὐτοὶ μέχρι τοῦ παρόντος ὑπελαμβάνομεν· ἀλλὰ διαγνοῦσα καὶ τὰ ἐπέκεινα τούτων*[z] *αὐτῶν ἐλαττώματα συγκαταριθμῇ*[a] *τούτους μεθ' ὧν εἰσὶν ἄξιοι. Τὸ δὲ πάντων βαρύτερον καὶ*

occasione evertere fermentum, quod panem sublevat et attollit.

XIV. Sed nec sanctorum reliquias volunt adorare: quidam vero illorum neque sacras imagines. Neque sanctos magnosque patres nostros, doctores atque pontifices, Gregorium, inquam, Theologum, magnum Basilium, divinum Chrysostomum cum aliis sanctis recensent nec eorum doctrinam omnino recipiunt. Et alia quaedam agunt, quae singula enumerare molestum est. Cum igitur ita vivant et eiusmodi moribus innutriti sint et manifesto illicita vetita, aversanda facere audeant, num recte sentientibus videbuntur in orthodoxorum omnino coetu esse collocandi? Non ego sane arbitror. Qui autem fortasse eos quum ita operentur, recte sentire affirment, sortem in parte illorum accipiant. Neque enim umquam illis inviderimus hanc concordiam atque consensionem. Absit, ut adeo insaniamus et mente nostra excidamus.

XV. Ista obiter enarravimus, ut cognita habens perfectio tua, quae ab iis geruntur, ne existimet eos de solis azymis errare; sicuti etiam nos hucusque credidimus, sed quum agnoverit alia pariter et pejora eorum delicta, connumeret illos cum quibus digni sunt, ut connumerentur. Quod porro omnium est gravissimum ac minus

y) „*Al. τούτων τολμώμενα.*“ — z) „*Al. τούτου.*“ — a) „*Al. συγκαταριθμήσῃ.*“

35) Hoc spectat ad ecclesiam Francorum, sicut ex epistola Petri Antiocheni ad Michaëlem Cerularium c. XX. colligitur.

36) Nicetas Choniates in Isaacio Angelo: *Ἀρμενίοις καὶ Ἀλαμανοῖς ἐπίσης ἡ τῶν ἁγίων εἰκόνων προσκύνησις ἀπηγόρευται. Apud Alemannos et Armenios sacrarum imaginum adoratio aeque interdicta est.* COT.

37) Ad hoc annotat *Baronius* Ann. Eccl. ad a. 1054 XXXV: „Quae cuncta vel omnino falsa vel levia nec observatione digna quisque prudens facile judicabit et plane talia esse pleraque, quibus non debeant accusari Latini, sed ejusdem Cerularii imperitia egregie sugillanda et redarguenda temeritas. Illa vero per calumniam illata portentosa mendacia, quibus Latinos non esse cultores sanctorum reliquiarum atque eorum imaginum nec connumerare Basilium et Chrysostomum cum aliis sanctis, quae portentosus ipse mentitur, quis non intelligat? Et quod objicit de sacerdotibus proeliantibus, aeque sentias calumniose prolatum; non id ex institutione prodiit Occidentalis ecclesiae, quae ejusmodi saepe improbavit atque damnavit, sed quorumdam vitio, ut alia quaeque peccata, quorum vel cogitatio sola ad tribunal perferri debeat poenitentiae.“

ἀνυποιστότερον, καὶ τὴν ἀπόνοιαν αὐτῶν ἐκ τοῦ περιόντος ἐμφαῖνον, τοῦτό ἐστι· λέγουσι γὰρ, ὅτι οὐ διδαχθησόμενοι, ἢ διαλεχθησόμενοι, τὰ ἐνταῦθα κατέλαβον, ἀλλὰ διδάξοντες μᾶλλον καὶ πείσοντες κρατεῖν ἡμᾶς τὰ δόγματα τούτων[38] καὶ ταῦτα μετ᾽ ἐξουσίας καὶ ἀναισχυντίας ὑπερβαλλούσης. Ὁ κύριος φυλάξαι τὴν μακαριότητά σου[39] ἐν ἐτῶν πολλῶν περιόδοις εὐχομένην[b] ὑπὲρ ἡμῶν.

tolerabile eorumque amentiam satis superque declarat, istud est: dicunt enim se ad haec loca non accessisse, ut docerentur aut disceptarent, sed potius ut docerent ac nobis persuaderent, ut teneremus ipsorum dogmata; idque aiunt cum imperio et impudentia exsuperanti. Dominus conservet beatitudinem tuam per multa annorum curricula pro nobis Deum orantem.

XIV.

MICHAELIS CERULARII

EPISTOLA II. AD PETRUM PATRIARCHAM ANTIOCHENUM.

Ἁγιωτάτου Μιχαὴλ ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου τοῦ Κηρουλλαρίου πρὸς τὸν Ἀντιοχείας πατριάρχην Πέτρον[1].

Sanctissimi Michaëlis archiepiscopi Constantinopolis novae Romae et oecumenici patriarchae, Cerularii, ad Petrum patriarcham Antiochenum.

Οὐ παύεταί[2] ποτε τῶν καθ᾽ ἡμῶν ἐπιβουλῶν καὶ τῶν κατὰ τοῦ ἀνθρωπίνου γένους ὁ πονηρὸς μηχανημάτων, μακαριώτατε· ἄλλοτε ἄλλας ἐπεγείρων τῷ βίῳ τὰς συμφορὰς, καὶ

I. Nunquam diabolus absistit insidiis contra nos et machinis adversus genus humanum, beatissime; sed subinde varias mundo excitat calamitates atque innumera

b) Cot. εὐχόμενον. „Al. εὐχομένην."

38) Haec prorsus adversantur commemorationi eorum, quae gesserunt apocrisiarii st. Rom. sedis in regia urbe. (Vide supra)

39) Sollemnis epistolica clausula, quae admonet me, ut illam Fulberti Carnotensis suppleam, epist. 7. *Vale in infinitum, angele magni consilii.* [Deus] *te consule Christo servet.* Vox *Deus* abest a libris editis. COT.

1) Haec epistola sine dubio data est, antequam Petrus ad priorem Michaëlis epistolam respondisset; ea enim eadem fere continentur, quae illa, sed brevius, ut mendacium de legatis ab Argyro missis, de falsatis sigillis cett., responsi autem, si quod a Petro datum esset, ratio non habetur. Videtur igitur Michaël Cerularius opinatus esse litteras ad Petrum non pervenisse; fortasse etiam patriarcham permovere voluit, ut sententiam suam de separatione ecclesiarum promeret, quod ille facere verebatur, quia in multis rebus ad illam rem pertinentibus a Michaële dissentiebat. Edita est haec epistola ab *Io. Baptista Cotelerio* in ecclesiae Graecae monumm. tom. II. pag. 162—168, unde nos eam repetivimus. *Cotelerius* usus est cod. regio 2376; secundum *Lambeccium* autem haec epistola etiam extat in bibl. Vind. cod. manusc. theol. gr. LXXVII. fol. 131—133. *Cotelerii* interpretationem subinde emendavimus vel refinximus et eius annotationes integras addidimus.

2) Exordium hujus epistolae simillimum est verbis, quibus idem auctor edictum pseudosynodi suae incipit, vid. supra pag. 156. a. 12 sqq.

μυρία καθ' ἑκάστην τὰ κατὰ τῶν ἀνθρώπων ἀνακινῶν ἐφευρέματα, κατασείειν τούτοις πάντως ἡμᾶς καὶ καταβάλλειν ἐκμηχανώμενος. Καὶ ἄλλοτε μὲν ἄλλας, μυρίας δὲ πάντως καὶ κατὰ διαφόρους καιροὺς, τὰς τρικυμίας τῷ βίῳ ἐπήγειρε. νῦν δὲ, ὅτε καὶ τὰ τῶν αἱρέσεων ἐκποδὼν γεγόνασι σκάνδαλα καὶ αἱ τῆς ὀρθοδοξίας πηγαὶ ἀφθόνως καὶ δαψιλῶς εἰς τὰ τῆς οἰκουμένης διαῤῥέουσι πέρατα, ἄνδρας τινὰς ἀποτροπαίους καὶ δυσσεβεῖς, καὶ τί γὰρ οὐκ ἄν τις εὐσεβῶν τούτους ἐξονομάσειεν[3]; ἀπὸ τῆς ἑσπερίου μοίρας εἰς τὴν μεγαλόπολιν ταύτην συνήλασεν αἰτίαν μὲν τῆς αὐτῶν ἀφίξεως σκηψαμένους τὸ παρὰ τοῦ πάπα ἀποσταλῆναι, ἀλλὰ ταῖς τοῦ Ἀργυροῦ δολεραῖς ὑποθήκαις καὶ συμβουλαῖς εἴς τε τὴν βασιλίδα πόλιν ἀφικομένους καὶ μεγάλων σκανδάλων ἀφορμὰς κατά τε ἄλλων καὶ κατὰ τῆς εὐσεβείας αὐτῆς δοῦναι σπουδάσαντας.

quotidie contra homines commovet commenta, per ea omnino nos deturbare ac dejicere moliens. Et interdum quidem alias, plane vero infinitas diversisque temporibus, procellas mundo immisit. Nunc vero postquam et haereseon amotae sunt offensiones et orthodoxae fidei fontes copiose et ubertim ad fines terrae diffluunt, homines quosdam exsecrandos, impios, et quo non eos piorum quispiam appellaverit nomine? ab Occidente in magnam hanc propulit civitatem, qui quidem adventus sui causam praetexerunt a papa missos se esse; verum Argyri dolosis suggestionibus consiliisque ad imperialem urbem venerunt, ubi ingentium scandalorum causas tam contra alia quam contra ipsam pietatem dare conati sunt.

II. *Τοὺς μὲν ἄλλους δόλους καὶ τὰς δυστρόπους καὶ περιέργους αὐτῶν μηχανὰς καὶ ὡς ἃ ἐπεφέροντο πρός τε ἡμᾶς καὶ πρὸς τὸν κραταιὸν καὶ ἅγιον ἡμῶν αὐτοκράτορα γράμματα πεπλαστευμένα[4] ἐτύγχανον τῆς τῶν σφραγίδων ἐπιβουλῆς καὶ παραποιήσεως διαῤῥήδην ἐπελεγξάσης τὴν πλάστευσιν, τί ἂν καὶ διηγοίμην; ὃ δὲ τῇ μὲν τάξει τελευταῖον, τῷ δὲ μεγέθει τῆς κακίας καὶ πονηρίας πρωτεῦόν ἐστι, τοῦτο διὰ γραφῆς παραστήσω τῇ σῇ τελειότητι.*

II. Atque ceteros eorum dolos cum machinationibus perversis ineptisque quid attinet enarrare? atque litterae, quas ad nos et ad potentem sanctumque nostrum imperatorem detulerunt, confictae fuerint, quippe quum sigillorum fraus et adulteratio palam commentum convinceret. Quod autem ordine postremum est, magnitudine malitiae ac nequitiae primum, id scripto repraesentabo perfectioni tuae.

III. *ὡς γὰρ καὶ τὴν ἄφιξιν δολερὰν ποιησάμενοι καὶ τὰ γράμματα πλαστευσάμενοι ἐφωράθησαν, καὶ ἄλλους δὲ λόγους ὑπεροψίας καὶ θράσους μεστοὺς κατὰ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ὑπηγορεύοντο· παρ' ἡμῖν μὲν διεφθάρθαι τὸ ὀρθόδοξον καὶ τά τε ἄλλα καὶ ὅτι ἐκ*

III. Postquam deprehensi sunt fraudulentam fecisse profectionem litterasque finxisse, varios quidem sermones superbiae et confidentiae plenos adversus rectam fidem addiderunt: a nobis depravatam esse orthodoxiam cum in aliis rebus tum in eo, quod

3) Verba haec sunt repetita ex edicto pseudosynodi, supr. pag. 157. a. 8.

4) *πλαστεύειν* et *πλάστευσις*, quae vocabulorum formae hic leguntur, infimae sunt aetatis rarissimeque nobis occurrerunt. Alterum tamen *πλαστεύειν* habet *Ioann. Cinnam.* histor. pag. 108. B.: *τὸν δόλον ξυνιδὼν οὐκ ἔφη χώραν ἕξειν τὸ πλαστευόμενον.* Ceterum de hoc verbi *πλάσσειν* significatu cf. *Artemidor.* I, 52: *Πλάσσειν δοκεῖν καὶ πιξογράφειν καὶ τορεύειν καὶ ποιεῖν ἀγάλματα, ἀγαθὸν ῥήτορσι, μοιχοῖς καὶ πλαστογράφοις καὶ πᾶσι τοῖς ἀπατεῶσι· διὰ τὸ τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα δεικνύειν τὰς τέχνας ταύτας.*

τοῦ πατρὸς μόνον, ἀλλὰ μὴ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι λέγομεν· παρ' ἑαυτοῖς δὲ ὑγιὲς εἶναι διατεινόμενοι τοῦτο καὶ ἀπαράθραυστον. ἐκόμπαζον δὲ καὶ, ὡς ἐπὶ διορθώσει τῶν ἡμετέρων, οὐκ ἐπὶ διαστροφῇ τῶν οἰκείων ἀφίκοντο. ἡμεῖς μὲν τὴν αὐτῶν συντυχίαν παρῃτησάμεθα καὶ τὴν ἔντευξιν διά τε τὸ ἀμεταθέτως ἔχειν αὐτοὺς τῆς δυσσεβείας πεπεῖσθαι καὶ ὅτι ἄνευ τῆς σῆς μακαριότητος καὶ τῶν ἄλλων ἁγιωτάτων πατριαρχῶν περὶ τοιούτων λόγους πρὸς τοὺς σκοποτηρητὰς τῆς Ῥώμης ἀνακινεῖν καὶ ἀνάξιον ὅλως καὶ τῇ κατὰ τοὺς ἄνω χρόνους ἐν τοῖς τοιούτοις κρατησάσῃ συνηθείᾳ ἐναντίον καὶ ἀκατάλληλον [5] ἐνομίζομεν.

Spiritum sanctum asseveraremus a solo Patre, non autem etiam a Filio procedere; apud se vero hoc sanum permanere ac firmum pertendentes. Jactanter etiam dixerunt se profectos ad nostrorum correctionem, non ad perversionem suorum. Et nos quidem eorum colloquium congressionemque detrectavimus, tam quod certi eramus illos ab impietate dimoveri non posse, quam quia sine beatitudine tua caeterisque sanctissimis patriarchis hujusmodi de rebus verba cum legatis Romanis commovere et omnino putavimus indignum esse et consuetudini, quae superioribus temporibus in hujusmodi rebus obtinuit, contrarium ac minime conveniens.

IV. Ἐκεῖνοι δὲ καὶ μεῖζόν τι τῶν προτέρων βουληθέντες νεανιεύσασθαι καὶ τοῖς ὑστέροις ὑπερβαλέσθαι τὰ πρῶτα θελήσαντες γραφὴν καθ' ἡμῶν [6] ἐν τῇ τῆς μεγάλης τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας μυστικῇ τραπέζῃ ἀπέθεντο· [7] ἄλλα τέ τινα τῆς αὐτῶν δυσσεβείας διεξιοῦσαν ληρήματα, τελευταῖον δὲ καὶ πᾶσαν τὴν τῶν ὀρθοδόξων ἐκκλησίαν, ὡς μήτε τοὺς πώγωνας παραπλησίως τῶν ἐν αὐτῇ τοῖς Λατίνοις βουλομένων ξυρᾶν, μήτε μὴν διακρινομένων μεταλαμβάνειν προσφορᾶς ἀπὸ πρεσβυτέρων γεγαμηκότων, ἀλλὰ καὶ ἔνζυμον ἄρτον προσφερόντων, καὶ ὡς ἐν τῷ συμβόλῳ τῆς ἡμετέρας πίστεως μὴ ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, ἀλλ' ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι λεγόντων τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὑποβάλλουσαν ἀναθέματι.

IV. At illi, qui majus quid prioribus vellent temerario consilio audere et posterioribus prima superare, libellum contra nos deposuerunt in mystica magnae Dei ecclesiae mensa alia quaedam eorum impietatis exponentem deliramenta, quaeque tandem subjicit anathemati omnem ecclesiam orthodoxorum, quod qui in ea sunt nollent barbas instar Latinorum radere nec dubitarent oblationem sumere a presbyteris conjugatis; adhaec panem fermentatum offerrent; item in symbolo nostrae fidei non dicerent Spiritum sanctum a Patre Filioque procedere, sed a solo Patre.

V. Τὸ μὲν οὖν ἄμεινον ἦν κατακαυθῆναι τὴν ἀσεβῆ ταύτην γραφὴν καὶ μηδ' εἰς ὄψιν ἡμῶν ὅλως ἐλθεῖν. ὡς δὲ τότε οὐ γέγονε διὰ τὸ καὶ φανερῶς καὶ ἐπ' ὄψει ἄλλων τινῶν καὶ τῶν ἑβδομαρίων πάντων ὑποδιακόνων ἀπο-

V. Ceterum praestitisset impium hoc scriptum igni fuisse traditum nec ad nostrum omnino venisse conspectum. Id autem tunc non contigit propterea, quod palam coramque omnibus hebdomadariis subdiaconis et quibus-

5) Ex prava Cyrilli scriptione, εἰ γὰρ ἐθελήσαις ἀποσώζειν τῇ ἀσωμάτῳ φύσει τὸν αὐτὸν κατ' ἄλληλον λόγον, probam conficies, si me auctore reposueris, τὸν αὐτῇ κατάλληλον λόγον. *Nam si velis servare in corporeae naturae convenientem ei rationem.* In thesauro p. 187. E. t. 5. COT.

6) Pittacium illud celebre, seu libellum, et chartam excommunicationis, ut alii vocant. Quo de pittacio nos supra aliquoties. Et cum aliis etiam Sigebertus ad a. 1054. COT.

7) Hac de re in Michaëlis epistola priori ad Petrum Alexandrinum nil commemoratum est.

τεθῆναι αὐτήν[8]. ἀλλὰ μὲν τοὺς οὕτω καθ' ἡμῶν, μᾶλλον δὲ κατὰ τῶν ὀρθοδόξων πάντων ἐν τῇ μεγάλῃ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ βλασφημήσαντας ἀμύνεσθαι ἀπεικὸς ἐνομίσαμεν, ὡς ἂν μὴ σκανδάλων τοῖς ἐν Ῥώμῃ δοίημεν ἀφορμήν. πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις καὶ ὁ πρωτεύειν ἐν τῇ τοποτηρήσει δοκῶν καγκελλάριον τῆς ἐν Ῥώμῃ ἐκκλησίας καὶ ἀνεψιὸν τοῦ ῥηγὸς καὶ τοῦ πάπα ἑαυτὸν ἀπεκάλει. τέως δὲ τῷ αὐτῷ δικαίῳ αὐτήν τε τὴν καθ' ἡμῶν βλασφημίαν καὶ τοὺς τὴν ἀσεβῆ κατὰ τῶν ὀρθοδόξων ἐκθεμένους γραφὴν προστάξει βασιλικῇ ἐν τῷ μεγάλῳ σεκρέτῳ ὑπεβάλομεν ἀναθέματι πολλὰ μὲν μετὰ τὴν τῆς γραφῆς ταύτης ὑπόθεσιν περὶ τοῦ εἰς ὄψιν ἡμῖν ἐλθεῖν καὶ τοῖς τε ἄλλοις τῶν ἐν αὐτῇ καὶ τῇ διαστροφῇ τοῦ ἁγίου συμβόλου ἀποτάξασθαι παραινέσαντες[9]. ὡς δὲ οὐκ ἠνείχοντο, ἀλλὰ καὶ διαχειρίσασθαι ἑαυτούς, εἰ μὴ παύσονται περὶ τούτου ὀχλούμενοι, διηπείλουν, εἰς τὸ κατὰ τῆς αὐτῶν βλασφημίας συνείδομεν χωρῆσαι ἀνάθεμα.

VI. Καὶ ταῦτα μὲν, ἅπερ καθ' ἡμῶν ὁ πονηρὸς ἐσκαιώρησεν· ἀνακοινοῦμεν οὖν τοὺς περὶ τούτου[10] καὶ τῇ σῇ τελειότητι, πρῶτον μὲν, ὡς τῆς αὐτῆς ὕβρεως ἡμῖν κοινωνῶν. σὴν[a] γὰρ τὴν ἡμετέραν τίθεσθαί σε πειθόμεθα· δεύτερον δὲ, ὡς τοῦ ὀρθοῦ λόγου, οὗ πρόβολος στεῤῥὸς καὶ πρόμαχος ἀκαταμάχητος εἶ σὺ, παροινηθέντος παρὰ τῶν δυσσεβῶν καὶ βλασφημηθέντος οὐχ ἥκιστα· ἔπειτα δὲ, ὡς ἂν τῶν προβάντων ἐσχηκὼς εἴδησιν καὶ κατάληψιν ἀκριβῆ, εἴ ποτέ σοι περὶ τούτων ἀπὸ Ῥώμης ἀφίκοιντο γράμματα, ἐσκεμμένως

dam aliis deposita fuerat. Sed et de iis, qui sic adversum nos, seu potius adversum orthodoxos omnes in magna Dei ecclesia blasphemaverant, ultionem sumere, indecens duximus, ne Romanis scandalorum daremus occasionem. Inter alios enim, qui legationis primum locum tenere videbatur, cancellarium Romanae ecclesiae et consobrinum regis ac papae se appellabat. Interim tamen eodem jure et ipsam contra nos blasphemiam et eos, qui impium adversus orthodoxos scriptum exposuerant, in magno secreto jussu imperatoris subdidimus anathemati: plurimum quidem post scripti illius suppositionem adhortati eos, ut in conspectum nostrum venirent atque tam ceteris, quae in eo continerentur, quam sancti symboli depravationi renunciarent. Postquam autem recusarunt ipsosque sibi manus violentas illaturos se comminati sunt, si ultra hac in re molestia afficerentur, ad anathema in eorum blasphemiam censuimus esse progrediendum.

VI. Atque haec sunt, quae in nos malus daemon machinatus est. Quae sermone communicamus cum tua perfectione; primum quidem, quod ejusdem contumeliae nobiscum particeps sis; persuasum quippe nobis est te nostram loco tuae ducere; deinde vero, quoniam recta doctrina, cujus firmum praesidium es ac propugnator inexpugnabilis, non mediocriter probro affecta est atque blasphemiis petita per impios homines; ad haec, ut eorum, quae acciderunt notitiam scientiamque plenam adeptus, si forte a Roma ad te litterae hisce de rebus ad-

a) Cot. τὴν „l. σήν“.

8) Edictum de projecto pittacio apud Allatium de libris ecclesiasticis Graecorum p. 165. 166 [Vide supra] *ἐπὶ παρουσίᾳ τῶν ὑποδιακόνων τῆς δευτέρας ἑβδομάδος. in praesentia hypodiaconorum secundae hebdomadis.* Occurrunt passim ἑβδομάριοι, ἑβδομαδάριοι, ἀρχιεβδομάριος, archiebdomadarius, hebdomadarii, septimanarii; inter episcopos, presbyteros, diaconos, subdiaconos, lectores, cardinales, monachos, moniales, laicos. COT.

9) Hoc prorsus adversatur Humberti narrationi in Commemoratione eorum, quae gesserunt apocrisiarii etc. (v. supra pag. 151. b. 16 sqq.): „*Tandem Michaële praesentiam eorum* (nuntiorum) *et colloquium devitante atque in stultitia sua perseverante praefati nuntii XVII. Cal. Augusti adierunt ecclesiam sanctae Sophiae etc.*“

10) Subintellige aut supple λόγους. COT.

καὶ τῆς σῆς μεγαλεπιβόλου καὶ θειοτάτης διανοίας ἀξίαν τὴν ἀπόκρισιν δῷς[11].

VII. *Τὰ δὲ πρὸς τοὺς μακαριωτάτους πατριάρχας ταυτὶ γράμματα ἰσοδυναμοῦντα κατὰ πάντα τῷ πρὸς τὴν σὴν ἁγιωσύνην ἀπεσταλμένῳ μὴ εὑρόντες τινὰ τῶν εὐλαβῶν καὶ πιστῶν, δι' οὗ ταῦτα τοῖς πρὸς οὓς ἐγράφησαν πέμψαι, τῇ σῇ πεπόμφαμεν τελειότητι, ὡς ἂν διαπορθμεύσῃς αὐτοῖς ταῦτα διὰ τινὸς εὐλαβοῦς τῶν πρὸς τοὺς τόπους ἐκείνους ἀφικνουμένων, πρὸς οὓς ἀπεστάλησαν. πρὸς δὲ καὶ οἰκείας*[b] *γραφῆς παραινέσεις καὶ παραθήξεις αὐτοὺς ζῆλον ἔνθεον ἀναλαβεῖν περὶ τοῦ ὀρθοῦ δόγματος καὶ τῆς ἀμωμήτου καὶ εἰλικρινοῦς ἡμῶν πίστεως καὶ ἴσως, εἴ γε περὶ τῶν ἐν Ῥώμῃ πεπραγμένων ἐρωτηθεῖεν, ἁρμόζουσαν πρὸς αὐτοὺς καὶ λεγομένην, ὡς δεδήλωται, ποιήσασθαι τὴν ἀπόκρισιν.*

VIII. *Περὶ δὲ τοῦ πρὸς τὸν ἁγιώτατον πατριάρχην Ἀλεξανδρείας ἡμετέρου γράμματος καὶ τῷ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ Ἱεροσολύμων ἐγράψαμεν, ὡς ἂν εἴπερ αὐτὸς δυσχερῶς τυχεῖν σχοίης πρὸς αὐτὸν ἀποστεῖλαι τὴν γραφήν, αὐτὸς ταύτην πρὸς τὴν ἐκείνου διαβιβάσει μακαριότητα. καὶ νῦν μὲν κατεπειγομένου τοῦ γαμβροῦ τῆς ἁγιωσύνης σου πρὸς τὴν ἔξέλευσιν, ἐν ἐπιτόμῳ καὶ κατὰ πάροδον τὰ πεπραγμένα διεξήλθομεν. μετὰ δὲ τοῦτο πλατύτερον καὶ σαφέστερον, εἴγε δεήσει, ἐπιστείλομεν*[c] *πρὸς σὲ περὶ τούτων ἀποστείλαντες καὶ αὐτὸ τὸ καθ' ἡμῶν ἀποτεθὲν ἔγγραφον ἐν τῇ μυστικῇ καὶ θείᾳ τραπέζῃ. καὶ μαθήσῃ ἐκ τούτου τὸ διάστροφον τούτων περὶ τὴν πίστιν καὶ ὡς ἀμαθίας πάσης καὶ ἀγροικίας, πολλῷ δὲ εἰπεῖν, ἀναισθησίας καὶ ἀφροσύνης πεπλήρωνται*[12].

Ὁ κύριος ἐν ὑγείᾳ διαφυλάξαι τὴν σὴν τελειότητα εὐχομένην ὑπὲρ ἡμῶν.

venerint, responsionem considerate des dignam magnanima, experientissima ac divinissima mente tua.

VII. Porro epistolas istas ad beatissimos patriarchas omnino consimiles huic ad sanctitatem tuam missae, quia neminem religiosorum fideliumque invenimus, qui deferret iis, ad quos scriptae sunt, tuae misimus perfectioni; quo ad illos transmitteres per aliquem pium, qui ad loca illa proficiscetur. Praeterea propriis litteris admonebis atque excitabis eos, ut zelum divinum pro recto dogmate et inculpata sinceraque nostra fide assumant utque, si forte de iis quae Romae gesta sunt interrogati fuerint, conveniens ad eos, dictumque, sicut declaravimus, dent responsum.

VIII. De nostris autem ad sanctissimum Alexandriae patriarcham litteris, etiam ad sanctissimum Hierosolymorum patriarcham scripsimus; quo si ipse nancisci non potuisses facilitatem illas mittendi, ipse ad ejus beatitudinem dirigeret. Et nunc quidem urgente profectionem suam sanctitatis tuae gener, paucis verbis et obiter, quae evenerunt enarravimus. Postea vero, si necesse fuerit, fusius apertiusque scribemus his de rebus: necnon mittemus scriptum, quod adversus nos depositum fuit in mystica divinaque mensa. Ex quo disces istorum in fide perversitatem eosque omni imperitia et rusticitate, immo ut verius dicatur, stupore ac dementia, confertos esse.

Dominus in prospera valetudine conservet perfectionem tuam orantem pro nobis.

b) „*f. δι' οἰκείας*". Cot. — c) fortasse corrigendum est *ἐπιστελοῦμεν*.

11) Hic locus ad recte judicandum de Michaëlis epistolis jam sufficit; apparet enim ex eo Michaëlem coelum et terram miscuisse, ut ceteros Orientis patriarchas Romanis infestos redderet et ab eorum doctrina averteret.

12) Ex eo, quod simul cum hac ad Antiochenum epistola etiam epistolas ad Alexandrinum et Hierosolymitanum patriarcha mittit, intelligimus studium ejus ceteras ecclesias a Romana dirimendi magis magisque grassatum esse.

XV.

PETRI ANTIOCHENI

EPISTOLA AD MICHAELEM CERULARIUM

Πέτρου Θεουπόλεως καὶ πάσης ἀνατολῆς πατριάρχου λόγος, καθ' ὃν καιρὸν εἰσῆλθεν ὁ Ἰταλὸς Ἀργυρὸς ἐλέγξων τὰ ἡμέτερα[1].

Ὅσα ἐπονηρεύσατο ὁ ἐχθρὸς ἐν τῷ ἁγίῳ σου καὶ ἣν κατεπανουργεύσαντο γνώμην οἱ μισοῦντές σε, ἄραντες κεφαλὴν ἐν μέσῳ τῆς ἐκκλησίας σου, ἱκανῶς ἡμᾶς τὰ σὰ ἱερὰ ἐδίδαξε γράμματα, θεοειδέστατε ἅγιε δέσποτα. Καὶ θαῦμα μέγα κατέσχεν ἡμᾶς ἐπὶ τούτῳ συνιδεῖν μὴ δυναμένους, ὅθεν κινηθεὶς, ἢ τί βουλόμενος ὁ Ἰταλὸς εἰς τοσαύτην ἀνοδίαν ἐξέκλινεν Ἀργυρὸς, καὶ τοῖς ἱεροῖς ἐπεχείρει ἀνίερος ὢν, Τί γὰρ, φησὶ[2]*, κοινὸν*[3] *κυνὶ καὶ βαλανείῳ, ἵν' ἐκεῖνος ἐν λαϊκοῖς τεταγμένος τὰ ἱερέων πολυπραγμονῇ καὶ συγγραφὰς τοιαύτας, ὡς ἐδήλωσας, ψευδεῖς ἐπινοῇ καὶ*

Petri, Theopoleos totiusque Orientis patriarchae, oratio eo tempore scripta, quo advenit Italus Argyrus, ut nostra reprehenderet.

I. Quanta inimicus maligne perpetraverit in sancto tuo quamque versutiam excogitaverint, qui oderunt te, levantes caput in media tua ecclesia, abunde docuerunt nos sacrae litterae tuae, divinissime sancte domine. Et magna nos hac in re tenuit admiratio qui non possumus intelligere, unde motus aut quo consilio Italus Argyrus tantopere delexerit a via et sacra invaserit homo non sacratus. Quid enim, aiunt, commune cani et balneo? ut ille in laïcorum numero constitutus sacerdotum negotiis sese ingerat et scripta ejusmodi, sicut significasti, falsa

a) Inscriptio: *Πέτρου Ἀντιοχείας ἀντίγραμμα πρὸς τὸν Κωνσταντινουπόλεως κηρουλάριον Μιχαήλ.* cod. reg. 604. *τῷ θεοειδεστάτῳ, σεβασμίῳ καὶ προσκυνητῷ ἁγίῳ δεσπότῃ μου, τῷ μακαριωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ Πέτρος ἐλέῳ θεοῦ ἀρχιεπίσκοπος Θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας.* cod. caesar. 247.

1) De hac oratione seu epistola Iohannes Veccus CP. patriarcha apologetica I. oratione, in qua emollit multa et mulctat; Georgius Metochita De processione Spiritus sancti lib. 5, Baronius ad annum 1054, ubi multa ex ea Latine adducit; et Leo Allatius, tum alibi, tum multis in locis lib. de consensione utriusque ecclesiae. Titulum habet cod. reg. 604 *Πέτρου Ἀντιοχείας ἀντίγραμμα πρὸς τὸν Κωνσταντινουπόλεως κηρουλάριον Μιχαήλ. ὅσα.* MS. autem Caesareo 247. *τῷ θεοειδεστότῳ, σεβασμίῳ καὶ προσκυνητῷ ἁγίῳ δεσπότῃ μου, τῷ μακαριωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ Πέτρος ἐλέῳ θεοῦ ἀρχιεπίσκοπος Θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας. ὅσα.* COT. Epistolam hanc typis repetivimus ex *Cotelerii* eccl Graecae monumentt. tom II. p. 145—162. qui codd. regg. 604 et 1605 usus est. Secundum Lambeccium bibliotheca Vindob. librum ms. hujus epistolae continet (Cod. manuscr. theol. gr. LXXVI. fol. 133—136).

2) Probum esse hoc *φησὶν* pro eo, quod dicendum erat *φασίν*, multi veterum scriptorum Graecorum loci ostendunt, ut *Lucian.* apolog. §. 4. asin. §. 22. Jov. tragoedi §. 33.l ed. *Jacobitz*, quibus omnibus locis in *Lehmanni* editione *φασί* legitur.

3) Proverbium hoc de iis dicitur, quae inter se repugnant. Nam in balneis notio vel elegantiae vel luxuriae inest, quae minime cadit in canes cynicos. Vid. *Luciani* adv. indoctum et multos libros coëmentem libelli §. 5., ubi *κοινὸν* in codice Gorlicensi omittitur ideoque ab Jacobitzio uncinis inclusum est. Cf. *Schaeferum* ad *Bosii* ellips. Gr. p. 226 sqq. Idem proverbium etiam sic effertur: *κύων ἐν βαλανείῳ*, ut apud eundem *Lucianum* in parasit. §. 51. legitur. Simile est alterum proverbium: *τί κοινὸν λύρᾳ καὶ ὄνῳ.* *Lucian.* de iis, qui mercede conducti in potentium convictu sunt §. 25.

διαπράττηται; ἐξ ὧν οὐδὲν ἔμελλε πλὴν αἰσχύνης τοῦ δραματοφορηθέντος ἀποίσεσθαι καὶ ταῦτα τοῦ πάπα τὸν βίον καταστρέψαντος· ἀλλὰ χάρις τῷ θεῷ, τῷ δρασσομένῳ[4] *τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν καὶ μὴ ἐπὶ πολὺ τὸ πλάσμα λανθάνειν*[5] *παραχωρήσαντι.*

II. ***Περιείχετο** τοῖς ἱεροῖς γράμμασι τῆς ἁγιωσύνης σου φήμην τινὰ τοῖς σοῖς ἐνηχηθῆναι ὠσὶν, ὡς τὸν πάπαν τοῖς ἱεροῖς ἀναφέρω διπτύχοις τοῦτο αὐτὸ ποιούντων καὶ τῶν ἄλλων ἁγιωτάτων*[b] *πατριαρχῶν*[c] *καὶ ὡς οὐκ ἔδει τοσοῦτον ἀγνόημα ἀγνοῆσαι καὶ μάλιστα πρὸ τῶν ἄλλων ἐμὲ εἰδότα, ὅτι ἀπὸ τῆς ἁγίας ἕκτης οἰκουμενικῆς συνόδου καὶ ἐπιτάδε, ἵνα τοῖς σοῖς χρήσωμαι ῥήμασιν, ἡ ἐν τοῖς ἱεροῖς διπτύχοις ἀναφορὰ ἐξεκόπη τοῦ πάπα διὰ τὸ τὸν τηνικαῦτα*[d] *πάπαν Βιγίλλιον*[e] *μὴ ἀπαντῆσαι κατὰ τὴν σύνοδον μήτε μὴν ἀναθεματίσαι τὰ παρὰ τοῦ Θεοδωρήτου*[f] *κατὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως καὶ τῶν δώδεκα κεφαλαίων τοῦ ἁγίου Κυρίλλου γραφέντα· καὶ ἔκτοτε καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἀποτμηθῆναι τῆς καθ᾽ ἡμᾶς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας τὸν πάπαν.*

III. ***Ταῦτα** τῆς σῆς τιμίας περιεχούσης γραφῆς ᾐσχύνθην, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως εἴπω, πίστευε, καὶ τὸ πλεῖον ὑπὲρ σοῦ καὶ μᾶλλον εἰ καθ᾽ ὁμοιότητα τῆς πρὸς ἡμᾶς γραφῆς σου ἔφθης τοιαῦτα καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους γράψας μακαριωτάτους πατριάρχας*[6], *ὅτι πρὸ ἐξε-*

excogitet atque conficiat? Ex quibus nihil relaturus est praeter compositae fabulae infamiam idque quum papa vitam cum morte commutarit. Verum sit Deo gratia, qui comprehendit sapientes in astutia ipsorum nec diu passus est latere commentum.

II. Continebatur sacris litteris sanctitatis tuae rumorem quemdam ad tuas aures delatum fuisse a me papam in sacra diptycha referri idemque facere ceteros sanctissimos patriarchas; neque oportere tanta ignorantia teneri, praesertim prae ceteris me, qui cognitum haberem a sanctae sextae synodi tempore ac deinceps, ut verbis tuis utar, relationem papae in sacris diptychis excisam esse propterea, quod Vigilius tunc papa ad synodum venire noluisset, nec anathema dicere Theodoreti adversus rectam fidem duodecimque sancti Cyrilli capita scriptis: atque ex eo tempore usque ad praesens abscissum esse papam a nostra sanctissima ecclesia.

III. Haec quia complectitur veneranda epistola tua, pudore suffusus sum, nescio quo pacto rem exprimam, mihi crede, praesertimque propter te, et maxime si ad similitudinem epistolae ad nos missae a te, jam similia ad ceteros quoque beatissimos patriar-

b) hanc vocem uncinis includit Cot. — c) Cot. *πατριάρχων.* — d) Cot. *τηνηκαῦτα.* — e) „*Allat. Βιγλιον.*" — f) Cot. *Θεοδωρίτου.*

4) I. Cor. III, 19. COT.

5) Emenda Cyrillum Alex. lib. 6. in Johannem p. 616 D. *τὸ γάρ, ἡμεῖς οἴδαμεν, τὴν ἀσύγκριτον ὠδῖναν ὑπεροψίαν ἁλώσεται, παρά γε τοῖς τὸν ἑαυτὸν λανθάνοντα βασανίζουσι νοῦν;* non *μανθάνοντα. Haec enim verba,* nos scimus, *incomparabili fastu turgere deprehendentur ab iis, qui mentem ignorantem se perscrutabuntur.* Item n. 8. commentarii in Michaeam, t. 3. p. 397 C. *εἰ δὲ δὴ γένοιτο ξυναχθῆναι τοὺς καρποὺς, καταλαλήσουσι, τῶν πόνων οἱ φύλακες.* Legito: *καταλήσουσι* a *καταλανθάνω. Si vero comportati fuerint fructus, custodes obliviscentur laborum.* COT.

6) Hic locus et qui legitur cap. XXIII „*διωπορθμεύθησαν δὲ τοῖς τὰ πρὸς τοὺς ἱερεῖς καὶ θεοφόρους ἀδελφοὺς καὶ συλλειτουργοὺς ἡμῶν, τόν τε Ἀλεξανδρείας καὶ τὸν Ἱεροσολυμίτην ἐκπεμφθέντα ἱερὰ γράμματα τῆς ἁγιωσύνης σου.*" manifesto referuntur ad hunc locum in *secunda* epistola Michaëlis ad Petrum Ant. cap. VII. (pag. 188, 3 sq.): „*Τὰ δὲ πρὸς τοὺς μακαριωτάτους πατριάρχας ταυτὶ γράμματα, ἰσοδυναμοῦντα κατὰ πάντα τῷ πρὸς τὴν σὴν ἁγιωσύνην ἀπεσταλμένῳ* etc.", unde apparet Petrum demum post acceptam alteram epistolam Michaëli respondisse.

τάσεως καὶ τελείας καταλήψεως τὸ μὴ γεγονὸς ὡς γεγονὸς ἐξ ἀκοῆς ματαίας παρέστησας. πῶς γὰρ καὶ ἔμελλον τέως αὐτὸν ἐγὼ ἀναφέρειν τὸν πάπαν μὴ τῆς κατὰ σὲ ἁγίας ἐκκλησίας ἀναφερούσης αὐτὸν τρόφιμος ὢν ταύτης καὶ ζηλωτής[7], *εἰ καί τις ἄλλος, ἔργῳ καὶ λόγῳ τὰ ταύτης πρεσβεῖα σεμνύνων καὶ μεγαλύνων ἀεί; Τὸ δὲ κατὰ τὸν Βιγίλλιον*[g] *παρεξηγηθῆναι τῆς ἀληθείας οὐχ οὕτως ἐχούσης τοῦτο πόσην οὐ προσεπιμαρτυρεῖ ἀπροσεξίαν*[8] *τῷ εὐσεβεῖ χαρτοφύλακί σου; εἰ γὰρ καὶ περὶ τὸ τῆς ῥητορικῆς μάθημα σοφιστικὸς ὁ ἀνὴρ, ὡς ἀκούομεν, ἀλλὰ νέος ὢν οὔπω πεῖραν ἔσχεν ἱκανὴν τῶν ἐκκλησιακῶν. πίστιν*[h] *δὲ οὐκ ἔχει, φησὶν Ἰωάννης ὁ τῆς κλίμακος*[10], *οἶνος εὐθὺς ἐκ ληνῶν ἐκκλειόμενος*[i].

chas scripseris, quoniam ante examen notitiamque perfectam, quod nunquam evenit, quasi contigisset, ex inani auditu protulisti. Qua enim ratione ego papam referrem non referente sancta tua eeclesia, qui hujus alumnus sum et zelator, si quis alius, verboque et opere ejus privilegia semper commendo atque extollo? De Vigilio autem perperam retulisse, quum veritas non ita se habeat, hoc quantam non attestatur religioso chartophylaci tuo negligentiam? Licet enim circa rhetoricam disciplinam vir sit peritus, quemadmodum audimus, tamen cum juvenis sit, nondum sufficientem habet notitiam rerum ecclesiasticarum. Fidem vero non obtinet, inquit Ioannes Climacus, vinum modo e torcularibus expressum.

g) „*All. Βιγίλιον.*“ — h) „*Deest hoc comma in MS.* 604.“ — i) Cot. *ἐγκλειόμενος.* „*Allat. ἐκλυόμενος f. ἐκκλειόμενος.*“

7) Hic annotat *Gfroererus* hist. eccles. tom. III. a. p. 325. annot. 4: „man muss nemlich wissen, dass die Griechen im jahr 966 Antiochien erobert hatten. Seitdem wurde der dortige stuhl wieder vom kaiser und zwar mit zöglingen der kirche von Constantinopel besetzt. Daraus erklärt sich das verhältniss des Antiocheners zu Michael.“ (Latine: Sciendum est enim Graecos anno 966 Antiochia potitos esse. Ex eo tempore in sedem hujus urbis patriarchalem alumnos ecclesiae Constantinopolitanae imperator evehebat. Inde etiam explicanda est ratio, quae inter Antiochenum et Michaëlem intercedebat.)

8) Monendus hic est lector, quam prorsus alia Petrum in epistola ad Leonem IX. scripsisse probabile sit, ut papa haec respondere potuerit: „Quod ipse ex specula sanctae illius ecclesiae, cui videris designatus divinitus speculator, prudenti oculo considerans promotionem tuam ad episcopale fastigium electione cleri et populi, sicut asseris, factam atque fidem tuam secundum antiquae consuetudinis religiosum et valde necessarium studium apostolicae et primae sedi, cui Deo auctore quamvis indigne praesidemus, annuntiare et exponere curasti.“ Ceterum ex hoc loco apparet Petrum non ab imperatore, quae est Gfroereri sententia l. c., sed a clero et populo in sedem patriarchalem evectum esse.

9) Locum *ἀπροσεξίας* occupat illi contraria *προσεξία,* in his Josephi Thessalonicensis de cruce apud Gretserum c. 1205 D. *ἐκδιώκεται διὰ προσεξίας* (l. *δι' ἀπροσεξίας*) *καὶ ἀμελείας διὰ ῥαθυμίας καὶ ὄκνου.* Consimili modo *φιλοστοργίαν* invenies in Cyrillo Alex. ad Michaeam n. 65. p. 460 C. cum sensus exigat *ἀφιλοστοργίαν.* At ibidem n. 59. ubi, *δικαιοσύνης ψῆφον ἐπενεγκεῖν ἀνέχεσθαί ποτε τὸν φιλάρετον πεπιστεύκατε, τοὺς δὲ ἐν μαρσίππῳ στάθμια δόλου* etc. scribi debet *ἀφιλάρετον* et *τοὺς δὲ ἔχοντας ἐν μαρσίππῳ.* Quibus adde correctiones has apud Marcum Eremitam de baptismo interrog. 4. *ἀκουσίως.* Greg. Nyss. lib. 2. in psalmos cap. 16. p. 361. D. *ἀήθεσιν* e MS. reg. 1605. orat. 6. de beatitudinibus p. 813 C. *ἀλήπτων.* De euntibus Hierosolyma p. 652. C. *ἀσχημοσύνης,* cum eodem cod. 1605. Basilium Seleuc. orat. 5. *κτίσεως ἀβουλίας ἀναχαιτίζειν.* Theodoritum t. 4. p. 159 B. *ἀπρεπείας* Metaphrastem in vita Chrysostomi n. 19. edit. Savil. t. 8. p 392. l. 19. *ἠμέλει.* Theophylactum epist. 15. *ἀπάνθρωπον.* Nilum lib. I. epist. 118. *ἀνοήτοις.* COT.

10) *Ioannes* scholasticus, qui circiter annum DLX. abbas montis Schina fuit, vulgo *Climacus* appellatur ideo, quod librum suum *κλίμακα* inscripserat *διὰ τὴν κατὰ τάξιν τῶν ἀρετῶν ἀνάβασιν. Barlaam* mon. de igne purgatorio: *ὁ θεοφόρος Ἰωάννης ὁ τοῦ οὐρανοῦ κλίμακος ἀρχιτέκτων; Theophanes Cerameus* hom. 14. *ὁ τῆς ἀσκητικῆς κλίμακος συγγραφεύς. Epiphanius Hagiopolita* de locis sanctis pag. 56. *καὶ εἰς τὸ αὐτὸ μοναστήριον κεῖται ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν καὶ διδάσκαλος ὁ Κλίμαξ.*

IV. *Καὶ διὰ τοῦτο χρέων ἐστὶ τοῦτον εἰς τοσοῦτον ἀναχθέντα*[k] *μέγαν βαθμὸν ἐρευνητικῶς,*[l] *ἀλλ' οὐ παροδευτικῶς*[11] *ἀνακρινεῖν*[l] *τὰς γραφάς. οὐσία γὰρ τῆς καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίας ἐστὶ τὰ θεοπαράδοτα λόγια, ἤγουν ἡ τῶν θείων γραφῶν ἀληθινὴ ἐπιστήμη καθὼς ὁ μέγας ἀπεφήνατο Διονύσιος*[12]. *ὁ Βιγίλλιος*[m] *γὰρ ἐπὶ τῆς πέμπτης ἦν*[13], *καθ' ἣν τὰ περὶ Ὠριγένους, Εὐαγρίου τε καὶ Διδύμου καὶ τῶν ἄλλων, Πέτρου καὶ Σευήρου καὶ Ζωόρα*[n], *ἀλλὰ καὶ τῶν συγγραμμάτων τοῦ Θεοδωρήτου*[o] *κεκίνητο, οὐ μὴν δὲ ἐπὶ τῆς ἕκτης συνόδου*[14]. *Διάστημα δὲ μεταξὺ τῶν δύο συνόδων ρκθ' ἔτη. τὸν δὲ συνέβη πρὸς μικρὸν τῆς ἀναφορᾶς ἀποτμηθῆναι*[p] *διὰ τὸ διενεχθῆναι*[15] *αὐτὸν πρὸς τὸν ἁγιώτατον πατριάρχην Μηνᾶν καὶ καθαιρέσει τοῦτον ἀποβαλεῖν· ἕως οὗ καὶ πάλιν πρὸς ἀλλήλους οἱ ἀρχιερεῖς εἰρηνεύσαντες κατηλλάγησαν. ἐπὶ δὲ τῆς ἕκτης τῆς ἁγίας συνόδου ὁ ἱερὸς ἦν πάπας Ἀγάθων, ἀνὴρ τίμιος καὶ τὰ θεῖα σοφός. καὶ ἀνάγνωθι τὰ πρακτικὰ*[q] *τῆς ἕκτης συνόδου, ἥτις εἰώθει κυριακῇ μετὰ τὴν ὕψωσιν τοῦ τιμίου σταυροῦ ἀναγινώσκεσθαι. εὑρήσεις γὰρ τὸν εἰρημένον Ἀγάθωνα εὐκλεῶς ὑπὸ τῆς ἁγίας ταύτης συνόδου ἀνακηρυττόμενον.*

IV. Idcirco debet ille, qui ad excelsum adeo gradum evectus sit, indaganter, non obiter disceptare litteras. Substantia enim nostrae hierarchiae sunt a Deo tradita oracula, seu divinarum litterarum vera scientia, sicut magnus pronunciavit Dionysius. Nam Vigilius tempore quintae synodi vivebat, in qua agitatae sunt quae ad Originem pertinebant, Euagrium, Didymum, ceterosque, Petrum, Severum, Zoaram, atque scripta Theodoreti, non vero tempore sextae synodi. Inter quas synodos intercesserunt anni CXXIX. Contigit autem, ut ad breve tempus Vigilius a relatione resecaretur propter contentionem, quam habuit cum sanctissimo patriarcha Mena, quodque hunc deposuerat; donec iterum pace inter ipsos constituta reconciliati sunt pontifices. At sanctae sextae synodi temporibus papa erat sacer Agatho, vir venerabilis et in rebus divinis sapiens. Lege sexti hujus concilii acta, quae recitari solent dominica consequente exaltationem venerandae pretiosaeque crucis. Invenies Agathonem, quem diximus, a sancta ea synodo gloriose praedicari.

V. *Ἐπὶ δὲ τούτοις κἀγὼ μάρτυς ἀπαράγραπτος καὶ ἄλλοι σὺν ἐμοὶ τῶν τῆς ἐκκλησίας ἐλλογίμων πολλοί, ὅτι ἐπὶ τῷ μακαρίτῃ πατριάρχῃ Ἀντιοχείας κυρῷ Ἰωάννῃ ὁ πάπας τῆς Ῥώμης*[16] *Ἰωάννης καὶ αὐτὸς*

V. Ad haec ego quoque testis sum omni exceptione major aliique mecum plures eorum, qui in ecclesia praecellunt, sub beatae memoriae patriarcha Antiochiae domino Ioanne papam Romae, qui et ipse Ioannes nomi-

k) Cot. *ἀχθέντα*, „*Al. ἀναχθέντα.*“ — l) „*Al. ἀναγινώσκειν.*“ — m) „*All. Βιγίλλιος.*“ — n) Accentum correximus ex actis SS. conciliorum (coll. *Mansi* tom. VIII, 1138. 1139. cett.) — Cot. *Ζώορα* „*All. Ζωώρα.*“ — o) Cot. *Θεοδωρίτου.* — p) „*All. ἀποκοπῆναι.*“ — q) Cot. *παρά.* „*Al. πρακτικά.*“

11) p. 167 C. [i. e. II. epist. Mich. ad Petrum c. VIII.] *κατὰ πάροδον.* Antiochus homil. 27. Christum vocavit *θύραν τῶν ἔξω παροδευομένων, ostium eorum, qui extra transcurrunt et praetereunt*, pro quo vulgarunt *παροδυρομένων.* COT.

12) Ecclesiast. hierarch. I. 4. ibique interpr. COT.

13) Anno 553. (Vide Proleg. cap. VIII.)

14) Anno 680. (Vide Proleg. cap. XI.)

15) Qui minus Graece sciunt, ubi occurrerit dictio aliqua manifeste corrupta, solent praeteritis, quae ante pedes jacent, trans mare currere et emendationem de longinquo petere, quam in vicinia non advertunt. Id contigit quoque Photianarum epistolarum interpreti. Nam in verbo non nauci *διαρορεῖν*, pro *διαφορεῖν* affini et probo, *δυσαρεστεῖν* hariolatus est malo exemplo. Ex me igitur Photii mauus epist. 23. *ὅταν τοῖς σοῖς ἀνιῶνται καὶ φυγεῖν οὐκ ἔχουσι τὸ μὴ διαφορεῖν. cum tuis factis discrucientur nec vitare possint, quin dissideant.* COT.

16) Sedem apostolicam obtinebat ab anno 1004 usque ad annum 1009.

ἀκούων ἐν τοῖς ἱεροῖς διπτύχοις ἀνεφέρετο. καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει δὲ πρὸ χρόνων τεσσαράκοντα καὶ πέντε εἰσελθὼν εὗρον ἐπὶ τοῦ μακαρίτου πατριάρχου κυροῦ Σεργίου τὸν δηλωθέντα πάπαν ἐν τῇ θείᾳ μυσταγωγίᾳ μετὰ τῶν ἄλλων πατριαρχῶν ἀναφερόμενον. ὅπως δὲ ὕστερον ἡ αὐτοῦ ἐξεκόπη ἀναφορὰ καὶ δι' ἣν αἰτίαν, ἀγνοῶ. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων οὕτως ἔχων πλεῖον οὐδέν σε βούλομαι περὶ τῆς τοῦ πάπα ἀναφορᾶς προσεξεργάσασθαι.

VI. *Ὅσα δέ σοι καὶ ἀπηρίθμηται Ῥωμαϊκὰ ἐλαττώματα, μετήλθομεν. Καὶ τὰ μὲν τούτων ἐδόκει ἀπευκταῖα καὶ φευκτὰ, τὰ δὲ ἰάσιμα, τὰ δὲ παροράσεως ἄξια. τί γὰρ πρὸς ἡμᾶς τὸ ξυρᾶσθαι τοὺς ἀρχιερεῖς τοὺς πώγωνας καὶ δακτυλοφορεῖν*[17] *αὐτοὺς εἰς σύμβολον (ὡς ἔγραψας) τῆς πρὸς τὴν ἁγίαν τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν*[r] *νυμφεύσεως; καὶ ἡμεῖς γὰρ γαράραν*[18] *ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ποιοῦμεν εἰς τιμὴν πάντως τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων Πέτρου, ἐφ' ὅν*[t] *ἡ τοῦ θεοῦ μεγάλη ἐκκλησία ἐπῳκοδόμηται. ὃ γὰρ εἰς ὕβριν τοῦ ἁγίου οἱ δυσσεβεῖς ἐφεύρησαν, τοῦτο ἡμεῖς εὐσεβοῦντες εἰς δόξαν αὐτοῦ καὶ τιμὴν πεποιήμεθα Ῥωμαῖοι μὲν ξυρῶντες τοὺς πώγωνας, ἡμεῖς δὲ ἐπὶ κορυφῆς τὴν παπαλήθραν ἐπιτηδεύοντες. χρυσοφοροῦμεν δὲ καὶ αὐτοὶ ἐγχείρια*[19] *καὶ ἐπιμάνικα καὶ ἐπιτραχήλια περιβεβλημένοι χρυσόπαστα.*

nabatur, in sacra diptycha relatum esse. Constantinopolim praeterea ante hos annos quadraginta quinque ingressus reperi sub sanctae memoriae patriarcha domino Sergio papam, quem diximus, in sacra missa cum ceteris patriarchis referri. Quo autem pacto postea ejus amputata fuerit relatio quamque ob causam, me fugit. Ac de his quidem quum ita mihi sit persuasum, nolo te amplius circa papae relationem laborare.

VI. Porro quaecunque a te enumerata sunt Latinorum vitia et errata, percurrimus. Et alia quidem eorum visa sunt detestanda atque fugienda, alia vero sanabilia, quaedam denique digna, quae dissimulentur. Quid enim ad nos, si pontifices barbam radant et in signum (sicut scripsisti) depsonsationis cum sancta Dei ecclesia gerant annulum? Nos quoque in capite gararam facimus in honorem omnino summi inter Apostolos Petri, super quem magna Dei ecclesia aedificata est. Quod enim in viri sancti contumeliam impii invenerunt, id nos pietate ducti in ejus gloriam honoremque vertimus, Latini illi quidem barbam radentes; nos vero in vertice conficientes coronam. Sed et ipsi aurum gestamus, qui amicti simus chirothecis, manipulis et stolis auro intertextis.

r) Cot. *παρὰ τῆς ἁγίας τοῦ θεοῖ ἐκκλησίας.* „*Al. πρὸς τὴν ἁγίαν.*" — s) „*All. γάῤῥαραν.*" — t) „*Al. ἐφ' ᾧ.*"

17) *δακτυλοφορεῖν* pro *δακτυλιοφορεῖν*, ut rectius p. 318 321. juris Graeco-Romani quaest. 3. Demetrii Chomateni, quae est de Latinis. *δακτυλλίους φοροῦντες*, supra in epistola Michaëlis n. 13. *δακτύλιον φορεῖν* apud Allatium De ecclesiae Occident. et Orient. consensione c. 1123. ex Johanne Citrio opusculo de consuetudinibus et dogmatibus Latinorum. COT.

18) Nomen, nisi fallor, Syriacum, quod tonsuram clericalem significabat. Sane apud Hebraeos גרר est *secuit*. Quae sequuntur de corona S. Petri et papalethra Graecorum a veteribus et recentioribus tradita sunt atque explicata sufficienter nec nos debent remorari. COT. Syriaca voce usus est Petrus patriarcha, utpote qui in Syriae metropoli degeret. Significat autem גררא (*guroió*) apud Syros abrasionem sive rasuram.

19) Inter multa clara testimonia istud paullo obscurius extat in epistola Nicephori CP. ad Leonem tertium *stolam et simichcnium auro variata*. Teste enim illustrissimo Baronio Graece *ἐγχείριον* habebatur. Unde viri praestantissimi emendarunt *semicinctium*. Fortassis tamen ab interprete perperam lectum fuit *ἡμιχείριον* ideoque versum *semicherium*, quod postea transiit in *semichenium*. Utut sit, per *ἐγχείρια* hic intellige aut chirothecas juxta Allatium, aut potius manualia, mappulas, sudaria. COT.

VII. *Καὶ τὸ μιαροφαγεῖν δὲ αὐτοὺς καὶ τοὺς μοναχοὺς κρεωφαγεῖν τὸ στέαρ τὸ χοίρειον εὑρήσεις καὶ ταῦτα πολυπραγμονῶν παρά τισι τῶν ἡμετέρων γινόμενα. Βιθυνοὶ γὰρ καὶ Θρᾶκες*[u] *καὶ Λυδοὶ γαγύλας καὶ κολοιοὺς καὶ τρυγόνας καὶ χερσαίους ἐχίνους ἐσθίουσιν· ὧν τὴν χρῆσιν οἱ πατέρες ἀδιάφορον εἴασαν. οὐδὲν γὰρ κτίσμα θεοῦ ἀπόβλητον μετ᾽ εὐχαριστίας λαμβανόμενον. καὶ πείθει με τοῦτο τὸ σκεῦος τῆς ἐξ οὐρανοῦ κατενεχθείσης ὀθόνης, ἐν ᾧ ὑπῆρχε πάντα τὰ τετράποδα τῆς γῆς καὶ τὰ θηρία καὶ τὰ ἑρπετὰ καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ. καὶ Πέτρος θεόθεν ἀκούσας· ἀναστὰς, Πέτρε, θῦσον*[v] *καὶ φάγε· καὶ εἰπών· μηδαμῶς, ὦ κύριε, ὅτι οὐδέποτε πᾶν κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον διῆλθε διὰ τοῦ στόματός μου· καὶ πάλιν ἀκούσας, ἃ ὁ θεὸς ἐκαθάρισε, σὺ μὴ κοίνου.*

VIII. *Καιρὸς δὲ καὶ τὸ τοῦ ἁγίου Βασιλείου ἐρεῖν. Φησὶ γὰρ,*[20] *ὡς*[x] *καὶ ἐν λαχάνοις τὸ βλαβερὸν τοῦ καταλλήλου χωρίζομεν, οὕτως καὶ ἐν τοῖς κρέασι τοῦ χρησίμου τὸ βλαβερὸν διακρίνομεν. Ἐπεὶ λάχανόν ἐστι καὶ τὸ κώνειον, ὥσπερ κρέας ἐστὶ καὶ τὸ γύπειον· ἀλλ᾽ ὅμως οὔτε*[y] *ὑοσκύαμον φάγοι ἄν τις νοῦν ἔχων, οὔτε*[z] *κυνὸς ἅψαιτο, μὴ μεγάλης ἀνάγκης κατεπειγούσης· ὡς ὅ γε φαγὼν οὐκ ἠνόμησε*[21]. *Καὶ τὸ τοῖς ὀσπρίοις δὲ καὶ λαχάνοις στέαρ χοίρειον ἐμβάλεσθαι, τοῦτο παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων ἀνεκρίθη*[b] *καὶ συνεχωρήθη· καὶ μᾶλλον παρ᾽ οἷς χρηστὸν οὐχ εὑρίσκεται ἔλαιον.*

IX. *Καὶ ἄκουσον, τί φησιν ἐν τοῖς ἀσκητικοῖς αὐτοῦ ὁ μέγας Βασίλειος*[22]. *Βρω-*

VII. Quod autem polluta comedant ipsi eorumque monachi edant carnem, adipem porcinum, illa quoque invenies, modo indagaveris, apud quosdam e nostris fieri. Nam Bithyni, Thraces et Lydi comedunt picas, graculas, turtures ac terrestres echinos; quorum usum patres indifferentem reliquerunt. Nulla quippe res a Deo creata rejecticia est, quando cum gratiarum actione sumitur. Idque persuadet mihi vas lintei e coelo demissi, in quo erant omnia quadrupedia terrae, bestiae, reptilia, volatilia coeli: tum Petrus, qui divinitus audivit: Surge, Petre, occide et comede: ac quum dixisset: Absit, Domine, quia numquam commune quidquam vel immundum pertransiit per os meum: iterum audivit: Quae Deus purificavit, tu communia ne dixeris.

VIII. Occasio autem postulat, ut verba sancti Basilii usurpemus. Ut et in oleribus, inquit, noxium a conducenti sejungimus, sic et in carnibus, ab utili separamus nocentem, quandoquidem inter olera locum habet cicuta, sicut inter carnes vulturina: verumtamen neque cicutam neque altercum quis mente praeditus comederit aut canis carnem attigerit, nisi magna urgente necessitate, ut qui comederit extra delictum sit. Itidem in legumina oleraque suillum adipem immittere hoc a sanctis patribus admissum fuit et concessum, praesertim apud quos bonum oleum non invenitur.

IX. Audi vero, quid in asceticis suis dicat magnus Basilius: Jam ciborum diversitatem

u) Cot. *Θράκες.* — v) Cot. *θύσον.* — x) Sic Basilius. — Cot. om. *ὡς.* „*All. ὡς. Al. ὡς καί.*" — y) „*All. inser. κώνειον οὔτε.*" Quae etiam a Basilio absunt. — z) Sic Basil. — Cot. *ἢ* „*Al. οὔτε.*" — a) Cot. add. *ὦτα.* „*γρ. ὀστᾶ.*" Quod Basil. non habet. — b) Cot. *ἀνεκρίθη.* „Al. *ἐνεκρίθη.*

20) Corruptus est turpiter in hac voce Philo Judaeus, Quis rerum divinarum haeres, p. 516. C. *ἐν τῷ Λευιτικῷ, κατὰ τὴν τῶν ἱερέων τελείωσιν ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ, ὁπότε ἐξῆλθε πῦρ ἀπ᾽ οὐρανοῦ καὶ κατέφαγε τὰ ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου, τά τε ὁλοκαυτώματα καὶ τὰ στέμματα. λέγεται γὰρ εὐθὺς καὶ εἶδε πᾶς ὁ λαὸς καὶ ἐξέστη καὶ ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον* Levit. IX. ult. *στέατα.* COT.

21) Basil. t. 3. p. 40. COT. Utitur Cotelerius *S. Basilii* edit. Parisina a. 1638. Extat locus hic epist. 236, 4. in *S. Basilii* opp. ed. *Julian. Garnier*. Paris. 1722. tom. III. pag. 363. D.

22) Const. monast. cap. 25. COT. *Basilii* opp. ed. *Garnier*. tom. II. pag. 575 D. E.

μάτων μέντοι διαφορὰς οὐδαμῶς ἐπιζητεῖν ὀφείλει ὁ ἀσκητὴς καὶ προσποιήσει δῆθεν ἐγκρατείας ἐξαλλαγὰς ἐδεσμάτων ἐπινοεῖν. Τοῦτο γὰρ ἀνατροπὴ τῆς κοινῆς εὐταξίας ἐστὶ καὶ σκανδάλων ὑπόθεσις καὶ τοῦ οὐαὶ κληρονόμος γίνεται ὁ ἐν συστήματι ἀσκητικῷ τοιαύτας[c] αἰτίας ταραχῆς ἐνδιδούς. ἀλλὰ κἂν τὸ προσέψημα τοῦτο τὸ ταριχευτὸν τὸ παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων ἐγκριθὲν[d 23] ἀντ' ἄλλου τινὸς ἀρτύματος, ἐλάχιστον τοῖς βρώμασιν ἐμβάλλεσθαι[e] συμπεπλεγμένον τῷ λοιπῷ ἐδέσματι τοῦ ὕδατος ἢ τῶν λαχάνων ὑπάρχῃ[f], μὴ προφάσει δῆθεν κενοδόξου ἐθελοευλαβείας[g] ὡς κρέα παραιτούμενος ἐπιζητείτω τῶν ἐδεσμάτων τὰ τιμιώτερα καὶ χρηστότερα· ἀλλὰ τῷ ἀποζέματι τοῦ ἐλαχίστου τεμάχους τὸν ψωμὸν ἀπαρατηρήτως ἀποβρέχων προσφερέσθω μετὰ πάσης εὐχαριστίας. τὸ γὰρ ἐλάχιστον ἐκεῖνο τμῆμα εἰς τοσοῦτον πλῆθος ὕδατος καὶ[h] σπερματώδους (εἰ τύχοι) βρώματος ἐμβληθὲν, οὐ τρυφῆς ἐστι κατηγόρημα, ἀλλ'[i] ἀκριβεστάτη τῶν ἀσκητῶν καὶ ταλαίπωρος[k 24] ὄντως ἐγκράτεια. χρὴ τοίνυν τὰ τοιαῦτα μὴ παρατηρεῖν τὸν τῆς ὁσιότητος ἀσκητήν. οὐ γὰρ Ἰουδαΐζοντες ἀπεχόμεθα τῶν τοιούτων, ἀλλὰ τρυφῆς πλησμονὴν[l] φεύγοντες. καὶ ταῦτα μὲν τὰ ῥητὰ τοῦ ἁγίου Βασιλείου.

nullo modo consectari monachus debet neque praetextu videlicet continentiae escarum discrimina excogitare. Siquidem haec communis disciplinae perversio et scandalorum occasio est fitque haeres illius vae, qui in conventu ascetico hujusmodi causas turbarum dederit. Sed etiam retineatur decoctum, illud sale conditum, quod a sanctis patribus concessum est, ut modice pro alio quopiam condimento cibis injiceretur, commistum cum reliquo ferculo aquae vel olerum: ne scilicet praetexta vanae religionis propria voluntate susceptae tanquam carnes repudians conquirat escarum pretiosiores ac meliores: sed in decocto minimi frusti bucceam citra observationem intingens cum omni gratiarum actione assumat. Minimum enim illud segmentum in tam magnam copiam aquae, aut (si contigerit) seminalis cibi conjectum, non est indicium cupediae, sed exactissima ascetarum vereque durissima continentia. Oportet igitur, ut qui in sanctitate monastica exercet se, talia non observet. Neque enim Judaeorum ritus sectati ab hujusmodi cibis abstinemus, sed fugientes deliciarum saturitatem. Atque haec sunt sancti Basilii verba.

X. Ὁ δὲ ἅγιος Παχώμιος χοίρους ἐν τῇ κατ' αὐτὸν ἁγίᾳ μονῇ ἐκ τῶν ψιχίων καὶ τῶν περισσευμάτων τῆς τραπέζης ἐσίτευε· καὶ σφαττομένων αὐτῶν τοῖς μὲν ἄλλοις ἐξεναγώγει κρέασι τοὺς ἐπιξενουμένους ὑποδεχόμενος· τὰ ἐντόσθια δὲ καὶ τὰ ἄκρα τῶν

X. Sanctus vero Pachomius in suo sancto monasterio sues e micis ac mensae reliquiis pascebat: quibus mactatis reliquam quidem carnem hospitibus, quos exciperet, in epulum dabat, interanea vero et extremitates pedum capitisque senibus monachis in infirmitatem

c) „Al. τοιαύτης.“ — d) „Al. ἐκκριθὲν. — e) „Al. ἐπιβάλληται. — f) Cot. ὑπάρχει. „Al. ὑπάρχῃ.“ — g) Sic Cot. et Basil. ed. Garnier. ex duobus codd. regg. Sed Basil. codd. reg. secundus et quartus (ap. Garnier.) habent simpliciter κενοδόξου εὐλαβείας. — h) ἢ Basil. — i) ἀλλὰ Bas. — k) Cot. ἀταλαίπωρος. „Bas. All. et al. cod. ταλαίπωρος.“ l) Basil. τὴν πλησμονήν. „Al. τρυφὴν τῆς πλησμονῆς.“

23) ἐγκριθέν, ἐκκριθέν. Varia lectio originem ducens ex pronunciatione. Sit exemplo Theodoritus Ad. Es. XIII. 8. ἀλλήλοις ἐγκαλύψουσι τὸ δέος. contra sensum, qui ἐκκαλύψουσι poscit. Nec absimili modo propter pronunciationem ex vocibus quae habent γκ interdum elabitur γ. ut juris Graeco-Romani T. I. p. 338. l. penult. ἐκκρύψεως. nam poni debet ἐγκρύψεως. COT.

24) ἀταλαίπωρος pro ταλαίπωρος. Contra in Cyrillo Alex. In Michaeam n. 27. T. 3. p. 414 B. et lib. XI. in Iohannem T. 4. p. 992 A. οὐ ταλαίπωρον pro οὐκ ἀταλαίπωρον, quod passim apud eum occurrit. COT.

ποδῶν καὶ τὰς[m] *κυλίας, τοῖς ἐξατονοῦσι γέρουσι τῶν μοναζόντων παρέβαλλεν. οἷον δὲ ὄψον ἡδύ, τιμιώτατε δέσποτα, ῥύγχος χοίρειον καὶ ὦτα καὶ ἄκρα ποδῶν. ἀλλὰ καὶ φακὴ καὶ κύαμος ἐν στέατι χοιρείῳ ἑψόμενα, ἃ εἰ μὴ καὶ χρηστοῦ εὐπόρησεν ἐλαίου, ἵνα τι καὶ πνευματικῶς εἰς τὴν χάριν μικρὸν διαχεθῶ*[n]*, πολλοῖς, ὡς οἶδε κύριος, ἀθυμίας βέλεσι καθ' ἑκάστην περιπειρόμενος, βρῶσιν*[o] *ἂν ἐποιούμην ἑκάστοτε.*

XI. *Κακὸν δὲ καὶ κακῶν κάκιστον ἡ ἐν τῷ ἁγίῳ συμβόλῳ προσθήκη, τό· Καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ κύριον καὶ ζωοποιόν, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἐκπορευόμενον. Εἰ γὰρ τὰ παρ' ἡμῖν εὐαγγέλια τὰ αὐτὰ καὶ παρὰ*[p] *Ῥωμαίοις, πόθεν ἐκεῖνοι πλεῖόν*[q] *τι μαθόντες*[25] *τὴν τοιαύτην ἀλλόκοτον προσθήκην ἐποιήσαντο; τοῦ κατὰ Ἰωάννην ἁγίου εὐαγγελίου μᾶλλον ἀριδηλότερον ἡμᾶς περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκδιδάσκοντος, ἐν οἷς καὶ διαλαμβάνει*[26]*· ἐὰν ἀγαπᾶτέ με, τὰς ἐντολὰς τὰς ἐμὰς τηρήσατε. καὶ ἐγὼ ἐρωτήσω τὸν πατέρα καὶ ἄλλον παράκλητον δώσει ὑμῖν, ἵνα μένῃ μεθ' ὑμῶν εἰς τὸν αἰῶνα, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ ὁ κόσμος οὐ δύναται λαβεῖν, ὅτι οὐ θεωρεῖ αὐτὸ οὐδὲ γινώσκει αὐτό· ὑμεῖς δὲ γινώσκετε αὐτό, ὅτι παρ' ὑμῖν μένει καὶ ἐν ὑμῖν ἐστί*[27]*. Καὶ μετ' ὀλίγα· Ὁ δὲ παράκλητος, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ πέμψει ὁ πατὴρ ἐν ὀνόματί μου, ἐκεῖνος ὑμᾶς διδάξει πάντα καὶ ὑπομνήσει ὑμᾶς πάντα, ἃ εἶπον ὑμῖν. Καὶ πάλιν*[28]*. Ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ παράκλητος, ὃν ἐγὼ πέμψω*

delapsis apponebat. Quam suave porro obsonium est, honore dignissime domine, rostrum porci auresque et extrema pedum itemque lens et faba cum adipe suillo coctae? quae non essent bono oleo affatim inspersa etiamsi, ut parum et spiritualiter ad gratiam exhilarer, multis, quemadmodum novit dominus, tristitiae jaculis quotidie confixus in cibum semper assumerem.

XI. Malum vero et malorum pessimum est adjectio ad sanctum symbolum haec: Et in spiritum sanctum, Dominum et vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit. Nam si evangelia eadem apud nos et Latinos sunt, unde illi plus aliquid addiscentes tam alienum confecere additamentum? sancto secundum Ioannem evangelio manifestissime docente nos de spiritu sancto, in quibus ista complectitur: Si diligitis me, mandata mea servate. Et ego rogabo Patrem et alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in aeternum, spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum nec scit eum, vos autem cognoscitis eum, quia apud vos manet et in vobis est. Paucisque interpositis: Paracletus autem spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia et suggeret vobis omnia, quaecunque dixero vobis. Et iterum: Cum autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre, spiritus veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me.

m) „*Al.* τ ῆς *κεφαλῆς.*" — n) Cot. *διαχεθὲν.* „*All. διαχεθῶ. Al. διαδεχέσθω.*" — o) Cot. *παρ' ὑμᾶς.* „*Al. βρῶσιν ἄν.*" — p) Cot. *παρ' ὑμᾶς,* „*Al παρὰ Ῥωμαίοις,*" — q) „*All. πλέον ἤ τι.*" — r) „*Al. παθόντες.*"

25) *μαθόντες*, Al. *παθόντες* male. Sic ejusdem Cyrilli editio IV. in Iohannem p. 424 C. *παθήματα* vitiose exhibet quod est *μαθήματα*. In concilio autem Chalcedonensi P. 3. cap. 43. et in libello, quem Justinianus imperator Agapeto R. pontifici obtulit CP. *anathema* inepte ponitur, cum sensus postulet *mathema*, id est symbolum. COT.

26) *Ioann.* XIV, 15. 16. 17. COT.

27) Ioh XIV, 17. ita versiones multae et ex patribus nonnulli. v. g. Fulgentius lib. 8. contra Fabianum, ab eruditissimo Chiffletio publicatus, hunc in modum citat: *Vos autem cognovistis eum, quia apud vos manet, et in vobis est.* In duobus Romanis codicibus, *ἐν ὑμῖν μένει καὶ ἐν ὑμῖν ἐστί.* COT. Illic nunc *ἔσται* legitur.

28) *Ioann.* XV, 26. COT.

ὑμῖν παρὰ τοῦ πατρὸς, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, ἐκεῖνος μαρτυρήσει περὶ ἐμοῦ. Εἶτα[29]· Ἔτι πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι. ὅταν δὲ ἔλθῃ ἐκεῖνος, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. οὐ γὰρ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ· ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ λαλήσει καὶ τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ ὑμῖν. Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. πάντα, ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, ἐμά ἐστι. Διὰ τοῦτο εἶπον, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λαμβάνει καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν.

XII. Καὶ τοῦ εὐαγγελιστοῦ οὕτω τρανέστατα[s] [30] διαγορεύοντος, τίς ὀρθοδόξων τολμήσει ἢ καὶ δυνήσεται προσθήκην ἢ ὑφαίρεσιν ποιήσασθαι; Περὶ ὧν γὰρ φανερώτατα ἡ θεία γραφὴ ἐθέσπισεν, οὐ δεῖ ψηφίζεσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον ἕπεσθαι. Ἀλλ' ὡς ἔοικεν, ἀπώλεσαν Ῥωμαῖοι τὰ ἀντίγραφα τῆς ἐν Νικαίᾳ πρώτης συνόδου, οἷα τῆς Ῥώμης ἐπὶ πολὺ τοῦ τῶν Οὐανδάλων[t] ἔθνους κυριαρχήσαντος[31], παρ' ὧν ἴσως καὶ ἔμαθον Ἀρειανίζειν[u] καὶ εἰς μίαν κατάδυσιν, εἰ τοῦτο ἀληθὲς, ὡς ἐδήλωσας, τὸ βάπτισμα ἐπιτελεῖν. ἡμῖν γὰρ ἀρκεῖ εἰς ἐντελῆ τῆς εὐσεβείας ἐπίγνωσίν τε καὶ βεβαίωσιν τὸ σοφὸν καὶ σωτήριον τῆς θείας χάριτος σύμβολον. Περί τε γὰρ τοῦ

Deinde: Adhuc multa habeo vobis dicere; sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille, spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Non enim loquetur a semetipso; sed quaecunque audiit loquetur et quae ventura sunt annunciabit vobis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet et annunciabit vobis. Omnia, quaecunque habet Pater, mea sunt. Propterea dixi, quia de meo accipit, et annunciabit vobis.

XII. Evangelista sic apertissime disserente orthodoxorum quis audebit vel poterit addere vel minuere? Nam quae clarissime sanxerunt sacrae literae, non oportet ad calculum vocare, sed sequi. Verum, ut videtur, amiserunt Latini exemplaria Nicaenae primae synodi, propterea quod Vandalorum gens Romae diu dominium tenuit: a quibus fortasse etiam didicerunt Arianorum in morem agere ac per unam immersionem, si hoc verum est, quemadmodum significasti, baptismum celebrare. Nobis ad perfectam pietatis agnitionem confirmationemque sufficit sapientiae plenum et salutare divinae gratiae symbolum. Nam de Patre, Filio et spiritu sancto abso-

s) Cot. τρανότατα. „Al. τρανέστατα". — t) „Al. Οὐανδήλων". — u) „Al. ἀρειανιζόντων ἐκείνων".

29) Ioann. XVI, 12. 13. 14. 15. COT.

30) τρανότατα, τρανέστατα. A τρανὸς et τρανής. E quo secundo putaverit aliquis formatum esse ἀτρανής a B. Cyrillo in isto loco Ad Amos n. 54. p 308. οὐκ ἄχρηστον παντελῶς καὶ ἀτρανῆ φωνὴν ἱέντας θεῷ. Verum etiam me tacente totus contextus clamat scribendum esse ἀδρανῆ. COT.

31) Videre potes ad hoc stultiloquium Allatium de consensione etc. c 477. IV [lib. III. c. XII, 4.] necnon ejusdem exercitationem 28. in Creygthonum. Quam si legeris, emendes velim testimonium Iohannis Claudiae metropolitae: *Καὶ ὅπερ ὕστερον ἐν τοῖς κατόπιν χρόνοις ὑπό τινος κακογνώμονος ἀνδρὸς καὶ Ἰουδαιόφρονος, ἤγουν ἀπὸ τῶν Βανδήλων ἐλάβετε τὸν οὗτον εἶναι Νέμιζον λεγόμενον, ὡς τῆς Ῥώμης κυριευθείσης ὑπ' αὐτῶν.* reponasque *ἐλάβετε, τῶν αὐτῶν εἶναι Νεμίτζων λεγομένων.* partim ex sensu, qui est, *Et quod postmodum annis subsequentibus a quodam male feriato homine et cum Judaeis sentiente, seu a Vandalis, qui ipsi Nemitzi esse dicuntur, accepistis, cum videlicet Roma eorum potestati succubuisset.* partim ex verbis Matthaei hieromonachi ibidem prolatis: *πολλοῖς γὰρ ὕστερον χρόνοις πρὸς τῶν Οὐανδήλων τῶν νῦν Νεμιτζίων λεγομένων ἡ νόσος τοῖς Λατίνοις εἰσεκώμασεν αὐτῃ.* etc. De Nemitzis vir numquam sine laude nominandus Carolus Fresnius Ad Alexiadem. Quod superat, per participium *κυριαρχήσας* admoneor, ut consimile *αὐταρχήσας* reponendum moneam in historiarum synagoge Scaligerana, quo loco editum fuit, *Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ ὁ μετὰ ταῦτα αὐτουργήσας ἐγεννήθη.* inepte, praesertim cum ibidem non ita multo post Caesaris *αὐταρχίας* mentio habeatur. COT.

πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκδιδάσκει τὸ τέλειον καὶ τοῦ κυρίου τὴν ἐνανθρώπησιν τοῖς πιστῶς δεχομένοις παρίστησι. Τοὺς δὲ προστιθέντας τι ἢ ἀφαιροῦντάς τι [v], *ἀναθεματίζομεν* [x]. *Εἴ τις γὰρ, φησὶν ὁ ἀπόστολος, εὐαγγελίζεται ὑμῖν* [y] *παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω.*

XIII. *Ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἑτέραν προσθήκην καταδεχόμεθα, ἣν εἰς τό· Εἷς ἅγιος, εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν θεοῦ πατρὸς διὰ πνεύματος ἁγίου, πεποίηνται· εἰ καὶ δυνατὸν ταύτην ἡμᾶς εὐσεβῶς ἐκλαμβάνοντας μηδὲν πρὸς τὸ ὀρθόδοξον καταβλάπτεσθαι. Φαίνεται γὰρ τούτῳ ἰσοδυναμοῦν καὶ τὸ παρ' ἡμῶν τελούμενον· ὁπόταν τοῦ θείου ἄρτου ὑψουμένου καὶ τοῦ λαοῦ βοῶντος· Εἷς ἅγιος, εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν θεοῦ πατρὸς, ἔνθεν κἀκεῖθεν ὁ ἀρχιδιάκονος καὶ ὁ δευτερεύων τὸ πρῶτον καὶ τὸ δεύτερον ποτήριον αἴροντες λέγωσι· Πλήρωσον δέσποτα· αὐτοὶ δὲ μερίδα τῶν ἁγιασμάτων ἐμβάλλοντες* [z], *ἐκφωνοῦμεν* [a]*· Πλήρωμα πνεύματος ἁγίου.*

XIV. *Καλὸν γὰρ πρὸς τὸ καλοθελὲς ὁρῶντας ἡμᾶς καὶ μᾶλλον, ἔνθα μὴ θεὸς ἢ πίστις τὸ κινδυνευόμενον, νεύειν ἀεὶ πρὸς τὸ εἰρηνικόν τε καὶ φιλάδελφον. ἀδελφοὶ γὰρ καὶ ἡμῶν οὗτοι, κἂν ἐξ ἀγροικίας ἢ ἀμαθίας* [32] *συμβαίνῃ* [b] *τούτοις πολλάκις ἐκπίπτειν τοῦ εἰκότος τῷ ἑαυτῶν στοιχοῦντας θελήματι· καὶ μὴ τοσαύτην ἀκρίβειαν ἐπιζητεῖν ἐν βαρβάροις ἔθνεσιν, ἣν αὐτοὶ περὶ λόγους ἀναστρεφόμενοι ἀπαιτούμεθα. μέγα γὰρ κἂν παρ' αὐτοῖς ἀσφαλῶς ἡ ζωαρχικὴ τριὰς ἀνακηρύττοιτο καὶ τὸ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας κατὰ τὴν ἡμετέραν δόξαν ἀνομολογεῖται μυστήριον. καὶ μὴν οὐδὲ τοῦτο ἐπαινοῦμεν καὶ ἀποδεχόμεθα, εἰ καὶ τοῦτο ἀληθὲς, ὅτι μὴ καταδέχονται οἱ ἱερεῖς νομίμους ἔχοντες γυναῖκας τὰ ἅγια μεταχειρίζεσθαι. Καὶ τὴν ἀπόκρεω ἐν ταὐτῷ*

lute docet, ac Domini incarnationem iis, qui cum fide accipiunt, exhibet. Eos autem, qui nonnihil vel adjiciunt vel detrahunt, anathemate percutimus. Si quis enim, inquit Apostolus, vobis evangelizaverit praeter id, quod accepistis, anathema sit.

XIII. Sed nec alteram additioncm admittimus, quam in illo: Unus sanctus, uuus Dominus Jesus Christus in gloria Dei Patris per Spiritum sanctum, fecerunt: quamvis possimus eam pie intelligentes nullatenus in recta fide laedi. Huic enim aequivalere videtur, quod peragitur apud nos; quando exaltato sancto pane et populo clamante: Unus sanctus, unus Dominus Jesus Christus in gloria Dei Patris, hinc et illinc archidiaconus quique secundas partes gerit, primum et secundum calicem levantes dicunt: Imple Domine, ipsi autem particulam consecratae oblationis immittentes alta voce pronuntiamus: Plenitudo Spiritus sancti.

XIV. Caeterum convenit, ut nos ad bonam voluntatem respicientes praesertim, ubi nec circa Deum nec circa fidem periculum est, propendeamus semper ad pacem et fratrum amorem. Illi quippe fratres nostri sunt, quamvis ex rusticitate vel imperitia contingat, ut saepe ab eo, quod decet, excidant, dum suam sequuntur voluntatem. Neque postulare debemus in barbaris gentibus adeo accuratam disciplinam atque a nobis in doctrina eductis exigitur. Magnum enim est, si vel apud eos recte praedicetur vivifica seu vitae principium trinitas atque in carne factae dispensationis mysterium juxta nostram sententiam teneatur. Et vero nec illud laudamus aut admittimus, si verum est, sacerdotes, qui legitimas habeant uxores, non sini sacra tractare et

v) „*Al. ἐξ αὐτοῦ*". — x) Cot. *ἀναθεμαθίζομεν.* — y) „*Al. ὑμᾶς*". — z) „*All. λαμβάνοντες*". — a) „*Al. ἐκφωνῶμεν*". — b) „*Al. συμβαίη*".

32) Hoc opprobrium barbariae et rusticitatis Latinis a Graecis saepe infertur, imprimis a Photio in encyclica epistola ad patriarchales Orientales.

κατὰ τὴν πρώτην τῶν ἁγίων νηστειῶν ἑβδομάδα, ὡς ἔγραψας, τῆς τοῦ κρέατος καὶ τυροῦ ποιούμενοι.

XV. *Τὸ γὰρ περὶ τῶν ἀζύμων ζήτημα ἤδη, ὡς οἶδεν ἡ ἁγιωσύνη σου ἐντυχοῦσα τῇ παρ' ἡμῶν ἐκπεμφθείσῃ* [c] *ἐπιστολῇ πρὸς τὸν ἀρχιερέα Βενετίας, ἱκανῶς ἐξήτασται παρ' ἡμῶν καὶ ὡς μὴ κατ' ἐκκλησιαστικὴν ἀκολουθίαν γινόμενον κατέστραπται καὶ ἀπεσκεύασται. εἰ μὴ τῷ κανονικῷ τούτῳ ῥητῷ ἐπερειδόμενοι, φάσκοντι· Ἔδοξε πᾶσι τοῖς ἀρχαίοις ἔθεσι χρήσασθαι· ἀρχαίαν εἶναι καὶ αὐτοὶ παρ' αὐτοῖς ἐροῦσι τὴν τῶν ἀζύμων παράδοσιν. Καὶ τὸ τὰ πνικτὰ δὲ τούτους ἐσθίειν· καὶ δύο ἀδελφοὺς δυσὶν ἀδελφαῖς σαρκικῶς προσπλέκεσθαι· οὐ κατ' ἐπιταγὴν οἶμαι καὶ σύνεσιν* [d] [33] *τοῦ πάπα, ἢ τῶν ἄλλων ἀρχιερέων πλημελεῖται· παρὰ δὲ τὴν τόλμαν τῶν ταῦτα ποιεῖν αἱρουμένων τοῦτο γίνεται, οἷα δὴ καὶ ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς Ῥωμαϊκῇ ἐπικρατείᾳ πολλὰ τῶν ἀθέσμων καὶ ἀποτροπαίων ἡμῶν ἀγνοούντων εἴωθε γίνεσθαι.*

XVI. *Περὶ γὰρ τοῦ ἀπέχεσθαι πνικτοῦ ἡ βίβλος τῶν ἀποστολικῶν πράξεων* [e] *διασαφεῖ, ἐν οἷς Ἰάκωβος ὁ ἀδελφόθεος φαίνεται λέγων* [34]*· Γνωστὰ ἀπ' αἰῶνός ἐστι τῷ θεῷ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ. διὸ ἐγὼ κρίνω μὴ παρενοχλεῖν τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἐπιστρέφουσιν ἐπὶ τὸν θεόν· ἀλλ' ἐπιστεῖλαι αὐτοῖς τοῦ ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων καὶ τῆς πορνείας καὶ τοῦ πνικτοῦ καὶ τοῦ αἵματος. καὶ οὐ πείθομαί ποτε, μὴ οὐχὶ καὶ τὸν πάπαν καὶ τοὺς λοιποὺς ἀρχιερεῖς ἐπίγνωσιν ἔχειν τῆς* [f] *τοιαύτης συγγραφῆς, καὶ διατάξεως τῶν ἄλλων γραφῶν ἀκριβῆ εἴδησιν ἔχοντας* [g] *ἵνα τί καὶ τοιοῦτον πλημμελούμενον παραθεωρῶσι καὶ καταδέχωνται, εὑρήσεις* [35] *δὲ κἂν τῇ πόλει*

hebdomada carnisprivii, sicut scripsisti, eodem modo atque in prima sanctorum jejuniorum hebdomade carne et caseo eos vesci.

XV. Nam quaestio de azymis, quemadmodum novit sanctitas tua, in cujus manus pervenit, quam ad Venetiarum pontificem misimus, responsionis epistola, jam sufficienter a nobis examinata est resque, tamquam quae secundum ecclesiae ordinem minime fiat, eversa est et confutata. Nisi canonico huic effato innixi: Visum est omnibus antiquis utendum esse consuetudinibus; antiquam apud se asserant esse azymorum traditionem. Jam vero quod illi suffocata comedant quodque duo fratres duabus sororibus matrimonio conjungantur, non ex mandato, opinor, et consensu papae aut aliorum pontificum delinquitur, sed hoc designatur per ausum eorum, qui ita facere volunt qualia multa nefaria et abominanda in nostro Romano imperio nobis ignorantibus solent perpetrari.

XVI. Nam abstinendum esse a suffocato liber actuum Apostolicorum aperte docet, ubi Jacobus, Dei frater, ita loquens inducitur: Nota a saeculo sunt Deo cuncta opera ejus. Propter quod ego judico non inquietari eos, qui ex gentibus convertuntur ad Deum, sed scribere ad eos, ut abstineant se a contaminationibus simulacrorum et fornicatione et suffocato et sanguine. Nec mihi persuadere ullatenus possum papam caeterosque pontifices notitiam non habere illius libri, unde constitutionum in aliis scriptis contentarum exactam qui habeant scientiam, cur ejusmodi delictum despicerent et admitterent? Invenies porro etiam in urbe et extra urbem multos

c) Cot. add. *ἀντιγράφῳ*. „*Decst in al.*". — d) „*All. συναίνεσιν*". — e) „*All. διατάξεων*". — f) Inde usque ad *γραφῶν* haec uncinis incl. Cot. — g) „*f. ἔχοντες*".

33) Rectius Allatius *συναίνεσιν*. Atque ego pariter *συναίνεσιν* malo apud Cyrillum t. 4. p. 460. B. quam *σύνεσιν*. ut *συναινούσῃ* quam *συναιρούσῃ*, in vita Bacchi martyris Combefisiana p. 97. COT.

34) Act. XV, 18. 19. 20.

35) Atque eo pertinent, quae Zonaras et Balsamon ad canonem Trullanum 67 notant COT.

καὶ τοῖς ἔξω, πολλοὺς τὸ ὕειον αἷμα ἐσθίοντας. καὶ μαρτυρεῖ τὰ ἐν ταῖς προβολαῖς τῶν καπήλων[h] *προτιθέμενα κωλέντερα μεστὰ ὄντα χοιρείου αἵματος.*

porcino vexi sanguine. Idque testantur botuli, qui ad cauponum seu tabernarum projecturas prostant quique pleni sunt sanguinis suilli.

XVII. *Καὶ ἴδε, τιμιώτατε δέσποτα, ὅπως τὰ πολλὰ τῶν παρὰ τοῖς ἡμετέροις πεπλημμελημένων περιφρονοῦντες, ἢ καὶ παραθεωροῦντες ἐμμελέστερον σπερμολογοῦμεν*[36] *καὶ πολυπραγμονοῦμεν τὰ ἀλλότρια. εἴπω δὲ καὶ τοῦτο; ἀλλὰ καὶ μὴ παροξυνθῇς. ἐν τῇ ἐναγεστάτῃ μονῇ τοῦ Στουδίου ζώννυνται οἱ διάκονοι πρᾶγμα ποιοῦντες ἐκκλησιαστικῇ παραδόσει ἀνακόλουθον. καὶ ὅρα, ὅπως πολλὰ κοπιάσας καὶ σπουδάσας τὴν τοιαύτην οὐκ ἠδυνήθης ἐκκόψαι μονολόγιστον συνήθειαν. καὶ εἰ τῶν ὑφ᾽ ἡμᾶς τελούντων περιγενέσθαι οὐ δυνάμεθα, πῶς τὸ σοβαρὸν ἐκεῖνο καὶ ὑψαύχενον*[37] *ἔθνος τῶν ἰδίων ἐθίμων ἐκστῆσαι δυνησόμεθα; ἀγαπητὸν γάρ, ὡς εἴρηται, εἰ τὸ θεῖον παρ᾽ αὐτοῖς ὀρθοτομεῖται καὶ κατὰ τὸν τῆς ἀληθείας λόγον ὁμοφρόνως ὑμνεῖται*[i] *καὶ δοξάζεται.*

XVII. Ac vide, honoratissime domine, quo modo plerisque eorum, quae a nostris peccantur, non attendentes aut etiam conviventes majori cura sermones vanos serimus et aliena curiose perscrutamur. Addamne hoc? Verum ne acerbe tuleris. In sanctissimo Studii monasterio diaconi cinguntur rem facientes ecclesiasticae traditioni minime consentaneam. Et considera, quomodo post multum laboris et studii non potueris hujusmodi exscindere singularem consuetudinem. Quodsi eorum, qui sub nobis degunt, superiores evadere nequimus, quo pacto illam gentem superbam altarumque cervicum poterimus a suis consuetudinibus revocare? Bene erit, ut dixi, si Deus apud eos recte praedicetur atque secundum veritatem laudetur et glorificetur communi nobiscum sententia.

XVIII. *Περὶ γὰρ τῆς ἐν τῷ ἁγίῳ συμβόλῳ προσθήκης καὶ τοῦ μὴ κοινωνεῖν αὐτοὺς τῶν ἁγιασμάτων ἀπὸ χειρὸς*[k] *γεγαμηκότος ἱερέως καλῶς καὶ θεοφιλῶς ἡ ἁγιωσύνη σου ἐνίσταται καὶ μὴ παύσαιτό ποτε περὶ τούτου ἐνισταμένη καὶ πείθουσα ἀπό τε τῶν ἁγίων γραφῶν καὶ τῶν ἀναγεγραμμένων*[l] *εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων, μέχρις ἂν αὐτοὺς ἕξεις συντιθεμένους τῇ ἀληθείᾳ καὶ*[m] *τὰ αὐτὰ ἡμῖν περὶ τῆς ἐκ*

XVIII. Nam de additamento ad sanctum symbolum quodque sacramentis non communicent de manu sacerdotis conjugio sociati, recte ac Deo grate insistet sanctitas tua nec umquam cesset de eo insistere ac suadere per sacras literas perque conscripta evangelica praeconia, donec eos adduxeris ad consentiendum veritati et ad existimandum nobiscum de divina Spiritus sancti processione

h) „*Al. καπηλίων*". — i) „*Al. ὑμνολογεῖται*". — k) om. Cot. „*Al. ἀπὸ χειρὸς*". — l) „*Al. ἄνω γεγραμμένων*". — m) Cot. *κατὰ αὐτὰ δὲ ἡμῖν.* „*All. καὶ τὰ αὐτὰ ἡμῖν. Al. καὶ τὰ αὐτὰ καὶ*".

36) *σπερμολόγος seminiverbius.* Vide lexica et grammaticos. In translatione S. Sebastiani et S. Gregorii in Suessionense monasterium, n. 36. *Longum valde ac cuiquam spermologo difficillimum est.* COT.

37) In Ecclesiastem Gregorius Nyssenus hom 7. p. 462. A. *ἵπποι γάρ εἰσί τινες ἀτεχνῶς ὑψαυχενισταὶ καὶ ὑψηλοκάρηνοι.* seu potius e ms. reg. 1797. *ὑψαύχενές τε καί.* COT.

38) *κατὰ* pro *καὶ τὰ* in marg. Idem mendum in Vita Iohannis Damasceni p. 263. edit. Romanae Graecae; et in Actis SS. Maii VI. n. 30. *εὐθὺς οὖν ἄπεισι κατὰ τῆς καθάρσεως ἐργαλεῖα ἐζητηκὼς καὶ λαβὼν πρόσεισι τῇ κέλλῃ, οὗ ἐκεῖ γειτονοῦντος τῷ γέροντι.* Tu mecum: *ἄπεισι καὶ τὰ τῆς καθάρσεως ἐργαλεῖα ἐκζητηκώς*, *Confestim itaque abit et conquisitis instrumentis ad repurgandas facces accommodatis iisque in manus assumptis, ad illius cellam, qui seni vicinus erat, accedit.* Et Cyrilli Alexandrini lib. 3. in Iohannem p. 284. E. *κατὰ μικρά*, vice *καὶ τὰ μικρά* p. 321. A. *κατὰ τὸ γεγραμμένον*, pro *καὶ τὸ γεγραμμένον.* At in Asterio De caeco a nativitate. Auctario I. Combefisiano c. 121. A. *οὐδὲν δὲ ζυγομαχεῖτε καὶ τῶν ἀρχαίων*, scribendum *κατὰ τῶν.* Apud Theodoritum vero Ad *βλέπετε τὴν κατατομήν.* Philipp. III. 2. *τὴν γὰρ περιτομὴν κηρύττοντες καὶ τέμνειν πειρῶνται*

τοῦ πατρὸς θείας ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος δοξάζοντας. τὰ δ' ἄλλα περιφρονητέα μοι εἶναι δοκεῖ τοῦ τῆς ἀληθείας λόγου μηδὲν ἐξ αὐτῶν καταβλαπτομένου. ὧν ἴσως καὶ τὰ πλείω τυγχάνει ψευδῆ. οὐ γὰρ προχείρως ὀφείλομεν ταῖς ματαίαις πείθεσθαι διαβολαῖς οὐδὲ ταῖς ἡμετέραις πάλιν ὑπονοίαις πιστεύειν καὶ τὰ καθεστῶτα καὶ καλῶς ἔχοντα κινεῖν.

XIX. *Κἀντεῦθεν καὶ λίαν ἐπάναγκες, ἁγιώτατε δέσποτα, πάπα προχειριζομένου, πάντα ταῦτα τὴν σὴν ἱεροπρεπῆ τελειότητα διὰ τιμίας γραφῆς πρὸς αὐτὸν ἀνατάξασθαι· οὕτως ἐν πᾶσι συνεργοῦντός σοι κυρίου καὶ τὴν εἰς τοῦτο χάριν τῇ σῇ παρεχομένου ἁγιότητι. ἴσως γὰρ καθὼς λέγει ὁ ἀπόστολος, ἡμῶν ἐν ἡμερότητι συναγόντων τοὺς τὰ διάφορα φρονοῦντας δώσει αὐτοῖς μετάνοιαν ὁ θεὸς πρὸς τὸ ἐπιγνῶναι τὴν ἀλήθειαν καὶ παύσονται τῆς πολλῆς αὐτῶν φιλονείκου ἐνστάσεως αἰχμαλωτισθέντων αὐτῶν εἰς τὸ αὐτοῦ θέλημα. τάχα δὲ καὶ ὁ πάπας ἀπολογήσεται μὴ εἶναι ἀληθῆ τὰ περὶ Ῥωμαίων φημιζόμενα ἢ καὶ πολλάκις παρ' ἐνίων πραττόμενα μὴ κατ' ἐκείνου γνώμην καὶ σύνεσιν ταῦτα γίνεσθαι.*

XX. *Τίς δὲ καὶ τοῦτο εὐπαράδεκτον ἡγήσεται; ὅτι Ῥωμαῖοι τὰς ἁγίας καὶ σεπτὰς εἰκόνας οὐ προσκυνοῦσιν*[39] *οὐδὲ τιμῶσι τὰ τῶν ἁγίων λείψανα καὶ ταῦτα κειμένων παρ' αὐτοῖς τῶν λειψάνων τῶν ἁγίων καὶ κορυφαίων, Πέτρου καὶ Παύλου, οἷς πλέον ἐγκαυχώμενοι φαίνονται καὶ μεγαλοφρόνως ἐναβρυνόμενοι ἢ πᾶσι τοῖς ἄλλοις Ῥωμαϊκοῖς διηγήμασι καὶ κατορθώμασιν, ὧν πᾶσα πλήρης συγγραφὴ καὶ ποίησις. τοῦ πάπα δὲ Ῥώμης Ἀδριανοῦ*

a Patre. Cetera vero mihi videntur esse aspernanda, cum veritatis doctrina nequaquam ex illis laedatur. Quorum fortasse etiam major pars falsa est. Neque enim facile aurem praebere debemus inanibus calumniis nec nostris rursus suspicionibus habere fidem ac movere, quae firma sunt recteque habent.

XIX. Unde necesse est, sanctissime domine, ut postquam papa electus fuerit, sacra tua perfectio cuncta haec illi exponat per venerandam epistolam ita Domino in cunctis adjuvante te gratiamque ad hoc sanctitati tuae largiente. Fortasse enim, quemadmodum ait Apostolus, nobis cum mansuetudine colligentibus eos, qui diversa sentiunt, dabit illis Deus poenitentiam ad agnoscendam veritatem desinentque a sua instantia plena contentionis instar captivorum perducti ad ejus voluntatem. Fortasse etiam papa excusans negabit vera esse, quae de Latinis fama dispersit, aut asseret haec saepe a nonnullis perpetrata non ex ejus sententia et animo fieri.

XX. Quis porro illud admittendum esse putabit? a Romanis sive Latinis sanctas venerandasque imagines non coli nec honorari sanctorum reliquias, praesertim cum apud eos conditae sint reliquiae sanctorum summorumque, Petri et Pauli, quibus magis efferre se conspiciuntur ac magnifice gloriari, quam cunctis aliis Romanis narrationibus et praeclare gestis, quorum plenae sunt omnes historiae, omnia poëmata. Praeterea cum Adrianus

τῆς ἐκκλησίας τὸ σῶμα. pari modo *κατατέμνειν* Macarii homil. 42. init. *καὶ τὸ μέγεθος* ex mss. regiis 339. 1682. *κατὰ τὸ μέγεθος.* In chronico Alex. p. 254. l. 2. *καὶ τὸ, κατὰ τὸ,* ut in epitome temporum apud Eusebium Scaligeri. Denique Cyrillus Alexandr. V. in Julianum p. 136. disserens de humanis affectibus Deo attributis ait, *εἰ δὲ δὴ λέγοιντο καὶ ἐπὶ θεοῦ τότε δὴ τότε, καὶ μάλα ἐμφρόνως παρεπόντως τε καὶ τῇ ἀῤῥήτῳ φύσει ἐοικότως συνιέντες ἡμεῖς καὶ ταῖς καθ' ἡμᾶς ἀσθενείαις ἀσεβῆ* (aut *ἀμιγῆ*, vel *ἀσινῆ*, seu potius *ἀστιβῆ*) *τηροῦντες αὐτὴν καὶ οὐδένα τρόπον δυσσεβήσομεν.* Ubi quoque legam, *κατ' οὐδένα.* *Quod si etiam de Deo dicantur, tunc sane tunc et valde sapienter atque ut ineffabilem naturam decet, intelligentes, nostrisque infirmitatibus inaccessam servantes eam nullo modo impie faciemus.* COT.

39) Lectorem hic amandamus ad saepe memoratum memorandumque magnum virum Leonem Allatium de utriusque ecclesiae perpetua consensione lib. 3. c. XII. n. 2. et cap. 15. n. 12 et sqq. COT.

τῆς ἑβδόμης ἡγησαμένου συνόδου[40] *μετὰ τῶν ἄλλων ἁγιωτάτων πατριαρχῶν*[n] *καὶ τὴν ἐπείσακτον καινοτομίαν τῶν Χριστιανοκατηγόρων Εἰκονομάχων αἱρετικῶν ἀναθεματίσαντος, πῶς μὴ τιμᾶσθαι παρὰ Ῥωμαίοις τὰς ἁγίας καὶ σεπτὰς εἰκόνας δώσει τις; καὶ μάλιστα πολλῶν ἐκ Ῥώμης εἰς Κωνσταντινούπολιν μετακομισθεισῶν ἁγίων εἰκόνων, πολὺ τὸ ἔκκριτον καὶ τὸ ἀκριβὲς ἐχουσῶν, ὧν εἰσὶν εἰκόνες τῆς πρωτοτύπου ἁγιότητος*[o]. *ὅπου γε καὶ ἐνταῦθα παρεπιδημοῦντας ὁρῶμεν Φράγγους καὶ*[p] *ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς πανσέπτοις ναοῖς εἰσερχομένους καὶ πᾶσαν τιμὴν καὶ προσκύνησιν ταῖς ἁγίαις εἰκόσιν ἀπονέμοντας.*

XXI. *Καὶ παρακαλῶ καὶ ἱκετεύω καὶ δέομαι καὶ νοερῶς τῶν σῶν ἁγίων ἐφάπτομαι ποδῶν, ἵνα τοῦ ἄγαν ἀκριβοῦς ἡ θεοειδὴς ἐνδοῦσα μακαριότης σου συνέλθῃ τοῖς πράγμασι. δέος γὰρ μήποτε ῥάψαι τὸ διεῤῥωγὸς βουλομένη χεῖρον*[q] *τὸ σχίσμα ποιήσῃ καὶ τὸ καταπεπτωκὸς ἀνορθῶσαι σπουδάζουσα μείζονα τὴν πτῶσιν ἐργάσηται. σκόπησον δὲ, εἰ μὴ φανερῶς ἐντεῦθεν ἤγουν ἐκ τῆς μακρᾶς ταύτης διαστάσεως καὶ διχονοίας καὶ*[r] *τοῦ τῆς καθ' ἡμᾶς ἁγίας ἐκκλησίας τὸν μέγαν τοῦτον καὶ*[s] *πρῶτον*[s] *καὶ ἀποστολικὸν θρόνον ἀποῤῥαγῆναι συνέβη πᾶσαν ἐν τῷ βίῳ κακίαν πληθυνθῆναι καὶ σύμπαντα κόσμον ἔχειν κακῶς καὶ ὅπως αἱ βασιλεῖαι πάσης*[t] *τῆς γῆς τεταραγμέναι εἰσὶ καὶ πανταχοῦ*[u] *θρῆνος, καὶ οὐαὶ*

Romanus papa septimae synodo praefuerit una cum aliis sanctissimis patriarchis et alienam novamque doctrinam haereticorum iconomachorum Christianos accusantium anathematizaverit, qua ratione non honorari per Latinos sacras colendasque imagines concedet quis? Maximeque multis sanctis imaginibus Roma Constantinopolim translatis, quae egregie et exacte respondent sanctitati primitivae eorum, quorum imagines sunt. Quandoquidem et hic vidimus Francos peregrinos in nostra omnino veneranda templa intrare omnemque honorem ac reverentiam sacris imaginibus impertiri.

XXI. Itaque rogo, supplico, obtestor et mente tuos sacros pedes amplector, ut de eo quod exactius est, remittens divina tua beatitudo rebus sese accomodet. Metuendum enim est, ne dum vult discissum sarcire, pejorem scissuram faciat dumque prolapsum erigere contendit, majorem efficiat casum. Considera etiam, num inde manifesto, ex diuturna hac, inquam, divisione ac dissentione, quod a sancta nostra ecclesia divulsa fuerit magna haec prima et Apostolica sedes contigerit, ut omnis in saeculo cresceret malitia, totus orbis male haberet, omnia terrarum regna turbarentur ubique obtineret luctus

n) Cot. *πατριάρχων*. — o) „*Al. ὁμοιότητος*". — p) „*Al. λυτοῖς*". — q) „*Al. μεῖζον*". — r) om. Cot. „*Al. καὶ τοῦ*". — s) om. Cot. „*Al. καὶ πρῶτον*". — t) „*Al. πᾶσαι*". — u) „*Al. πανταχόθεν*".

40) Obiter corrigi velim synodum Photianam in synodico Anglicano T. 2. p. 295. D. ita legendo, *ὁ οὖν ταύτην μὴ δεχόμενος καὶ ὀνομάζων οἰκουμενικὴν καὶ ζ'. σύνοδον καὶ τὰς ἄλλας, κἂν μὴ τολμᾷ λέγειν, ἀπογράφεται.* Id est, *Qui igitur illam non recipit et nominat oecumenicam et septimam synodum; etiam alias, etsi non audeat dicere, proscribit.* Postea in Allatio De synodo Photiana p. 153. reperi, *κἂν οὐ τολμᾷ λέγειν, παραγράφεται.* COT. Secunda synodus Nicaena (787) inter alia haec dixit: „*Ἔτι γε μὴν ἀσπαζόμεθα καὶ τὰ ἅγια λείψανα τῶν ἁγίων καὶ τὰς ἁγίας καὶ σεπτὰς εἰκόνας ἀποδεχόμεθα καὶ ἀσπαζόμεθα καὶ περιπτυσσόμεθα κατὰ τὴν ἀρχῆθεν παράδοσιν τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ καθολικῆς ἐκκλησίας, εἴτουν τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν τῶν ταύτας καὶ δεξαμένων καὶ κυρωσάντων εἶναι ἐν πάσαις ταῖς ἁγιωτάταις τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις καὶ ἐν παντὶ τόπῳ τῆς δεσποτείας αὐτοῦ.* Latine. Insuper salutamus et figuram pretiosae ac vivificae crucis et sancta lipsana sanctorum et sanctas et venerabiles iconas recipimus et salutamus atque amplectimur secundum antiquam traditionem sanctae catholicae Dei ecclesiae, id est, sanctorum patrum nostrorum, qui et has susceperunt et stabilierunt fore in cunctis Dei ecclesiis et in omni loco dominationis ejus.

πολὺ[41] καὶ λιμοὶ καὶ λοιμοὶ [καὶ][v] συνεχεῖς κατὰ χώραν καὶ πόλιν καὶ οὐδαμῇ οὐδαμῶς ὡς ἐπὶ[x] πάντα τὰ ἡμέτερα εὐοδοῦνται στρατόπεδα.

XXII. Ὡς ἔγωγε[z] τὴν ἐμὴν γνώμην φανηρῶ[a][42], εἰ τὴν ἐν τῷ ἁγίῳ συμβόλῳ προσθήκην διορθώσαιντο, οὐδὲν ἂν ἕτερον ἐπεζήτουν ἀδιάφορον καταλιπὼν σὺν τοῖς ἄλλοις καὶ τὸ περὶ τῶν ἀζύμων ζήτημα, εἰ καὶ φανερῶς ἔδειξα, δι' ὧν πρὸς τὸν ἐπίσκοπον Βενετίας ἀπέστειλα πρὸ τοῦ πάσχα γενέσθαι τὸ δεῖπνον[43], ἐν ᾧ ὁ σωτὴρ καὶ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τὸ τῆς θείας μυσταγωγίας τοῖς μαθηταῖς παρέδωκε μυστήριον, καθ' ὃν καιρὸν οὐκ ἦν νόμιμον ἄζυμον ἐσθίεσθαι. ὃ δὴ καὶ τὴν σὴν θεοειδῆ μακαριότητα συναινῶ καταδέξασθαι, ἵνα μὴ τὸ πᾶν ἐκζητήσαντες τὸ πᾶν ἀπολέσωμεν. ἀπόχρη[b] ταῦτα τὴν ἡμετέραν παραστῆσαι γνώμην, περὶ ὧν ἐδήλωσας καὶ τὴν σὴν πρὸς οἶκτον ἁγίαν κινῆσαι ψυχήν, εἰ καὶ μᾶλλον ὁ λόγος ἄττει[44] πρὸς ἄλλων πλειόνων θεωρημάτων καὶ κρυφιωτέρων[c] ὑποθέσεων ἀνάπτυξίν τε καὶ ἐξήγησιν.

XXIII. Ἀνέγνων δὲ καὶ τὰ ἴσα[d] τῶν γραμμάτων, ὧν πρὸς τὸν μακαριώτατον πάπαν ἀπέστειλας καὶ τὰ ἐκείνου πάλιν ἀντίγραφα, εἰ μὴ παρὰ τοῦ Ἀργυροῦ ταῦτα, ὡς[e] ἐδήλωσας[e], πέπλασται καὶ παραπεποίηται καὶ τῆς πολλῆς σε κατὰ θεὸν ἐμακάρισα ταπεινοφροσύνης

ac multum vae frequentesque in regionibus et urbibus fames ac pestes nec ullatenus ut plurimum nostri exercitus prospere ageret?

XXII. Ut equidem meam promam sententiam, si in adjectione symboli corrigantur, nihil praeterea postulaverim, nec non indifferentem relinquam cum ceteris etiam de azymis quaestionem, quamquam evidenter probavi per litteras, quas ad episcopum Venetiarum misi, ante pascha coenam contigisse, in qua salvator et Dominus noster Jesus Christus divinorum mysteriorum discipulis tradidit sacramentum, quo tempore non solebat in lege azymum comedi. Atque exhortor divinam tuam beatitudinem, ut hoc admittat, ne, dum omnia requirimus, omnia amittamus. Satis sint ista, cum ad exhibendam nostram de iis, quae significasti sententiam, tum ad movendum sanctum animum tuum in miserationem, licet adhuc sermo prorumpat ad plurium aliarum propositionum abstrusiorumque quaestionum declarationem et expositionem.

XXIII. Ceterum legi exemplar litterarum, quas misisti ad beatissimum papam atque ejus rescriptum, nisi ab Argyro (sicut indicasti) confictum adulteratumque est, beatumque te in Deo praedicavi ob tantam humilitatem ac mansuetudinem. Verum inseri

v) uncinis includimus. — x) „*Al.* ἐπίπαν". — z) Cot. ἐγώγε. — „*Al.* φανερώσω". — b) Cot. διὸ χρή. „*Al.* ἀπόχρη. — c) „*Al.* κρυφιωδεστέρων". — d) Cot. ἴσα. — e) om. Cot. „*Al.* inser. ὡς ἐδήλωσας".

41) Corrigo Cyrillum in Amos n. 59. T. 3. p. 315. D. οὐαὶ πάλιν ἀπὸ κακοῦ τοῖς κατεύδουσιν ἐπὶ κλινῶν ἐλεφαντίνων. et lego, ἀπὸ κοινοῦ. COT.

42) Hunc Petri Antiocheni locum respicit Nicetas Choniates prope finem thesauri orthodoxae fidei, apud Allatium dissertatione de perpetuo ecclesiae Occidentalis atque Orientalis tam in dogmate quam in ritibus consensu, p. 698. quae dissertatio in lucem emissa est una cum ejusdem viri doctissimi libro de purgatorio. COT.

43) Vide supra responsnm Petri ad Dominicum Gradensem.

44) Cyrillus Alexandrinus homilia paschali 16. initio, p. 210. E. εὐστιβῆ ὥσπερ διατάττοντες τρίβων, praestiterit διάττοντες, ut p. 219. D. 238. B. et saepe ubique. Apud eumdem Cyrillum Julianus imperator, p. 356. C. ἔθνει μὲν γὰρ Ἀβραὰμ ὥσπερ καὶ ἡμεῖς ἀεὶ καὶ συνεχῶς· ἐχρῆτο δὲ μαντικῇ τῇ τῶν διὰ τούτων ἀρίστῃ. An τῇ τῶν διαττόντων ἀρίστῃ. Nam p. 357. A. idem δεῖξαι τοὺς διάττοντας αὐτῷ βουλόμενος et in responsione Cyrilli p. 257. 358. τοὺς τῶν ἀστέρων διάττοντας. τοὺς διάττοντας. Forte etiam in Theophrasto Aeneae Gazaei t. 2. bibliothecae patrum Graeco-Latino p. 381. C. legi debeat, τοὺς ἐπὶ σκηνῆς διάττοντας, non διάταττοντας.

καὶ πρᾳότητος[f]. *πλὴν ἀνατετάχθαι*[g] *τούτοις ἔδει, ἐπεὶ περὶ ἑνώσεως καὶ ὁμονοίας ἀνατέτακτο καὶ τὰ τῆς διαστάσεως αἴτια, ἵνα τούτων διαφωτιζομένων ἐντελῆ δόξῃ τὰ γράμματα. διεπορθμεύθησαν δὲ καὶ τὰ πρὸς τοὺς ἱερεῖς καὶ θεοφόρους ἀδελφοὺς καὶ συλλειτουργοὺς ἡμῶν τόν τε Ἀλεξανδρείας καὶ τὸν Ἱεροσολυμίτην ἐκπεμφθέντα ἱερὰ γράμματα τῆς ἁγιωσύνης σου. οὐ διαλαμβάνει δὲ τὰ πρὸς τὸν Βενετίας ἐμὰ ἀντίγραφα δηλωθῆναί μοι*[h] *γράμματα παρ' αὐτοῦ πεμφθῆναι πρὸς τὴν σὴν μακαριότητα, καθὼς καὶ τοῦτο τῇ γραφῇ σου προσέκειτο*[45]. *καὶ διὰ τοῦτο δωρεάν μοι φαίνῃ λυπούμενος κατὰ τοῦ ἀνδρὸς μηδὲν τοιοῦτον γράψαντος.*

XXIV. *Ἀπέστειλα καὶ τὸ ἴσον*[i] *τῆς πρὸς ἐμὲ σταλείσης ἀντιγραφῆς τοῦ μακαρίτου πάπα Ῥωμαϊκοῖς ἐνσεσημασμένον γράμμασιν. οὐ γὰρ ἠδυνήθημεν τινὰ εὑρεῖν δυνάμενον πρὸς ἀκρίβειαν εἰς τὴν Ἑλλάδα ταύτην μεταμεῖψαι φωνήν. καὶ διὰ ταῦτα τὸν ταύτην διακομίσαντα Φράγγον ἔμπειρον ὄντα γραμμάτων Ῥωμαϊκῶν ἔπεισα ταύτην μεταγράψαι. Σὸν οὖν ἐστὶ τοῦ λοιποῦ ταύτην ἀσφαλῶς διερμηνεῦσαι καὶ γνωθῆναι τέλεον ἐξ αὐτῆς, ἃ καὶ πρὸς ἡμᾶς ὁ δηλωθεὶς πάπας ἡμετέραν συστατικὴν δεξάμενος γραφὴν ἀντέγραψεν.*

XXV. *Ἀλλ' εἴη μὲν ταῦτα ἐν τούτοις. ὁ δὲ θεὸς τῆς εἰρήνης, καλὸν γὰρ ἐκ τῆς γραφῆς*[46] *ἀποδοθῆναι τὸν τῆς ἐμῆς ἐπίλογον γραφῆς ὁ εὐαγγελισάμενος*[47] *εἰρήνην τοῖς ἐγγὺς καὶ τοῖς μακρὰν, τοῖς τε ὑπὸ νόμον καὶ τοῖς ἔξω νόμου, ὁ τῆς ἀγάπης πατὴρ, ἡ ἀγάπη. ταῦτα γὰρ πρὸ τῶν ἄλλων χαίρει καλούμενος, ἵνα νομοθετήσῃ κἂν τοῖς ὀνόμασι τὸ φιλάδελφον παρακαλῶν παρακαλέσαι τὴν σὴν ἡγιασμένην ψυχήν. καὶ πεῖσαι, μετριώτερόν τε καὶ συγκαταβατικώτερον συνελθεῖν σε τοῖς πράγμασι, καὶ μᾶλλον, οὗ μή ἐστι θεὸς, ὡς ἔφθην εἰπὼν, τὸ περιφρονούμενον.*

debuerant discidii causae, quandoquidem de unitate et concordia scribebatur, ut iis elucidatis perfectae viderentur litterae. Transmissae quoque sunt sacrae epistolae sanctitatis tuae, quas ad sacerdotes ac deiferos fratres comministrosque nostros, Alexandrinum et Hierosolymitanum, misisti. Non continebat autem responsio mea ad Venetum significatum esse mihi ab illo litteras eum misisse ad beatitudinem tuam, sicut fert epistola tua. Quocirca mihi videris sine causa conqueri de homine, qui nihil ejusmodi scripsit.

XXIV. Misi pariter exemplum epistolae, quam ad me rescripsit beatae memoriae papa, Latinis litteris expressum. Non enim potuimus invenire quempiam, qui accurate epistolam in linguam Graecam transferret. Propterea Franco, qui eam attulit, cum Latinas litteras calleret, persuasi, ut transcriberet. Tuum jam est eamdem fideliter interpretari, quo plene cognoscatur, quaenam ad nos papa, quem commemoravi, acceptis litteris nostris commendaticiis, rescripserit.

XXV. Haec hucusque. Deus autem pacis, decet enim ex sacris litteris exprimi scripti mei epilogum, qui evangelizavit pacem iis, qui prope et iis, qui longe fuerunt, iis, qui sub lege atque iis, qui extra legem, pater caritatis, caritas; hisce enim prae caeteris gaudet appellari, ut vel per nomina fraternum amorem sanciat, excitans excitet sanctificatam animam tuam ac persuadeat, ut majori cum moderatione et condescensu ad res accedas, praesertim, ubi in Deum, sicut jam dixi, non cadit contemptus.

f) „*Al. μετριότητος*". — g) „*Al. ἐντετάχθαι*. — h) „*Al.* inser. *παρ' ἐκείνου*". — i) Cot. *ἴσον*.

45) Qui locus pertinere videtur ad cap. XI. epistolae prioris Michaëlis Cerularii ad Petrum Antiochenum.

46) Rom. XV, 33. COT.

47) Ephes. II, 17. COT.

XVI.
DOMINICI PATRIARCHAE VENETI
EPISTOLA AD PETRUM ANTIOCHENSEM.

Γράμμα Δομινίκου πατριάρχου Βενετίας πρὸς τὸν Ἀντιοχείας πατριάρχην[a][1].

Τῷ τῆς ὑψηλοτάτης ἁγίας καθέδρας τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας προεδρεύοντι, ὑπερόχῳ πατριάρχῃ, μεγάλῳ καὶ ἀποστολικῷ ἀνδρὶ, Δομίνικος χάριτι θεοῦ τῆς Γραδένσης[b] *καὶ Ἀκυλίας ἐκκλησίας πατριάρχης*[2].

Ἁπάσης ἐφέσεως καὶ εὐλαβείας εὐχῇ[c] *μετὰ προσχήματος πιστοτάτης λατρείας τὴν σὴν ἁγιότητα*[d] *αἰδεῖσθαι καὶ σεβάζεσθαι τῇ τῆς ὑμετέρας*[e] *ἐκκλησίας*[f] *εὐλαβείᾳ καὶ φιλίᾳ παραινούμεθα*[3], *ἥτις τῆς ἡμετέρας μητρὸς Ῥω-*

Epistola Dominici patriarchae Venetiarum, ad Antiochiae patriarcham.

Exclesissimae sanctae sedis ecclesiae Antiochensium praesidi, eminenti patriarchae, magno et Apostolico viro, Dominicus Dei gratia Gradensis et Aquilejensis ecclesiae patriarcha.

I. Admonet nos, ut omnis desiderii ac reverentiae voto cum proposito fidelissimi obsequii tuam sanctitatem revereamur et colamus reverentia et amicitia vestrae ecclesiae, quae nostrae matris Romanae ecclesiae soror

a) Inscriptio: *Δομινίκου πατριάρχου Γραδένσης καὶ Ἀκυληΐας ἐπιστολὴ πρὸς τὸν Ἀντιοχείας πατριάρχην περὶ τοῦ ἀζύμου ἄρτου.* Cod. reg. Scorialensis. — b) Cot. *Γρανδέοης.* „*Al. Γραδένσης*". — c) Cot. *εὐχήν.* „*f. εὐχῇ*". — d) e nostra conjectura adjecimus; om. Cot. — e) „*f. ἡμετέρας*". Perperam; vide explicationem hujus loci in annot. — f) e nostra conjectura adjecimus; om. Cot.

1) Manifestum est hanc epistolam initio totius discidii, non autem ad tollendum schisma, ut nonnulli opinati sunt, scriptam esse. Hoc ex eo colligi potest, quod una tantum a Graecis factarum criminationum, de azymis, leviter commemoratur et studium quoque avertendi imminentis schismatis proditur.

Eo maxime tendit epistola, ut a schismate quod a patriarcha Constantinopolitano imminebat, reliqui Orientis patriarchae prohibeantur.

In repetenda hac epistola sequimur *Ioannem Baptistam Cotelerium*, qui eam ex codice regio 1605 descripsit et in *Ecclesiae Graecae Monumentorum* tom. II. evulgavit. Ejusdem interpretationem Latinam refictam et annotationes, quas insignivimus compendio, ut in tribus antecedentibus epistolis, *Cot.* adjecimus.

2) Dominici Gradensis epistolam et Petri Antiocheni responsum vidit in ms. regio magnus antiquitatis ecclesiasticae indagator Petrus de Marca egitque de iis in dissertatione de primatibus num. 21, 26. Fuerunt autem Petrus et Dominicus viri celebres saeculo XI. medio. Ac de patriarchatu Gradensi seu Aquilejensi et Veneto multi fuse disseruerunt nosque diligentia sua ab onere notam hic conficiendi levavere. Unde superest, ut inspiciamus titulum epistolae Dominici. Is codice regio Scorialensi ita concipitur: *Δομινίκου πατριάρχου Γραδένσης καὶ Ἀκυληΐας ἐπιστολὴ πρὸς τὸν Ἀντιοχείας πατριάρχην, περὶ τοῦ ἀζύμου ἄρτου.* Sed forte legendum *Γραδένσις. Dominici patriarchae Gradensis.* Nostra lectio *τῆς Γρανδέοης* videtur orta ex imperitia Graeculi scriptoris, qui putavit nomen esse substantivum ideoque adjecit articulum. Scribi ergo debet *χάριτι θεοῦ Γραδένσις καὶ Ἀκυλίας ἐκκλησίας πατριάρχης*, nisi si relatum adjectivum *Gradensis* ad nomen *ecclesia* Graece conversum est in *ἡ Γραδένση.* Sicque retinebitur *τῆς Γραδένσης.* Aut *Γρανδένσης*, si quidem in notitiis antiquis Gradensis et Grandensis exaratum invenitur. COT. Quod supra Cotelerius conjecit *Γραδένσις*, veremur, ne prorsus ineptum sit; quare alteram ejus conjecturam secuti *Γραδένσης* ex cod. reg. Scorialensi rescripsimus.

3) Locum hunc adjectis duobus vocabulis *ἁγιότητα* et *ἐκκλησίας*, ut in annot. crit. significatum est, recte restituisse nobis videmur. Cotelerius, qui et ipse *ἐκκλησίας* sed altero loco, adiici vult, locum sic vertit: *Admo-*

μαϊκῆς ἐκκλησίας ἀδελφὴ γνωρίζεται καὶ ταῖς τοῦ θεμελιωτοῦ αὐτῆς ἀριστείαις, τοῦ τῶν ἀποστόλων δηλαδὴ κορυφαίου Πέτρου, μετὰ τὴν δευτέραν κηρύττεται. Τούτων τοίνυν ὑφεξαιρηθέντων ἡ φήμη τῆς θρησκείας σου πίστει καὶ ἐργασίᾳ πλῆρες ἑαυτὴν πανταχοῦ διαβοωμένη βιάζεται ἡμᾶς χθαμαλήν σοι εὐλαβείαν ἀποδοῦναι καὶ ἀνὰ τὴν ὁδὸν τοῦ κυρίου σοι[g] βαδίζοντι τοῖς ἴχνεσιν ἐπακολουθεῖν.

esse cognoscitur atque fundatoris sui meritis, Petri fidelicet Apostolorum principis, post secundam praedicatur. His igitur omissis fama pietatis tuae fidei ac operis plene se ubique proclamans cogit nos humilem tibi reverentiam reddere necnon te per viam Domini incedente vestigia tua sequi.

II. *Ἡμεῖς οὖν ἐν τῇ ἀρκτῴᾳ ζώνῃ ἐπὶ μηκεστάτοις γῆς καὶ θαλάττης διαστήμασι διῃρημένοι, νοῦ δ' ὅμως ἔρωτι συνεζευγμένοι[h] τῇ τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης γνώσει ἐγκεκολληθῆναι[i] ὀρεγόμενοι ἀμοιβαδοῦς στοργῆς ἡμῖν ἀναμοιρίαν ἀντισταθμοῦντι. διὸ δὴ μηνύομεν τὴν ἡμετέραν ἐκκλησίαν τῷ τοῦ μακαρίου Μάρκου τοῦ εὐαγγελιστοῦ κηρύγματι εἰληφέναι τὴν ἀρχαιογονίαν[4] καὶ τοῦ μακαρίου Πέτρου καθιστῶντος τὴν τιμὴν τοῦ πατριαρχικοῦ ὀνόματος ἐντὸς Ἰταλίας καταμόνας ἐσχηκέναι καὶ ἐν τῇ Ῥωμαϊκῇ συνόδῳ συνεδρείαν τοῦ οἰκουμενικοῦ πάπα δεξιὰν ἠξιῶσθαι. Οὗ δὴ πράγματος τὴν τάξιν ὑμῖν πληρέστερον εἰς τὸ μέλλον ὑποδείξομεν, ὁπηνίκα ἐξ ἀμοιβαίας χρήσεως ἀντιγραφῆς μάλιστα περὶ[k] τῶν εἰς τὴν πίστιν ἀνηκόντων εἰς ἀλλήλους σαφηνίσομεν. Ἀρτίως μόνον τῆς ὑμετέρας καλοκἀγαθίας ἐρώμενοι πρὸς μόνην τὴν ὑμετέραν γνῶσιν ἀφικέσθαι σπεύδομεν ἀγάπην τελείαν μεταξὺ ἡμῶν θεμελιωσόμενοι, ἐφ' ἣν μετέπειτα τὰ τοῦ θεοῦ ὑψηλότερον οἰκοδομήσομεν[5].*

II. Nos ergo in septentrionali zona longissimis terrae marisque intervallis divisi, animi tamen amore conjuncti vestrae sanctitatis notitiae agglutinari cupimus mutui amoris nobis participationem rependenti. Quapropter indicamus, nostram ecclesiam a beati Marci euangelistae praeconio sumpsisse originem item beato Petro constituente honorem patriarchici nominis intra Italiam dumtaxat habuisse et in Romano conventu consessionem oecumenici papae dextram obtinuisse. Cujus quidem rei ordinem vobis plenius futuro tempore ostendemus, postquam ex mutuo rescripti usu de iis, quae ad fidem pertinent alter alteri declaraverimus. Modo tantum vestrae probitatis amore capti ut ad solam notitiam vestram perveniat festinamus caritatem perfectam inter nos fundaturi, supra quam in posterum, quae Dei sunt, excelsius aedificabimus.

g) Cot. *σου* „*An. σοι*". — h) Cot. *συνεξευγμένοι*. — i) fortasse *ἐγκολληθῆναι*. — k) om. Cot. „*f deest περὶ*".

nemus omnis desiderio et reverentiae voto cum proposito fidelissimi obsequii nostrae reverentia et amicitia honorari et coli ecclesiam tuam, quae" cett. Sententia igitur haec est: Ut te colamus, admonemur reverentia et amicitia tuae ecclesiae, quae nostrae matris, Romanae eccl. soror est. Unde apparet, vs. 11. p. 205. *ἡμετέρας* perperam conjectum esse a Cotelerio, quum ecclesia Antiochena (*ἡ ὑμετέρα ἐκκλησία*) soror sit Romanae, Aquilejensis autem ejus filia; verba autem *ἥτις τῆς ἡμετέρας μητρὸς* cett. necessario ad antecedens *τῆς ὑμετέρας* [*ἐκκλησίας*] referenda sint.

4) Hesychius Hierosolym. de laudibus Mariae, statim post initium: *τίς ἴδε* [*εἶδε*;], *τίς ἤκουσεν ἐξ ἀρογονίας τὸ πρότερον ἄρουραν ἀγεώργητον ἐξανθήσασαν ἄσταχυν*; An *ἀρχογονίας* pro *ἀρχαιογονίας*. *Quis vidit, quis audivit ab antiquitate, quod antea ager incultus produxerit spicam?* COT.

5) Post Philonem in fragmentis p. 1199. A. lin. 2. de septem mundi miraculis: *ἀφ' ὧν οὐδὲν ὄφελος ἐγένετο τοῖς οἰκοδομήμασιν πλὴν μικρᾶς δόξης.* legendum, *οἰκοδομήσασιν*. *Ex quibus nullum emolumentum provenit conditoribus praeter parvam gloriam.* Est scholium Nicetae Serrensis ad orationem 20. Gregorii Nazianzeni. homil. 19.

III. Τοῦτο δ' ὅμως τῇ ὑμετέρᾳ πατρότητι σιωπῆσαι οὐ δυνάμεθα, ὅπερ παρὰ τοῦ τῆς Κωνσταντινουπόλεως κλήρου τὴν ἁγίαν Ῥωμαϊκὴν ἐκκλησίαν ὀνειδίζεσθαι ἀκηκόαμεν. Ψέγουσι τοίνυν τὰ ἱερώτατα ἄζυμα, ἅτινα ἐν τῷ σώματι τοῦ Χριστοῦ ἁγιάζομεν καὶ μεταλαμβάνομεν, κἀν τούτῳ ἡμᾶς ἀτελεῖς τοῦ αὐτοῦ σώματος κατασκευάζουσι[l] καὶ ἀπὸ τῆς ἑνότητος τῆς ἐκκλησίας κρίνουσιν ἀφωρισμένους· ὅτιπερ ἄνευ μίξεως ζύμης τὴν εὐχαριστίαν θύομεν. Ὅπου ἡμεῖς τὴν ἑνότητα τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας φυλάξαι χωρὶς οἱουδηποτοῦν σχίσματος[m] ἐπιθυμοῦντες, ἐς τὰ μάλιστα τὴν τῶν ἀζύμων συνήθειαν, οὐ μόνον τῇ ἀποστολικῇ, ἀλλὰ μὴν καὶ αὐτῇ δὴ τοῦ κυρίου κατέχομεν παραδόσει. Ὅμως ἐπεὶ ἡ τοῦ ἐνζύμου ἄρτου ἱερὰ φύρασις παρὰ τῶν ἁγιωτάτων καὶ ὀρθοδόξων πατέρων τῶν ἀνατολικῶν ἐκκλησιῶν ληφθεῖσα πιστεύεται καὶ νομίμως σχεθεῖσα ἑκατέραν συνήθειαν[6] πιστῶς συνιῶμεν καὶ συνέσει πνευματικῇ ὑγιῶς διαβεβαιῶμεν. Ἡ γὰρ τῆς ζύμης καὶ τῆς ἀλεύρου φύρασις, ᾗ αἱ τῆς ἀνατολῆς χρῶνται ἐκκλησίαι, τὴν τοῦ σαρκωθέντος λόγου ἐμφαίνουσιν οὐσίαν·[7] καὶ τὸ ἁπλοῦν φύραμα τῶν ἀζύμων, ὅπερ ἡ τῶν Ῥωμαίων κρατεῖ ἐκκλησία, τὴν καθαρότητα τῆς ἀνθρωπίνης σαρκός, ἣν ἡ θεότης αὐτῇ ἑνῶσαι ηὐδόκησεν, ἀναντιῤῥήτως παρίστησιν.

III. Attamen hoc paternitati vestrae tacere non possumus nos a clero Constantinopolitano sanctam Romanam ecclesiam vituperari audivisse. Reprehendunt igitur sacratissima azyma, quae in corpore Christi sanctificamus et sumimus atque in hoc nos expertes illius corporis adstruunt et ab unitate ecclesiae judicant separatos, quod nimirum sine mistione fermenti eucharistiam sacrificemus. Ubi nos unitatem catholicae ecclesiae servare sine quolibet schismate cupientes maxime azymorum consuetudinem non solum Apostolica, sed etiam ipsamet Domini retinemus traditione. Tamen quia fermentati panis sacra commistio a sanctissimis orthodoxisque patribus Orientalium ecclesiarum accepta creditur ac ligitime tenta, utramque consuetudinem fideliter intelligamus, intellectuque spirituali salubriter confirmemus. Nam fermenti et farinae commistio, qua Orientis utuntur ecclesiae, incarnati Verbi declarat substantiam, simplex vero massa azymorum, quam Romana tenet ecclesia, puritatem humanae carnis, quam placuit divinitati sibi unire, citra controversiam repraesentat.

IV. Ἐπιτιμητέοι τοίνυν παρὰ τῆς ὑμετέρας πατρότητος οἱ οὕτως ἀναιδῶς τοῖς ἱεροῖς καὶ ἀποστολικοῖς θεσπίσμασι ἀντιλέγοντες καὶ ἐν ὅσῳ οἰκοδομεῖν διανοοῦνται, οὐ μόνον τὰ οἰκοδομημένα[n] καθαίρουσιν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ

IV. Itaque redargui debent a vestra paternitate, qui adeo impudenter sacris Apostolicisque sanctionibus contradicunt et in quo aedificare arbitrantur, non solum aedificata destruunt, sed et fundamentum

l) Cot. κασκευάζουσι. — m) Cot. σχήματος „f. σχίσματος". — n) fortasse ᾠκοδομημένα.

Basilii Seleuciensis, ubi de Abrahamo, *προεώρα θεὸν οἰκονομοῦντα, προεώρα θεὸν ἐκ τῆς αὐτῆς φύσεως τὸν οἰκονομίας ναὸν οἰκονομοῦντα*, vel forte *οἰκοδομοῦντα*. COT.

6) Si quem forte remorentur verba Ratramni lib. 4. contra Gracorum opposita cap. 2. p. 111. *Rogo, quae sit ista sapientia vel sacra zelus religionis, ut circa Romanos non patiantur imperatores Graecorum, quod in toto sustinet orbe universalis ecclesia et velint a sua consuetudine nec Romanos nec Occidentales discrepare, quandoquidem Orientales multimoda separentur varietate. Haec ipsa Constantinopolis unius consuetudinis est more contenta.* sciat is facili emendatione scribendum esse: *varietate; nec ipsa.* COT.

7) Unam Verbi incarnati naturam, substantiam, essentiam, personam; duabus naturis, divina et humana, constantem.

θεμέλιον διορύττουσι. Μάτην γὰρ οἱ μακαριώτατοι Πέτρος καὶ Παῦλος τὴν Ἰταλίαν ἐκήρυξαν, εἰ πᾶσα ἡ δυτικὴ ἐκκλησία ἀπὸ τῆς εὐδαιμονίας τῆς ἀϊδίου ζωῆς ὑστερεῖται, πρὸς ἣν οὐδεὶς ἀφικνεῖται, ἐὰν μὴ μέτοχος γένηται τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ, καθὼς αὐτὸς διεμαρτύρατο· [8] *Ἐὰν μὴ ἐσθίητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ πίνητε, οὐχ ἕξετε ζωὴν ἐν ὑμῖν. Εἰ οὖν ἡ τοῦ ἀζύμου ἄρτου προσφορὰ σῶμα Χριστοῦ οὐ τυγχάνει, ἡμεῖς ἅπαντες ἀλλότριοί ἐσμεν τῆς ζωῆς. Τούτων τοίνυν παρὰ τῆς ἁγιότητος ὑμῶν συντόμως νοουμένων κατὰ τῆς ἡμετέρας στοργῆς σήμαντρα ἐξαιτοῦμεν καὶ τὰ τῆς ὑμετέρας γνώμης διδάγματα ἡμῖν ἀντιγράφεσθαι.*

ipsum effodiunt. Frustra quippe beatissimi Petrus et Paulus in Italia praedicarunt, si Occidentalis ecclesia beatitudine sempiternae vitae privatur, ad quam nemo perveniet, nisi particeps fuerit corporis et sanguinis Christi, sicut ipse contestatus est: Nisi comederitis carnem filii hominis et sanguinem ejus biberitis, non habebitis vitam in vobis. Si ergo infermentati panis oblatio corpus Christi non est, omnes nos alieni sumus a vita. Proinde his a sanctitate tua breviter intellectis juxta nostri amoris signa postulamus, ut vestri quoque animi documenta nobis rescribantur.

XVII.

PETRI PATRIARCHAE ANTIOCHENI

EPISTOLA AD DOMINICUM GRADENSEM.

Τῷ σεβασμίῳ ἰσαγγέλῳ δεσπότῃ καὶ πνευματικῷ ἡμῶν ἀδελφῷ, τῷ ἁγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Γραδένσης ἤτοι Ἀκυλίας, Πέτρος ἐλέῳ θεοῦ πατριάρχης Θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας [a] [1].

Venerando coangelico domino et spirituali nostro fratri, sanctissimo archiepiscopo Gradensi seu Aquilejae, Petrus misericordia Dei patriarcha Theopolis magnae Antiochiae.

Πολλῆς ἡμῖν εὐφροσύνης καὶ μεγάλης πνευματικῆς ἀγαλλιάσεως αἴτια τὰ σὰ καθέστηκεν

I. Multa nos laetitia ingentique gaudio spiritus affecerunt sacrae litterae tuae, sacra-

a) Inscriptio: *Τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Θεουπόλεως Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης πρὸς τὸν ἐπίσκοπον Βενετίας ἤτοι Ἀκυλίας.* A. — *Τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Ἀντιοχείας ἀντιγραφὴ πρὸς τὸν ἁγιώτατον ἀρχιεπίσκοπον Γρανδέσης* [*Γρανδῶν* G] *ἤτοι Ἀκυλήϊας περὶ τοῦ μὴ εἶναι δεκτόν, ὡς μηδὲ ἀκουσθέν ποτε τὸ ὀνομάζεσθαι πατριάρχην τὸν τοιοῦτον ἀρχιεπίσκοπον περὶ τῶν ἀζύμων.* G. — *Ἐπιστολὴ Πέτρου Ἀντιοχείας. Τῷ σεβασμιωτάτῳ δεσπότῃ ἰσαγγέλῳ καὶ πνευματικῷ ἀδελφῷ τῆς ἁγιωτάτης ἐπισκοπῆς Βενδέσης Ἐπιλιγγέσης Πέτρος* cett. E. — *Τῷ σεβασμιωτάτῳ ἰσαγγέλῳ δεσπότῃ καὶ πνευματικῷ ἀδελφῷ τῷ ἁγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Βραδίσης Ἀπηγγένσης Πέτρος* cett. F. — *Ἐπιστολὴ ἀντίγραφος Πέτρου πατριάρχου Θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας πρὸς τὸν ἀρχιεπίσκοπον Ἀκυλίας ἤτοι Βενετίας περί τε τοῦ μὴ ἑαυτὸν οἴεσθαι πατριάρχην καὶ περὶ ἀζύμων. Τῷ θεοφιλεστάτῳ, ἰσαγγέλῳ δεσπότῃ μου καὶ πνευματικῷ ἡμῶν*

8) Ioann. VI, 53. COT.

1) Extat manu scripta epistola haec in multis bibliothecis atque ea propter a doctis viris pluribus lecta est et citata saepe: integra vero Graece, quod sciam, nondum edita fuit. Damus e MSS. regiis octo interdum inter

ἱερὰ γράμματα, ἱερώτατε καὶ θεοφιλέστατε[2] *πνευματικὲ ἀδελφὲ καὶ τίμιε*[3] *δέσποτα. Ἐχάρημεν γὰρ οὐ μικρῶς*[b] *τῷ ὄντι τὸ εἰλικρινὲς ἐξ αὐτοῦ καταμαθόντες τῆς ἐν Χριστῷ ἀγάπης σου καὶ τὸ ὀρθόδοξον φρόνημα τῆς θεοφιλίας*

tissime ac Deo carissime spiritualis frater et venerande domine. Revera quippe non mediocriter exsultavimus ex ipsis deprehentes sinceritatem tuae in Christo dilectionis orthodoxamque sententiam tui erga Deum amoris,

ἀδελφῷ τῷ ἀρχιεπισκόπῳ Βραδένοις Πέτρος ἐλέου θεοῦ πατριάρχης Θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας χαίρειν. H. — *Τῷ σεβασμιωτάτῳ ἰσαγγέλῳ δεσπότῃ καὶ πνευματικῷ ἡμῶν ἀδελφῷ ἐπισκόπῳ Βραδένσης Ἀπηλεγένσης Πέτρος ἐλέου θεοῦ πατριάρχης Θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας.* Cod. caes. 247. ap. Lambecc. — *Γρανδέσης* Cot. Vide ann. Cotelerii. —
b) „*Al. μικρὸν*".

se admodum diversis. Et codex quidem 912 titulum praefert: *τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Ἀντιοχείας ἀντιγραφὴ πρὸς τὸν ἁγιώτατον ἀρχιεπίσκοπον Γρανδέσης, ἤτοι Ἀκυληΐας, περὶ τοῦ μὴ εἶναι δεκτὸν, ὡς μὴ δὲ ἀκουσθὲν ποτε, τὸν ὀνομάζεσθαι πατριάρχην τὸν τοιοῦτον ἀρχιεπίσκοπον, καὶ περὶ τῶν ἀζύμων. Πολλῆς* etc. Hoc est, ut legitur in catalogo bibliothecae Monachiensis: *Patriarchae Antiocheni responsio ad archiepiscopum Gradensem vel Aquilejae. Non esse tolerandum nec prius auditum archiepiscopum loci illius vocari patriarcham; et de azymis.* Nec differt inscriptio in exemplari 2473 nisi quod *Γρανδῶν* habet. In MS. autem numerato 696 legitur: *τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Θεουπόλεως Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης πρὸς τὸν ἐπίσκοπον Βενετίας ἤτοι Ἀκυλίας.* Id est: *Sanctissimi patriarchae Theopoleos Antiochiae magnae ad episcopum Venetiarum seu Aquilejae.* Codice autem 2622, qui valde interpolatus est. *Ἐπιστολὴ ἀντίγραφος Πέτρου πατριάρχου Θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας πρὸς τὸν Ἀρχιεπίσκοπον Ἀκυλίας, ἤτοι Βενετίας, περί τε τοῦ μὴ ἑαυτὸν οἴεσθαι πατριάρχην καὶ περὶ Ἀζύμων. Τῷ θεοφιλεστάτῳ, ἰσαγγέλῳ δεσπότῃ μου καὶ πνευματικῷ ἡμῶν ἀδελφῷ, τῷ ἀρχιεπισκόπῳ Βραδένσις* (pro *Γραδένσης*), *Πέτρος ἐλέῳ θεοῦ πατριάρχης Θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας, χαίρειν. Epistola responsoria Petri patriarchae Theopolis magnae Antiochiae ad archiepiscopum Aquilejae seu Venetiarum; tum ne ipsum se existimet esse patriarcham, tum de azymis. Religiosissimo coangelico domino meo et spirituali nostro fratri, archiepiscopo Gradensi, Petrus misericordia dei patriarcha Theopoleos magnae Antiochiae salutem.* MS. 1652. *Ἐπιστολὴ Πέτρου Ἀντιοχείας. Τῷ σεβασμιωτάτῳ δεσπότῃ ἰσαγγέλῳ καὶ πνευματικῷ ἀδελφῷ τῆς ἁγιωτάτης ἐπισκοπῆς Βενδέσης Ἐπιλιγγίσης, Πέτρος* etc. Denique 1996. *Τῷ σεβασμιωτάτῳ ἰσαγγέλῳ δεσπότῃ καὶ πνευματικῷ ἀδελφῷ τῷ ἁγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Βραδίσης Ἀπηνγένσης, Πέτρος* etc. Nec multum recedit liber Caesareus 247 apud clarissimum Lambecium, dum ostendit, *Τῷ σεβασμιωτάτῳ ἰσαγγέλῳ δεσπότῃ καὶ πνευματικῷ ἡμῶν ἀδελφῷ ἐπισκόπῳ Βραδένσης Ἀπηλεγένσης, Πέτρος ἐλέῳ θεοῦ πατριάρχης Θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας. Πολλῆς* etc. Itaque *Βενδέσης*, *Βραδίσης* et *Βραδένσης* aperte corruptiones sunt scripturae verae *Γραδένσης*. At *Ἐπιλιγγίσης*. *Ἀπηνγένσης*. et *Ἀπηλεγένσης*, meo quidem judicio, deviarunt ab *Ἀκυληΐένσης*. *Aquilejensis*, *Aquilejensi*. Omittebam titulum breviorem extantem in Alexii Aristini epistolarum quae dicuntur canonicae synopsi, *Πέτρου Ἀντιοχείας πρὸς τὸν Βενετίας. Γέγονε δὲ γ' οὗτος ἐπὶ τοῦ πατριάρχου κυροῦ Ἀλεξίου. Petri Antiocheni ad Venetum. Vixit autem iste sub patriarcha domno Alexio,* Studite praedecessore Michaëlis Cerularii. COT. Quod responsum statim datum esse videtur, quum Michaëlis Cerularii conatus haudquaquam acres vel perniciosi esse perhibeantur. Contra a Michaële Latinos orthodoxos haberi eorumque doctrinas praecipuas cum Graecis consentire ab eo existimari perspicue explicatur. — Edita est haec epistola a *Cotelerio* (eccl. Gr. Monum. tom. II. p. 112—135) ex codd. reg. 696, 912, 1004, 1605, 1652, 1996, 2474, 2622, quos nos ordine litteris A, B, C, D, E, F, G, H, brevitatis causa significavimus.

2) Philo de Ioseph, p. 555, B. *κατευξάμενος δὲ ἐκείνῳ καὶ θεοφιλέστατε προσειπών.* f. *θεοφιλέστατα.* In scholio autem 6. in gradum 20. Climaci *θεοφιλῶς* mutandum in *θεοφιλεῖς*. COT.

3) Volo hic proponere varias opiniones circa comma difficillimum, n. 23. vitae Eudociae Martyris in actis sanctorum Martii I, ut eligat quisque quam voluerit MS. *διὸ καὶ ἠλλημιᾶς ψυχῆς ταύτης τὴν πρόνοιαν ποιησάμενος, τῆς ἐκείνης προσφορὰν τῷ θεῷ προσάγαγε.* Ex paraphrastica versione Petri Possini viri valde docti, *Quare tibi commendo, ut huic quoque* animae *proficere in melius studenti consulas, ejus oblatione ad Deum per manus pauperum transmittenda*, quasi, opinor, esset corrigendum *ἠλλαγνίας* ab *ἀλλάσσω*. At praestantissimi editores posuerunt *τῆς ἀληλημένης*, explicaruntque de anima errore abducta. Mihi vero impense placet *ἀεὶ τιμίας*. *Quocirca et hujus semper honorandae animae curam gerens ipsius oblationem Deo appone.* COT.

σου· κἂν ὁ περὶ τῶν ἀζύμων λόγος οὐ μικρὰν ἔδοξεν ἔχειν διαφορὰν ἀσύμβατος ὢν τῇ παραδόσει τῆς καθ' ἡμᾶς ἁγιωτάτης καθολικῆς ἐκκλησίας, περὶ οὗ καὶ διεξοδικώτερον ὕστερον θεοῦ συνεργοῦντος ἐροῦμεν ταῖς σαῖς ἁγίαις εὐχαῖς ἐπερειδόμενοι. Πλὴν ἐρυθριᾶν ἡμᾶς παρεσκεύασας, ἄνθρωπε τοῦ θεοῦ, μεγάλα τῇ ἡμετέρᾳ ἐπιγραψάμενος μετριότητι κατορθώματα, ὧν οὐδὲν ἑαυτοῖς συνεγνωκότες αἰδούμεθα, πίστευε. οὐδὲ γὰρ ἄλλο τι σύνισμεν, εἰ μὴ ὅτι γε μόνον Χριστανοὶ ὀρθόδοξοί ἐσμεν βραχεῖς μὲν ἐν ἀρχιερεῦσι θεοῦ[c], ἐλάχιστοι δὲ πάντων καὶ δοῦλοι τῶν δούλων τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἐσόμεθα δὲ ἴσως τοιοῦτοι, οἵους ἡμᾶς ἡ σὴ ἐπεμαρτύρησε γραφή, εἰ τὴν ὑπὲρ ἡμῶν πρὸς θεὸν πληθυνεῖς δέησιν.

II. Περιείχετο[4] τῇ τιμίᾳ γραφῇ τῆς θεοφιλίας σου περὶ τῆς ὑπὸ σὲ ἁγιωτάτης ἐκκλησίας, ὡς ὁ κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων Πέτρος ταύτην συστησάμενος ἐνεχείρισε τῷ ἁγίῳ ἀποστόλῳ καὶ εὐαγγελιστῇ Μάρκῳ, ὑφ' οὗ ὁ ταύτης προεστὼς εἰς τάξιν καὶ τιμὴν ἀνήχθη πατριάρχου, ὥστε κρατεῖν καὶ ἄρχειν διὰ τῆς διδασκαλίας κἂν ταῖς Ῥωμαϊκαῖς συνελεύσεσιν ἐκ δεξιῶν εἶναι τοῦ μακαρίτου[d] πάπα συγκάθεδρον καί, ὡς εὐχερῶς ἔχεις ἐκ παλαιῶν[e] τοῦτο δεῖξαι πράξεων, ὅτι ἀπὸ τοῦ ἁγίου Πέτρου τὴν μονομερῆ πατριαρχικὴν κλῆσιν ὁ σὸς θρόνος ἐκληρώσατο καὶ δεῖ με ὡς πατριάρχου τὰ σὰ δέξασθαι γράμματα καὶ περὶ πίστεως ἐγγραμμάτως ὁμιλῆσαί σοι.

III. Καὶ ἡ ἐμὴ βραχύτης[f], ἱερώτατε πνευματικὲ ἀδελφέ, οὐχ ὡς πατριάρχου μόνου[g], ἀλλ' ὡς ἰσαποστόλου καὶ μεγάλου ἀρχιερέως θεοῦ, τὰ γράμματά σου μετὰ τῆς προσηκούσης τιμῆς ἐδέξατο καὶ ἠσπάσατο. Πλὴν ἐκ νηπίου[h] μέχρι γήρως τοῖς ἱεροῖς ἐντραφεὶς γράμμασι καὶ τῇ τούτων ἀναγνώσει σχολάζων ἀεὶ οὐδέπω

licet doctrina de azymis non parvam visa sit habere differentiam, utpote traditioni nostrae sanctissimae catholicae ecclesiae contraria: qua de re fusius postea Deo adjuvante dicemus tuis fulti sacris precibus. Porro rubore nos suffudisti, homo Dei, dum magnis mediocritatem nostram effers laudibus, quarum nullius nobis conscii erubescimus, mihi crede. Neque enim aliud in nobis agnoscimus, nisi id unum, nos esse Christianos orthodoxos, exiguos inter Dei pontifices, minimos omnium ac servos servorum Domini nostri Jesu Christi. Erimus autem fortasse tales, quales nos esse attestata est epistola tua, si tuas erga Deum pro nobis preces auxeris.

II. Complectebantur honorandae litterae tuae in Deum caritatis sanctissimam ecclesiam, cui praees, a summo Apostolo Petro institutam et euangelistae Marco traditam esse, ex quo illius antistes in ordinem et honorem patriarchae evectus esset, ut potestatem et principatum obtineret per doctrinam atque in Romanis conventibus a dextris beati papae consideret, idque facile te posse ex antiquis multisque actis ostendere: sedem tuam a sancto Petro sortitam esse specialem patriarchatus appellationem atque oportere, ut ego litteras tuas tamquam patriarchae suscipiam ac de fide per litteras tecum colloquar.

III. At mea tenuitas, sacratissime spiritualis frater, non modo ut patriarchae, sed ut Apostolis paris magnique pontificis Dei litteras tuas recepit et amplexa est cum honore convenienti. Verum a puero ad senectutem usque sacris innutritus litteris earumque lectioni vacans assidue nunquam

c) „*Al. ins.* ὄντες". — d) „*Al.* μακαριωτάτου". — e) „*Allat.* πολλῶν". — f) „*All.* βραδύτης". — g) Cot. μόνου. „*Al.* μόνον". — h) „*Al. inser.* καὶ".

4) **Ex citationibus Leonis Allatii in opere de ecclesiae Occidentalis et Orientalis perpetua consensione et in exercitationibus contra Creygthonum variantes lectiones marginibus apposui. Itemque ex MS. viri clarissimi Claudii Jollii Praecentoris ecclesiae Parisiensis, in quo paucula epistolae huius supersunt ceteris de industria resectis. COT.**

οὐδαμοῦ παρ' οὐδενὸς ἔμαθον ἢ ἤκουσα μέχρι τῆς ἄρτι τὸν πρόεδρον Ἀκυλίας [i] *ἤτοι Βενετίας πατριάρχην ὀνομάζεσθαι. Πέντε γὰρ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ ὑπὸ τῆς θείας ᾠκονομήθη χάριτος εἶναι πατριάρχας, τὸν Ῥώμης, τὸν Κωνσταντινουπόλεως, τὸν Ἀλεξανδρείας, τὸν Ἀντιοχείας καὶ τὸν Ἱεροσολύμων. Ἀλλ' οὐδὲ τούτων ἕκαστος κυρίως πατριάρχης καλεῖται, καταχρηστικῶς δέ.* [k] *Ἀνακηρύττονται* [l] *δὲ* [5] *ὁ μὲν ἀρχιερεὺς τῆς Ῥώμης πάπας, ὁ δὲ Κωνσταντινουπόλεως ἀρχιεπίσκοπος, ὁ Ἀλεξανδρείας πάπας καὶ ὁ τῶν Ἱεροσολύμων ἀρχιεπίσκοπος, μόνος δὲ ὁ Ἀντιοχείας ἰδιαζόντως ἐκληρώθη πατριάρχης ἀκούειν καὶ λέγεσθαι. Καὶ τοῦτο εὑρήσει πολυπραγμονοῦσα* [6] *ἡ ἀγάπη σου διὰ πάσης γραφῆς ὁμολογούμενον.*

IV. *Καὶ πρόσχες, ὃ λέγω* [7]. *Τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου ὑπὸ μιᾶς ἄγεται κεφαλῆς, ἐν αὐτῷ δὲ μέλη πολλὰ καὶ πάντα ὑπὸ πέντε μόνον οἰκονομεῖται αἰσθήσεων· αἱ δέ εἰσιν ὅρασις, ὄσφρησις, ἀκοή, γεῦσις καὶ ἁφή. Καὶ τὸ σῶμα δὲ πάλιν τοῦ Χριστοῦ, ἡ τῶν πιστῶν λέγω ἐκκλησία, ἐν διαφόροις, ὥσπερ μέλεσι συναρμολογούμενον* [m] *ἔθνεσι καὶ* [n] *ὑπὸ πέντε αἰσθήσεων οἰκονομούμενον* [o] *τῶν εἰρημένων μεγάλων θρόνων ὑπὸ μιᾶς ἄγεται κεφαλῆς, αὐτοῦ φημὶ τοῦ Χριστοῦ. Καὶ ὥσπερ ὑπὲρ τὰς πέντε*

ullibi ab ullo didici vel audivi usque ad hunc diem antistitem Aquileiae seu Venetiarum nominari patriarcham. Quinque enim in universo terrarum orbe ex divinae gratiae dispensatione patriarchae sunt: Romanus, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolymitanus. Sed nec eorum unusquisque proprie nuncupatur patriarcha, sed abusive. Proclamantur autem pontifex Romae papa, Constantinopolis archiepiscopus, Alexandriae papa, Hierosolymorum archiepiscopus, solus vero Antiochiae peculiariter sortitus est, ut patriarcha audiret atque diceretur. Idque inveniet, si diligenter scrutata fuerit, caritas tua in omnibus litteris expositum.

IV. Porro attende ad id, quod dico. Hominis corpus ab uno regitur capite, in eo autem membra sunt multa, quae omnia a solis quinque gubernantur sensibus. Sunt vero sensus: visus, odoratus, auditus, gustus, tactus. Iterum et corpus Christi, fidelium, inquam, ecclesia, in diversis gentibus velut membris coaptatum atque tanquam a quinque sensibus, a magnis sedibus, quas dixi, administratum per unum regitur caput, ipsum, aio, Christum. Et quemadmodum praeter quinque sensus alius

i) „*Al. Ἀκυληΐας et Ἀκυιλίας*". — k) „*Al. δὲ πάντες*". — l) „*Al. Ἀνακηρύττεται γάρ*". — m) „*Al. συναρμολογουμένη*". — n) „*Al. ὡς et καὶ ὡς*". — o) „*Al. οἰκονομουμένου*".

5) Hinc Meditato I. Juris Graeco-Rom. p. 449. At Nilus Doxopatrius apud Allatium laudati mox operis lib. I. cap. 12. n. 5. et cap. 18. n. 1. ait Romanum pontificem et Alexandrinum papas vocari, Antiochenum et Hierosolymitanum patriarchas; Constantinopolitanum vere subscribere: *Archiepiscopus novae Romae et oecumenicus patriarcha.* Neque hanc distinctionem quam inducit Petrus Antiochenus, multum a veteribus servatam invenies, quin nec a Recentioribus omni et parte. COT.

6) Levis error in his Cyrillianis dialogo 3. de Trinitate t. 5. p. 464. C. *ἴτέον δὴ οὖν, ὦ φιλότης, καὶ αὐτοῖς ἡμῖν ἐπὶ τὸ γράμμα τὸ ἱερὸν, καὶ τοὺς τῶν ἁγίων πολυπραγμονοῦντας λόγους, φέρε δὴ καὶ φέρε καταθρήσωμεν*, librarii non est typographi, ut liquet ex interprete. Omnino legendum *πολυπραγμονοῦντες*, et Latine reddendum; *Eundum itaque nobis etiam ipsis est, o carum caput, ad scripturam sacram; et sanctorum libros perscrutati, age, inquam, age, dispiciamus.* COT.

7) Georgius Trapezuntius epistola ad Cretenses nr. 13. tom. I. Graeciae orthodoxae affirmat Romanam ecclesiam esse instar tactus, Constantinopolitanam gustus, Alexandrinam visus, Antiochenam auditus et Hierosolymitanum odoratus. At ex Anastasio bibliothecario praefatione in octavam synodum, *Romana sedes visui comparatur.* Per Nilum autem Doxopatrium apud Allatium De consensione eccles. Occid. et Orient. c. 240. res tangitur, non explicatur. COT.

αἰσθήσεις ἑτέρα τις αἴσθησις οὐκ ἔστιν, οὕτως οὐδὲ ὑπὲρ τοὺς πέντε πατριάρχας ἕτερον πατριάρχην δώσει τις εἶναι. Ὑπὸ γοῦν τῶν πέντε τούτων θρόνων τῶν ὥσπερ αἰσθήσεων ὄντων ἐν τῷ σώματι τοῦ Χριστοῦ πάντα τὰ μέλη ἤγουν πᾶσαι αἱ πατριαὶ[8] *τῶν ἐθνῶν καὶ αἱ κατὰ τὸν τόπον ἐπισκοπαὶ οἰκονομοῦνται καὶ θεοπρεπῶς διεξάγονται, ὥσπερ ἐν μιᾷ κεφαλῇ, Χριστῷ τῷ ἀληθινῷ θεῷ ἡμῶν, δι' ὀρθοδόξου καὶ μιᾶς πίστεως συναρμολογούμεναι καὶ ἀγόμεναι ὑπ' αὐτοῦ.*

V. *Εἰ δὲ ἐκ τοῦ καθῆσθαί σε ἐκ δεξιῶν τοῦ μακαριωτάτου*[p] *πάπα δικαιοῖς σεαυτὸν, ὡς ἔγραψας, πατριάρχην καλεῖσθαι, δεχόμεθα καὶ τοῦτο. Ἀλλ' ἄκουσον, πῶς τοὺς ἐπισκόπους καὶ ἀρχιερεῖς πατέρας ὁ πιστὸς οἶδε λόγος καλεῖν, τοὺς δὲ πρωτεύοντας ἐν ἑκάστῃ συνόδῳ ἐξάρχους καὶ πρωτοθρόνους καὶ προέδρους εἴωθεν ὀνομάζειν. Καθ' ὃν δὴ λόγον εἰκὸς καὶ σε πατριάρχην καλεῖσθαι ἅτε τὰ πρῶτα τῆς Ῥωμαϊκῆς φέροντα συνόδου, καθὼς καὶ παρ' ἡμῖν ὁ πρῶτος τῶν διακόνων καλεῖται ἀρχιδιάκονος. Ἐπεὶ πῶς ἂν ἄλλως ἕκτον ἐπεισάγειν δυνησόμεθα πατριάρχην μὴ οὔσης ἕκτης, ὡς εἴρηται, αἰσθήσεως ἐν τῷ σώματι, καὶ ταῦτα πολλῶν καὶ μεγάλων ἐν τῷ κόσμῳ οὐσῶν ὑπὲρ τὴν σὴν ἐνορίαν ἐπαρχιῶν καὶ χωρῶν ὑπὸ μητροπολιτῶν καὶ ἀρχιεπισκόπων ῥυθμιζομένων καὶ μεταγομένων πρὸς θεοσέβειαν. Ἀναλόγισαι γὰρ, ὅσον μείζων τῆς κατὰ σὲ χώρας ἡ Βουλγαρία, ὅσον δὲ ταύτης πάλιν Βαβυλὼν ἡ μεγάλη καὶ Ῥωμάγυρις*[q] [9] *ἤτοι τὸ Χοροσὰν*[r] [10]*, καὶ αἱ λοιπαὶ τῆς ἄλλης*[s] *ἀνατο-*

sensus non exstat, ita nec praeter quinque patriarchas alium patriarcham esse quisquam concedet. Itaque ab istis quinque sedibus, quae vicem gerunt sensuum in Christi corpore, cuncta membra, seu omnes patriae gentium, ac per loca dispersi episcopatus disponuntur et Deo decenter diriguntur, velut in uno capite, Christo vero Deo nostro, per rectam unamque fidem apte coagmentati et ab illo ducti.

V. Si vero ex, eo quod sedes ad dexteram beatissimi papae, confirmas te, sicut scripsisti, vocari patriarcham, hoc quoque admittimus. Sed audi, quo pacto; episcopos et pontifices appellare patres fidelis novit sermo; in unaquaque autem synodo eos, qui primum locum tenent, exarchos et protothronos ac proëdros consuevit nominare. Secundum quam utique rationem convenit te patriarcham vocari, ut qui primas Romanae synodi partes feras: quemadmodum et apud nos primus diaconorum nuncupatur archidiaconus. Quo enim alio modo sextum introducere poterimus patriarcham non exstante, secundum quod jam dictum est, sexto sensu in corpore? Idque cum multae magnaeque in mundo sint dioecesim tuam superantes provinciae ac regiones a metropolitanis et archiepiscopis temperatae et ad cultum Dei deductae. Reputa namque, quanto regione tua major sit Bulgaria; quanto iterum hac amplior Babylon magna et Romagyris, sive Chorosan atque reliquae

p) „*Al. μακαρίτου*". — q) *Ῥωμανίς* Allat. *Ῥωμογυρές* B. *Ῥωμόγυρις* E. *Ῥωμόγηρες* G. *Ῥωμαγύρης* H. Vide Cotelerii annot. — r) *Χωροσάν* A B G *Χωροσᾶν* E *Χωροσά* F. *Χωράσαι* H — s) „*Al. ὅλης*".

8) Psalm. XCV, 7. COT.

9) Allatius *Ῥωμανίς*. cod. reg 912 *Ῥωμογυρές*. 1652 *Ῥωμόγυρις*. 2473 *Ῥωμόγηρες*. 2622 *Ῥωμαγύρης*. Nilus Doxopatrius tractatu de quinque thronis patriarchalibus, apud Allatium De Occid. et Or. eccles. perp. cons. lib. I. cap. 9. n. 1. *ὁ Ἀντιοχείας κατεῖχεν ἅπασαν τὴν Ἀσίαν καὶ Ἀνατολὴν αὐτήν τε τὴν Ἰνδίαν, ὅπου καὶ ἕως τοῦ νῦν καθολικὸν χειροτονῶν στέλλει καλούμενον Ῥωμογύρεως, καὶ αὐτὴν τὴν Περσίαν, ἔτι καὶ αὐτὴν τὴν Βαβυλῶνα, τὴν νῦν καλουμένην Βαγδᾶ· κἀκεῖ γὰρ ἔστελλεν ὁ Ἀντιοχείας καθολικὸν εἰς Εἰρηνούπολιν τὸν λεγόμενον Εἰρηνουπόλεως.* Antiochenus obtinuit omnem Asiam et Orientem ipsamque Indiam, ubi ad praesens usque tempus, catholicum ordinans mittit, vocatum Romogyreos; ipsam quoque Persiam, adhucque ipsam Babylonem, quae nunc appellatur Bagda Nam et illuc mittebat Antiochenus catholicum ad Irenopolim, Irenopolitanum dictum. COT.

10) In codd. reg. 696, 912, 2473 *Χωροσάν*. In 1652 *Χωροσᾶν*. At cod. 1996 *Χωροσά*. 3622 *Χωράσαι*. Antiqua

λῆς ἐπαρχίαι, ἐν αἷς ἀρχιεπίσκοποι παρ' ἡμῶν πέμπονται καὶ καθολικοὶ χειροτονοῦντες ἐν ἐκείνοις τοῖς μέρεσι μητροπολίτας ἔχοντας ὑπ' αὐτοὺς ἐπισκόπους πολλούς, ἀλλ' εἷς ἐξ αὐτῶν πατριάρχης οὐκ ἐκλήθη ποτέ. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐν τούτοις.

VI. *Διελάμβανε δὲ ἡ γραφὴ τῆς ἁγιωσύνης σου καὶ περὶ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ μακαριωτάτου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, ὅτι τὴν θεοτίμητον Ῥωμαϊκὴν ἐκκλησίαν ἐξουθενεῖ καὶ διαβάλλει καὶ βλασφημεῖ*[1] *διὰ τὰ ἄζυμα, ἅτινα εἰς τύπον τοῦ κυριακοῦ σώματος συνήθως λαμβάνοντες πιστεύετε ἁγιάζεσθαι καὶ ὡς ἀλλοτριοῦσθε ὑπ' αὐτοῦ δι' αὐτὰ τῆς ὀρθῆς καὶ ἀμωμήτου πίστεως καὶ αὐτοῦ τοῦ τιμίου δεσποτικοῦ σώματος ἀποτεμνόμενοι τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, ᾗς τῷ κανόνι στοιχοῦντες μετὰ πασῶν τῶν κατὰ τὴν ἑσπέραν ἐκκλησιῶν, ὥσπερ κεφαλῇ σῶμα μετὰ πάσης ὑποταγῆς ἕπεσθε. Προσέκειτο δὲ τῇ γραφῇ, ὅτι καὶ τῆς παλαιᾶς διδασκαλίας τῶν ἀποστόλων ἀλλότριον ποιοῦμεν, οἵτινες τὴν τῶν ἀζύμων παράδοσιν οὐκ ἀπ' αὐτῶν τῶν ἀποστόλων μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ παρελάβομεν οὐκ ἀγνοοῦντες, ὅτι πάντες οἱ κατὰ τὴν ἀνατολὴν ἀοίδιμοι πατέρες τὴν διὰ τοῦ ζυμίτου ἄρτου ἀναίμακτον θυσίαν ἐγίνωσκον οἱ καὶ βίῳ καὶ λόγῳ διατρέψαντες καὶ ταῖς διδασκαλίαις πᾶσαν τὴν οἰκουμένην παιδαγωγήσαντες καὶ ὅτι ταύτην ἁγίαν ἡγούμενοι, ὥσπερ δὴ καὶ τὴν τῶν ἀζύμων. τὸν μὲν ζυμίτην ἄρτον*[11] *λογίζεσθε τὸν δι' ἡμᾶς γεννώ-*

Orientis provinciae, ad quas a nobis mittuntur archiepiscopi et catholici, qui ordinant in illis partibus metropolitanos, quibus subsunt multi episcopi: attamen nullus eorum unquam appellatus est patriarcha. Verum de his hactenus.

VI. Disserebat etiam epistola sanctitatis tuae de sanctissimo beatissimoque patriarcha Constantinopolis referebatque eum a Deo honoratam ecclesiam Romanam contemnere, accusare, infamare propter azyma, quae in figura Dominici corporis ex more vos percipientes creditis sanctificari et vos propterea per eundem abalienari a recta et inculpata fide, ipsoque venerabili pretiosoque Dominico corpore abscissos a catholica ecclesia, cujus regulam sectati cum universis per Occidentem ecclesiis, tamquam caput corpus cum omni subjectione sequaremini. Adjiciebatur in litteris tuis nos contrarium veteri Apostolorum doctrinae facere, qui azymorum traditionem non tantum ab ipsis Apostolis, sed et ab ipso Domino Christo acceperimus non ignorantes incruentum ex fermentato pane sacrificium agnovisse cunctos in Oriente celebres patres, qui cum vita tum sermone inclaruerunt, totumque orbem terrarum erudierunt doctrina sua. Praeterea vos hoc sacrificium sanctum existimare, ut et illud, quod ex azymis conficitur; ac fermentatum quidem panem reputare loco ejus, qui pro nobis factus est homo perfectus, utpote qui sit

1) „*Al. λέγει βλασφημεῖν*".

notitiae, ubi patriarchatu Antiocheno *μέχρι τῆς ἐσωτέρας ἐρήμου τοῦ Χοροσᾶν*. In Cedreno, Anna Comnena, aliisque, *Χωροσάν*, *Χοροσάν* et *Χοροσᾶν*. Apud Theophanem Χωρασάν vel *Χουρασάν*. Codice Caesareo 292. in observatione anonymi de Moscho fit mentio cujusdem nobis *τοῦ Χορησάν*. Dictae Tapat. ubi f. leg. *Χοροσάν*. Alibi vocatur Chorazan, Chorasan, Chorozan, Chorosana, Chorasse, Corosanum, Curasan, Chorasmia diciturque a Theophane esse Persis interior. Unde populi Chorasmi, Chorosanitae, Chorasanitae, Chorasmii, Corasmini, Chorasmini, Chorosmini, Choraisanitae, Chorasmeni et Choramnaei. Nec omitti debent verba Procopii De bello Persico lib. 2, cap. 24 *εἰς τὰ ἐπὶ Χορζιανηνῆς χωρία ἦλθον*. quia emendari debet *Χοροζιανηνῆς*, ex scriptura cod. Boici, *Χοριζιανηνῆς*. Legitur tamen in eodem Procopio lib 3. de aedificiis cap. 3. *Χορζάνη χώρα*, forte pro *Χοροζάνη*. COT.

11) Supra epistola Dominici. Huc facit locus, qui tamquam Gregorii in registro citatur a Thoma Aquinate. *Solet nonnullos movere, quod in ecclesia nonnulli offerunt panes azymos, alii fermentatos ecclesia namque Romana offert azymos panes, propterea quod dominus sine ulla commistione suscepit carnem. Alias vero*

μενον[u] τέλειον ἄνθρωπον, ἅτε δὴ καὶ αὐτὸν ὄντα θεὸν τέλειον, τὴν δὲ διὰ τῶν ἀζύμων μυσταγωγίαν, τὸ καθαρὸν καὶ ἀπαθὲς τῆς τοῦ θεοῦ λόγου ἐνανθρωπήσεως.

VII. *Ταῦτα τῆς γραφῆς ὑπαγορευούσης ὑπεραπολογούμεθα πρὸς τὴν κατὰ θεὸν σύνεσιν καὶ ἀγάπην σου, ὅτι οὐχ οὕτως ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως ἀποτόμως, ὡς ἔγραψας, τῆς ὑμετέρας ὑπολήψεως καταγίνεται καὶ κακοδόξους ὑμᾶς ἀποκαλεῖ, ἐκτέμνων τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας, ἀλλ' ὀρθοδόξους καὶ ὁμόφρονας ἡμῖν περί τε τὴν ἀσφαλῆ θεολογίαν τῆς ζωαρχικῆς καὶ ὁμοουσίου ἁγίας τριάδος, καὶ τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καλῶς ἐπιστάμενος, ἐνὶ δὲ μόνῳ τούτῳ σκάζοντας, τῇ τῶν ἀζύμων ἀναφορᾷ, δεινοπαθεῖ καὶ λυπεῖται καὶ ἀγανακτεῖ, ὅτι μὴ περὶ τὴν θείαν μυσταγωγίαν κατὰ τὴν παράδοσιν τῆς ἁγίας ἐκκλησίας ὁμοφρονοῦντες τοῖς τέσσαρσιν ἐξακολουθοῦντες[v] ἱεροῖς πατριάρχαις καὶ διὰ τελείου ἄρτου τὴν ἀναίμακτον ἱερουργεῖτε θυσίαν, καθὼς οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου παρέδοσαν ἡμῖν[x].*

VIII. *Τὸ γὰρ μετέχειν ἀζύμων τῆς παλαιᾶς θυσίας μετέχειν ἐστὶ καὶ οὐ τῆς καινῆς διαθήκης. οὐδὲ γὰρ ἄζυμον λαβὼν ὁ κύριος, εὐχαριστήσας ἔκλασε καὶ τοῖς μαθηταῖς ἔδωκεν, ἀλλ' ἄρτον, ὡς οἱ τέσσαρες εὐαγγελισταὶ ὁμοφρονοῦντες[y] διεβεβαιώσαντο καὶ Παῦλος μαρτυρεῖ ὁ ἀπόστολος λέγων· Ἐγὼ παρέλαβον ἀπὸ τοῦ κυρίου, ὃ καὶ παρέδωκα ὑμῖν, ὅτι ὁ κύριος Ἰησοῦς ἐν τῇ νυκτὶ, ᾗ παρεδίδοτο, ἔλαβεν ἄρτον καὶ εὐχαριστήσας ἔκλασε καὶ εἶπε· λάβετε, φάγετε, τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον· τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν· καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ τὰ μὲν*

etiam Deus perfectus; mysteriorum autem per azyma celebrationem habere pro pura et impassibili Dei Verbi incarnatione.

VII. Quae quum scriptum tuum declaret, respondemus tuae secundum Deum prudentiae ac dilectioni. Non adeo praefacte, ac scripsisti, sanctissimus patriarcha Constantinopolitanus vestram existimationem invadit vosque appellat cacodoxos seu male sententiae homines abscinditque a sancta catholica ecclesia, sed probe cognoscens orthodoxos esse idemque nobiscum sentire de solida theologia vivificae et consubstantialis sanctae Trinitatis, atque de incarnatione Domini, Dei Servatorisque nostri Jesu Christi; in uno autem solo hoc claudicare, nimirum in azymorum oblatione graviter fert, dolet, indignatur, quod non in sacra mystagogia, secundum sanctae ecclesiae traditionem idem sentientes sequamini quatuor sacros patriarchas nec in perfecto pane incruentum consecretis sacrificium, sicut qui ab initio spectatores et ministri fuerunt sermonis tradiderunt nobis.

VIII. Nam participem esse azymorum est participem fieri veteris sacrificii, non autem novi testamenti. Neque enim azymum sumens Dominus gratias egit, fregit deditque discipulis, sed panem, ut quattuor euangelistae una voce unoque sensu confirmaverunt testaturque Apostolus Paulus his verbis: Ego accepi a Domino, quod et tradidi vobis, quoniam Dominus Jesus, in qua nocte tradebatur, accepit panem et gratias agens fregit et dixit: Accipite et manducate, hoc est corpus meum, quod pro vobis frangetur, hoc facite in meam

v) „*Al.* ἐξακολουθεῖτε“. — x) Cot. ὑμῖν. „*Al.* ἡμῖν“. — y) „*Al.* ὁμοφωνοῦντες“.

ecclesiae offerunt fermentum pro eo, quod Verbum Patris indutum est carnem, et est verus Deus et verus homo. Nam et fermentum commiscetur farinae. Sed tamen tam azymum quam fermentatum dum sumimus, unum corpus domini salvatoris nostri efficimur. Praeterea loca Humberti cardinalis contra Graecos et contra Nicetam. COT.

12) Luc. I, 2. COT.

13) I. Cor. XI, 23, 24. COT.

ἄζυμα ἐνομοθετήθη τοῖς Ἑβραίοις εἰς ἀνάμνησιν τῆς ἐξ Αἰγύπτου μετὰ σπουδῆς φυγῆς, ἵνα μνημονεύοντες ὧν ἐποίησε θαυμασίων μετ' αὐτῶν ὁ θεὸς ἐμμένωσι τοῖς προστάγμασιν αὐτοῦ καὶ μηκέτι ἐπιλάθωνται τῶν ἔργων[z] αὐτοῦ. Ὁ δὲ διὰ τῆς προζύμης[14] τελείως ἄρτος, ὁ διὰ τῆς ἁγιστείας μεταποιούμενος εἰς τὸ ἄχραντον σῶμα τοῦ κυρίου[a] καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰς ἀνάμνησιν ἐδόθη τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας αὐτοῦ. Ὁσάκις γὰρ ἂν ἐσθίητε, φησὶ[15], τὸν ἄρτον τοῦτον καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο πίνητε, τὸν θάνατον τοῦ κυρίου καταγγέλλετε, ἄχρις οὗ ἂν ἔλθῃ. Καὶ πάλιν ὁ Παῦλος λέγει·[16] Τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας, ὃ εὐλογοῦμεν, οὐχὶ[b] κοινωνία τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ ἐστί; τὸν ἄρτον, ὃν κλῶμεν, οὐχὶ[b] κοινωνία τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ ἐστίν; Ὅτι εἷς ἄρτος, ἓν σῶμα οἱ πολλοί ἐσμεν. Οἱ γὰρ πάντες ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου μετέχομεν.

IX. *Καὶ κατάμαθε, ἱερώτατε πνευματικὲ ἀδελφὲ, ὅτι πανταχοῦ ἄρτος καταγγέλλεται τὸ σῶμα τοῦ κυρίου· διὰ τὸ ἐντελὲς καὶ ἄγιον καὶ οὐκ ἄζυμον. τὸ γὰρ ἄζυμον νεκρὸν καὶ ἄψυχον καὶ τὸ πᾶν ἐλλιπές. Ἡ δὲ ζύμη[17], τῷ φυράματι τοῦ ἀλεύρου ἐμβαλλομένη γίνεται αὐτῷ, ὥσπερ ψυχὴ καὶ σύστασις. Καὶ πῶς οὐκ ἄτοπον, τὸ ἐλλιπὲς καὶ νεκρὸν καὶ ἄψυχον, εἰς ζῶσαν καὶ ζωοποιὸν σάρκα τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐκλαμβάνειν τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας; μὴ δὴ οὖν οὕτως, ἀδελφοὶ, περὶ τοιούτου μεγάλου πράγματος ἐπισφαλῶς διάκεισθε· μηδὲ τὴν ἰδίαν συστῆσαι ζητοῦντες πρόσληψιν[c], νικᾶν ἐπιθυμεῖτε*

commemorationem: et quae sequuntur. Atque azyma quidem lege sancita sunt Hebraeis ad commemorationem celeris ex Aegypto fugae, ut recordati mirabilium, quae erga eos ediderat Deus, persisterent in mandatis ejus neve unquam obliviscerentur opera illius atque beneficia. Panis vero per antefermentum perfectus, qui ex consecratione commutatur in immaculatum corpus Domini et Servatoris nostri Jesu Christi, ad memoriam datus est oeconomiae seu dispensationis ejus in carne factae. Quotiescumque enim, inquit, manducabitis panem hunc et calicem hunc bibetis, mortem domini annunciabitis, donec veniat. Iterumque Paulus dicit: Calix benedictionis, cui benedicimus nonne communicatio sanguinis Christi est? et panis, quem frangimus, nonne participatio corporis Christi est? Quoniam unus panis unum corpus multi sumus. Omnes enim de uno pane participamus.

IX. Animadverte, sacratissime spiritualis frater, ubique panis praedicatur corpus Domini propter perfectionem et integritatem, non vero azymum. Azymum enim mortuum est et inanimum atque omnino imperfectum. At fermentum in massam farinae injectum ei fit tamquam anima et constitutio. Quo modo autem non absurdum est, id quod imperfectum, mortuum, inanimum est, in viventem et vivificam carnem Domini Servatorisque nostri Jesu Christi excipi per eos, qui in ipsum credunt? Ne ergo ita, fratres, in magna hac re periculose vos geratis, neque vestram quaerentes stabilire opinionem

z) „*Al.* *εὐεργεσιῶν*". — a) „*Al.* ins. *καὶ θεοῦ*". — b) „*Al.* *οὐχ ἡ*". — c) „*Al.* *ἀσθένειαν* et *πρόληψιν*".

14) Hinc *προζυμίτης* in pittacio mox laudato. Graeci nimirum Latinis Prozymitae, Latini Graecis Azymitae.

15) I. Cor. XI, 26. COT.

16) I. Cor. X, 16, 17. COT.

17) Graecorum malae consuetudines, in Stevartii observationibus ad Manuelem Calecam p. 415. *asserentes fermentati panis vitam et animationem conferre.* Forte, *asserentes fermentum pani vitam et animationem conferre.* Vide Humbertum contra Graecos et pittacium seu libellum legatorum Romanorum adversus Michaëlem Cerularium ejusque sectatores, relatum Graece quidem a Leone Allatio dissertatione 2. de libris ecclesiasticis Graecorum, Latine vero post epistolas Leonis noni. Quibus addi potest Nicetas Stethatus in Latinos cum epistola Michaëlis Cerularii et Leonis Achrideni ad Johannem Tranensem, cumque ceteris Graeculis, qui Latinae ecclesiae azymis oblatrarunt. COT.

κακῶς, ἀλλ' ἔστιν ἃ[d] *καὶ ἡττᾶσθαι καλῶς ἀνέχεσθαι· ὅτι ἡ πεισμονὴ οὐκ ἐκ τοῦ καλοῦντος ἡμᾶς, φησὶν*[18] *ὁ ἀπόστολος. Εἰ γὰρ ἔτι τῶν ἀζύμων μετέχομεν, πρόδηλον, ὅτι ὑπὸ τὴν σκιὰν ἔτι τοῦ Μωσαϊκοῦ νόμου ἐσμὲν καὶ τράπεζαν Ἰουδαϊκὴν ἐσθίωμεν, οὐχὶ δὲ θεοῦ λογικὴν καὶ ζῶσαν σάρκα καὶ ἡμῖν τοῖς πεπιστευκόσιν ἐπιούσιόν τε καὶ ὁμοούσιον. Εἰ δὲ καὶ πιστεύομεν σάρκα Χριστοῦ*[e] *ἐσθίειν ζῶσαν τοῦ τελείου ἐν θεότητι καὶ ἀνθρωπότητι, τί κοινὸν ἐμψύχῳ καὶ ζώσῃ σαρκὶ θεοῦ καὶ ἀψύχοις ἀζύμοις καὶ νεκροῖς; τὸ γὰρ ἄζυμον οὐκ ἄρτος, οὐ γὰρ ἄρτιον οὐδὲ αὐτοτελές, ἀλλ' ἐλλιπὲς καὶ ἡμιτελὲς καὶ δεόμενον τοῦ πληρώματος τῆς προζύμης*[f]. *Ὁ ἄρτος δὲ ἄρτιος, αὐτοτελής, τέλειος καὶ πληρέστατος.*

X. *Καὶ σύνες τῇ διαιρέσει*[g] *τοῦ λόγου προσέχων, συνετώτατε· ἐν τοῖς ἀζύμοις οὐδεμία τίς ἐστι ζωτικὴ δύναμις· νεκρὰ γάρ, ὡς ἔφθημεν εἰπόντες· ἐν δὲ τῷ ἄρτῳ, ἤγουν τῷ σώματι τοῦ Χριστοῦ, τρία τὰ ζῶντα καὶ ζωὴν παρέχοντα τοῖς αὐτῶν*[h] *μεταλαμβάνουσι· τὸ πνεῦμα, τὸ ὕδωρ καὶ τὸ αἷμα· ὡς καὶ αὐτὸς ὁ τοῦ Χριστοῦ ἐπιστήθιος Ἰωάννης συμμαρτυρεῖ τῷ λόγῳ, οὕτω λέγων*[19] *διὰ τῆς ἀποκαλύψεως· Τὸ πνεῦμα, τὸ ὕδωρ καὶ τὸ αἷμα· καὶ οἱ*[i] *τρεῖς*[i] *εἰς*[k] *τὸ ἕν εἰσι· δηλονότι τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ. Ὃ καὶ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς τοῦ κυρίου σταυρώσεως δῆλον γέγονεν ὁπηνίκα τὸ αἷμα καὶ τὸ ὕδωρ ἐκ τῆς ἀχράντου πλευρᾶς αὐτοῦ ἔῤῥευσε, λόγχῃ νυγείσης αὐτοῦ τῆς σαρκός*[l]. *τὸ δὲ ζῶν ἅγιον πνεῦμα ἔμεινεν ἐν τῇ τεθεωμένῃ*[20] *σαρκὶ αὐτοῦ, ἣν ἐσθίοντες*

male desideretis vincere, sed hic locus est, ut vinci bene patiamini: quia persuasio haec non est ex eo, qui vocat nos, inquit Apostolus. Nam si adhuc azyma percipimus, liquet nos adhuc sub umbra Mosaïcae legis degere et in Judaïca mensa manducare, non vero comedere Dei rationalem ac viventem carnem, nobisque, qui credidimus, supersubstantialem atque consubstantialem. Quod si credimus nos edere carnem vivam Christi, qui perfectus est in divinitate et humanitate, quid commune animatae ac viventi carni Dei cum inanimatis mortuisque azymis? Azymum enim non est panis, quia non est integrum atque in se perfectum, sed mancum et semiperfectum indigensque complemento fermenti. Panis autem est integer, absolutus, perfectus, plenissimus.

X. Jam intellige attendens distributioni sermonis, vir intelligentissime: In azymis nulla est vitalis virtus, cum sint mortua, uti diximus: in pane autem, seu corpore Christi, tria sunt, quae vivunt vitamque praebent sumentibus, nempe spiritus, aqua, sanguis: quemadmodum doctrinae huic testimonium confert is, qui supra pectus recubuit, Ioannes, ita loquens per revelationem: Spiritus, aqua, sanguis: et hi tres unum sunt; videlicet corpus Christi. Quod et tempore dominicae crucifixionis patuit, quando aqua et sanguis ex impolluto ejus latere effluxerunt, quum per lanceam perforata fuisset ipsius caro, vivens vero sanctus Spiritus mansit in deificata carne illius; quam

d) „*Al.* οὐ". — e) „*Al.* θεοῦ". — f) „*Al.* ζύμης". — g) „*All.* δυνάμει". — h) „*Al.* αὐτοῦ". — i) „*Al.* τὰ τρία". — k) „*All. non habet*". — l) „*Al.* πλευρᾶς".

18) Gal. V, 80. COT.

19) I. Joh. V, 8. COT.

20) Nec rem nec verbum explicatum imus, quia non est necesse; sed pro more emendationem damus ad Pseudo-Cyrillum (qui totus vel majori saltem ex parte est Johannes Damascenus) Cyrilliano t. 6 p. 3. pag. 24. In libris quidem editis *τί γὰρ ἦν τὸ κέρδος ἡμῖν, τὸ θεωρηθῆναι μίαν ὑπόστασιν· ἀλλὰ τὴν φύσιν ὁ θεὸς λόγος ἐν ἑαυτῷ προσελάβετο πᾶσαν τῆς ἀνθρωπότητος, ἵνα θεωρήσῃ πάντας ἡμᾶς.* Re vera autem, *θεωθῆναι* et *θεώσῃ*, uti nobiscum sentiet, qui attente legerit.

οἱ πιστοὶ ἐν τῷ μεταβαλλομένῳ ἄρτῳ διὰ πνεύματος ἁγίου εἰς σάρκα Χριστοῦ ζῶμεν ἐν αὐτῷ, ὡς ζῶσαν καὶ τεθεωμένην σάρκα ἐσθίοντες.

XI. *Οὐ γὰρ ἔτι ἐσμὲν ὑπὸ νόμον*[m] [21], *ἵνα καὶ ἄζυμον ζύμην προσφερώμεθα*[n], *ἀλλ' ὑπὸ χάριν* [22]. *Καινὴ γάρ ἐσμεν κτίσις ἐν Χριστῷ, ἐπειδὴ τὰ ἀρχαῖα παρῆλθε, καθὼς Παῦλος βοᾷ* [23], *καὶ γέγονε τὰ πάντα καινά. Οἱ δὲ τὰ ἄζυμα ἐσθίειν βουλόμενοι, τί μὴ καὶ περιτέμνονται; ἐπεὶ καὶ ὁ Χριστὸς περιετμήθη. Καὶ τὸ σάββατον κατὰ τὴν ἀρχαίαν παράδοσιν τί μὴ καὶ φυλάττουσι; καὶ ἄκουσον τί Παῦλος πρὸς Γαλάτας φησίν* [24]· *Ἴδε ἐγὼ Παῦλος λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐὰν περιτέμνησθε, Χριστὸς ὑμᾶς οὐδὲν ὠφελήσει. Μαρτύρομαι δὲ πάλιν παντὶ ἀνθρώπῳ περιτεμνομένῳ, ὅτι ὀφειλέτης ἐστὶν ὅλον τὸν νόμον πληρῶσαι. Κατηργήθητε ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, οἵτινες ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε, τῆς χάριτος ἐξεπέσετε. Ἡμεῖς γὰρ πνεύματι ἐκ πίστεως ἐλπίδα δικαιοσύνης ἀπεκδεχόμεθα. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν Παῦλος. Ἐγὼ δὲ μικρόν τι τοῦ ῥητοῦ*[o] *ὑπαλλάξας, εἴποιμι ἂν προσφόρως· ἐὰν ἄζυμα ἐσθίητε, Χριστὸς ὑμᾶς οὐδὲν ὠφελήσει· ὅτι εἰς ἀνάμνησιν ταῦτα ἐνομοθετήθη τῆς ἐξ Αἰγύπτου φυγῆς· οὐχὶ δὲ τοῦ σωτηρίου πάθους αὐτοῦ.*

XII. *Ἀλλ' ὢ τί ἂν καὶ λαλήσω; εὐλογητὸς ὁ θεός, δακρύειν*[p] *μοι ἐπέρχεται, ὅταν ἐνθυμηθῶ, ὅτι κατὰ πάντα, οἷς εὐαρεστεῖται θεός, ἀσφαλῶς βιοῦσθε καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα ἔργοις αὐτοῖς δοξάζετε καὶ στέλλεσθε*

fideles, comedentes in eo pane, qui per Spiritum sanctum mutatus est in carnem Christi, vivimus in eo, ut qui viventem ac deificatam carnem manducemus.

XI. Non enim amplius sumus sub lege, ut et azymum fermentum offeramus; sed sub gratia. Nam sumus novi homines creati in Christo, quandoquidem vetera transierunt, uti Paulus clamat, et facta snnt omnia nova. Qui autem azyma edere volunt, quidni etiam circumciduntur, quum etiam Christus circumcisus sit? Sabbatum quoque secundum antiquam traditionem quare non servant? Et audi, quid Paulus ad Galatas scribens dicat: Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit. Testificor autem rursus omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est universae legis implendae. Evacuati estis a Christo, qui in lege justificamini, a gratia excidistis. Nos enim Spiritu ex fide spem justitiae expectamus. Sed haec quidem Paulus. Ego vero non nihil e dicto immutans extulerim convenienter: Si azyma comedatis, Christus vobis nihil proderit; quoniam haec lege tradita sunt in recordationem fugae ex Aegypto; non autem salutaris passionis.

XII. Sed heu! quid loquar? Benedictus Deus, lacrymae mihi oboriuntur, quoties cogito vos secundum omnia, quae Deus comprobat, firmiter vivere, Christi nomen operibus ipsis glorificare iterque longum ac laboriosum

m) Verba *ἀλλ' ὑπὸ χάριν*, quae paulo infra leguntur, hic subjunguntur in A B E F G H. — n) *προσφερώμεθα* E F. *προσφέρωμεν* B G. — o) „*Al.* *τὸ ῥητόν*". — p) „*Al.* *δάκρυόν*".

21) Ita codex regius 1004, qui omnino similis est codici 1505. In codd. vero 912 et 2473 legitur, *ὑπὸ νόμον, ἀλλ' ὑπὸ χάριν, ἵνα καὶ ἄζυμον ζύμην προσφέρωμεν καινὴ* etc. Nec aliter exemplaria 696, 2622, 1652, 1996. nisi quod duo priora habent, cum 1004 et 1605. *προσφερόμεθα*, posteriora duo, *προσφερώμεθα*. Ceterum pari modo objicit Latinis Nicetus Pectoratus *ἄζυμον ζύμην*, *azymum fermentum*, *infermentatum fermentum*, *fermentum azymi*. hoc est, ut ipsemet, declarat, azymum, quod continet fermentum judaicum, fermentum Pharisaeorum. Quapropter merito irridetur ab Humberto cardinali, qui azymum cum fermento miscuerit.

22) Rom. VI, 14.

23) II. Cor. V, 17.

24) Gal. V, 2, 3, 4, 5.

πορείαν ἐπίπονον[25] καὶ μακρὰν, ἀπ' ἄκρου γῆς κινοῦντες[q] ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλημα εἰς προσκύνησιν τοῦ τιμίου[r] καὶ[r] ζωοποιοῦ τάφου· ἐν ἑνὶ δὲ τούτῳ πρόσκομμα καὶ σκάνδαλον ταῖς τοῦ Θεοῦ ἁγίαις ἐκκλησίαις γίνεσθε, ἅτε τοῦ προεστῶτος τῆς μιᾶς ἐκκλησίας, ἤγουν τοῦ μακαριωτάτου πάπα Ῥώμης οὐ καταδεχομένου τοῖς ἄλλοις πατριάρχαις περὶ τὴν θείαν μυσταγωγίαν ὁμοφρονεῖν[s] καὶ συνέρχεσθαι καὶ μόνου τῶν ἄλλων ἀπαυθαδιαζομένου καὶ τὸ ἴδιον σπεύδοντος ἐπικυροῦν βούλημα.

suscipere, ad extremitate orbis petentes Hierosolyma ad vivifici sepulcri adorationem: in uno autem hoc offendiculum et offensionem sanctis Dei ecclesiis fieri quod videlicet unius ecclesiae praeses, nimirum beatissimus papa Romae, nolit cum caeteris patriarchis circa mysteriorum celebrationem consentire ac convenire solusque erga ceteros contumax propriam nitatur confirmare sententiam.

XIII. Ἵνα δὲ πᾶσαν ἄλλην καταλίπω δικαιολογίαν, δυνατῶς τέως ἔχω ἐν Χριστῷ ἀποδεῖξαι, εἰ εὐμενῶς ἀκούεις, ὅτι ὅτε συνεδείπνησεν ὁ κύριος τοῖς μαθηταῖς πρὸς ἑσπέραν τῇ μεγάλῃ πέμπτῃ, οὔπω ἦν ἄζυμον παρητοιμασμένον[26], ἐπειδὴ[t] τῇ μεγάλῃ παρασκευῇ, καθ' ἣν ἡ ιδ' τεσσαρεσκαιδεκάτη τῆς σελήνης συνέπιπτεν, ἔμελλον Ἑβραῖοι θύειν τὸ πάσχα. Καὶ πρόσχες μοι ἐνταῦθα πᾶσαν ἀφεὶς μετὰ τοῦ φιλονείκου[u] ἔνστασίν τε καὶ ματαίαν πρόληψιν[v]. Οὐ γὰρ νικῆσαι ζητοῦμεν, ἀλλὰ προσλαβεῖν ἀδελφοὺς, ὧν τῷ χωρισμῷ σπαρασσόμεθα. Φησὶ[27] γὰρ ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης ὁ θεολόγος, ὁ καὶ ἀναπεσὼν ἐν τῷ δείπνῳ ἐπὶ τῷ στήθει τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, οὗ τίς ἂν καὶ εἴη ἄλλος μαθητὴς ἀξιοπιστότερος; Πρὸ δὲ τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς, ὅτι ἦλθεν αὐτοῦ ἡ ὥρα, ἵνα μεταβῇ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου πρὸς τὸν πατέρα ἀγαπήσας τοὺς ἰδίους τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ, εἰς τέλος ἠγάπησεν αὐτούς. Καὶ δείπνου γενομένου τοῦ διαβόλου ἤδη βεβληκότος εἰς τὴν καρδίαν Ἰούδα Σίμωνος Ἰσκαριώτου, ἵνα αὐτὸν παραδῷ, εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς, ὅτι πάντα δέδωκεν αὐτῷ ὁ πατὴρ εἰς τὰς χεῖρας καὶ ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐξῆλθε καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ὑπάγει, ἐγείρεται ἐκ[x] τοῦ δείπνου· καὶ τὰ ἑξῆς.

XIII. Ut autem omne aliud omittam argumentum, interim possum in Christo ostendere, modo placide audieris, quando coenaverit Dominus cum discipulis ad vesperam magnae quintae feriae, nondum praeparatum fuisse azymum. Quandoquidem magna parasceue, in quam quartus decimus lunae coincidebat, Hebraei sacrificaturi erant pascha. Atque hic attende mihi dimissa omni contentionis instantia, et vana anticipatione. Non enim vincere desideramus, sed adjungere nobis fratres, quorum separatione convellimur. Ait Ioannes, euangelista ac theologus, qui in coena recubuit supra pectus Domini nostri Jesu Christi, et quis e discipulis alius fide dignior fuerit? Ante diem festum paschae sciens Jesus, quia venit hora ejus, ut transiret ex hoc mundo ad Patrem, cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Et coena facta, cum diabolus jam misisset in cor, ut traderet eum Judas Simonis Iscariotes, sciens Jesus, quia omnia dedit ei Pater in manus et quia a Deo exivit et ad Deum vadit, surgit a coena: et sequentia.

q) „Al. κινούμενοι". — r) om. Cot. „Al. τοῦ τιμίου καὶ". — s) „Al. ὁμοφωνεῖν". — t) Cot. Ἐπεὶ δὲ. „Al. ἐπειδὴ". — u) „Al. φιλόνικον. Al. μετὰ τοῦ φιλονίκου. Al. φιλόνεικον". — v) „Al. πρόσληψιν". — x) om. Cot. „Al. ἐκ τοῦ".

25) Immani errore in Euchologio Goari p. 804, l. 6. διαγωγὴν ἐπίμονον invenies vulgatum, pro ἐπίπονον. COT.

26) Hoc commentum ab Humberto in dialogo inter Rom. et Const. refutatur.

27) Joh. XIII, 1. 2. 3. 4. COT.

XIV. *Τὸ δὲ εἰπεῖν τὸν ἠγαπημένον*[28] *πρὸ τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα καὶ δείπνου γεγενημένου*[y], *φανερῶς παρέστησεν, ὅτι οὐ τῇ πέμπτῃ ἔλαχεν εἶναι τὸ πάσχα. Ἀλλ' οἰκονομία τις γέγονεν, ἵνα ἐπεὶ ἔμελλε τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ παραδοθῆναι, παραδῷ τοῖς μαθηταῖς τῆς θείας μυσταγωγίας τὸ μυστήριον. Καὶ διὰ τοῦτο εἶπεν*[29]· *Ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν. Ὥστε δῆλον ἐντεῦθεν εἶναι, ὅτι οὔπω ἦν, ὡς εἴρηται, τότε παρεσκευασμένον τὸ ἄζυμον, ἀλλ' ἄρτος τὸ παρατεθέν. Πρὸ γὰρ τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα ὁ δεῖπνος*[30] *ἐγένετο, ἐν ᾧ τοῦτον κλάσας ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς καὶ εἶπεν· Λάβετε, φάγετε. Καὶ μαρτυρεῖ τοῦτο πάλιν αὐτὸς ὁ ἠγαπημένος, ἐν οἷς εἴρηκεν*[31]· *Ἄγουσι τὸν Ἰησοῦν ἀπὸ τοῦ Καϊάφα εἰς τὸ πραιτώριον· ἦν δὲ πρωΐ· καὶ αὐτοὶ οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον, ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ' ἵνα φάγωσι τὸ πάσχα.*

XV. *Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς ἐν ἑτέρῳ κεφαλαίῳ λέγει*[32]· *Οἱ οὖν Ἰουδαῖοι, ἵνα μὴ μείνῃ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ τὰ σώματα ἐν τῷ σαββάτῳ, ἐπεὶ παρασκευὴ ἦν — ἦν γὰρ μεγάλη ἡ ἡμέρα ἐκείνη*[z] *τοῦ σαββάτου — ἠρώτησαν*[33] *τὸν Πιλᾶτον,*[a] *ἵνα κατεαγῶσιν αὐτῶν τὰ σκέλη καὶ ἀρθῶσιν· καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις· τούτων οὖν*

XIV. Per id, quod ait dilectus discipulus; Ante diem festum paschae, et: coena facta, aperte ostendit quinta feria non extitisse pascha. Verum dispensatio quaedam facta est; ut, quia nocte illa prodendus erat, discipulis traderet divinae mystagogiae sacramentum. Quapropter dixit Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum. Adeo ut hinc pateat nondum tunc, quemadmodum dixi, praeparatum fuisse azymum, sed quod appositum fuit extitisse panem. Nam ante festum paschae coena contigit, in qua eum panem fregit deditque discipulis aiens: Accipite, manducate. Et hoc iterum testatur idem dilectus his verbis: Adducunt Jesum a Caipha in praetorium: erat autem mane; et ipsi non introierunt in praetorium, ut ne contaminarentur, sed ut manducarent pascha.

XV. Rursusque idem in alio capite dicit: Judaei ergo, ut ne remanerent in cruce corpora sabbato, quoniam parasceue erat, erat enim magnus dies ille sabbati, rogaverunt Pilatum, ut frangerentur eorum crura et tollerentur. His igitur hunc in modum dictis quantum apparet, rursus ante-

y) „*Al. γινομένου*". — z) „*Al. ἐκείνου*". — a) Cot. *Πιλάτον.*

28) Sic emaculandus est locus depravatissimus Georgii Mitylenaei apud Gretserum de cruce c. 1665. C. *ἰδοὺ ὁ υἱός σου ὁ Ἰωάννης ὁ θεολόγος, ὁ ἀγαπημένος μαθητής. αὐτός σε παρηγορήσει καὶ τιμήσει καὶ δοξάσει. παῦσαι τοῦ ὀδυρμοῦ· μήτηρ εἶς ἐμή· ἀλλὰ τὸ ἀπόῤῥητόν μου ἀγνοεῖς· ὅτι τὸν παλαιὸν ἐκεῖνον Ἀδὰμ ἐπείγομαι σῶσαι. ἔχουσα τοίνυν τὸν ἐπιστήθιον φίλον, ἄφες τὴν λύπην. ἀνατίθεμαί σε σὺν αὐτῷ, καὶ εἰς τοὺς ἑτέρους μαθητάς, καὶ ἀξιόλογόν σοι τὸ σέβας καὶ τὴν τιμὴν ποιήσουσιν.* Atque haec dum relego, occurrit *κατὰ συγκυρίαν* breviloquium elegans de dilecto discipulo, sed leviter depravatum, in epistola Alcuini ad abbates et monachos Gothiae, t. 1. miscellaneorum V. Cl. Stephani Baluzii p. 380. *Stabat Johannes, quando Christum cernebat.* minima enim mutatione emendandum *Christus*, quia ad textum evangelii respicitur, Joh. XIX, 26. *Cum vidisset ergo Jesus matrem et discipulum stantem, quem diligebat.* COT.

29) Luc. XXII. 15. COT.

30) *ὁ δεῖπνος* forma vocabuli Byzantina est pro eo, quod dicendum erat: *τὸ δεῖπνον*, ut *ὁ σκότος* et *τὸ σκότος*, *ὁ πλοῦτος* et *τὸ πλοῦτος*.

31) Joh. XVIII, 28. COT.

32) Joh. XIX, 31. COT.

33) In codicibus 696. 912. 1004. 1605 et 2473. subditur, *καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις. τούτων οὖν οὕτως εἰρημένων. et quae adduntur. His ergo hunc in modum prolatis.* MSS. autem 1652. 1996. *καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις, καὶ οὐχ ἅπαξ* etc. *et quae adduntur. Et semel tantum.* Quae autem posui, sunt ex libro 2622. COT.

οὕτως εἰρημένων[b] *ὡς φαίνεται, πάλιν πρὸ τοῦ τελέσαι τὸ πάσχα ἀνὰ μέσον τῶν ἑσπερινῶν, δηλονότι τῇ παρασκευῇ ἑσπέρᾳ, ἐν ᾗ καὶ ἡ τῶν ἀζύμων ἤρχετο ἑορτὴ, προσῆλθον τῷ Πιλάτῳ παρακαλοῦντες, ἵνα ἀρθῶσιν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ τὰ σώματα, ἴσως μή πως φαίνωνται ἀνδροφόνοι ἐν τῇ ἑορτῇ αὐτῶν. Πρόσχες οὖν ἀκριβῶς, ὅτι πρὸ τοῦ πάσχα καὶ τῶν ἀζύμων ὁ δεῖπνος ἐγένετο. Οὔπω γὰρ ἦν ἄζυμον τῇ ἑσπέρᾳ, ἐν ᾗ συνδειπνήσας τοῖς μαθηταῖς ὁ σωτὴρ, ἀλλ' ἄρτος τὸ παρατεθὲν, ὃν κλάσας δέδωκεν αὐτοῖς εἰπών*[34]*· Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν.*

XVI. *Καὶ οὐχ ἅπαξ εἶπεν ἄρτον, ἀλλὰ καὶ πολλάκις. Καὶ οὐχ οὗτος τοῦτο λέγει μόνος, ἀλλὰ καὶ οἱ λοιποὶ τῶν εὐαγγελιστῶν. Καὶ ὁ μὲν Ματθαῖός φησιν*[35]*· Ἐσθιόντων δὲ αὐτῶν, λαβὼν ὁ Ἰησοῦς τὸν ἄρτον (ὁρᾷς ἄρτον καὶ οὗτός φησι) καὶ εὐχαριστήσας ἔκλασε καὶ ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς καὶ εἶπε· Λάβετε, φάγετε. Ὁμοίως δὲ τὰ αὐτὰ καὶ ὁ Μάρκος φησὶ καὶ οἱ λοιποί. Καὶ οὐδαμοῦ ἄζυμον παρ' αὐτοῖς μνημονεύεται. Ἐπεὶ δὲ παθεῖν ἔδει τὸν Χριστὸν κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν τοῦ νομικοῦ πάσχα, καθ' ἣν καὶ ὁ ἀμνὸς παρὰ τῶν Ἰουδαίων ἐθύετο, ἔμελλε γενέσθαι καὶ τὸ πάσχα, παρὰ τῶν θεοκτόνων, παρασκευῇ ἡμέρᾳ, ἐν ᾗ τηνικαῦτα καὶ ἡ τεσσαρεσκαιδεκάτη τῆς σελήνης κατὰ τὸν πρῶτον μῆνα ἐν τῷ ,ςφλδ'*[c] *ἔτει ἐμπεσεῖν ἔτυχε· κύκλος*[d] [36] *γὰρ ἦν ιη' τοῦ ἡλίου, καὶ πέμπτος τῆς σελήνης, ἵνα μὴ παραδοθεὶς οὐ φθάσῃ τὸ οἰκεῖον πάσχα τοῖς μαθηταῖς παραδοῦναι, ἀναπεσὼν*

quam peragerent pascha inter vespertina tempora, nimirum parasceues vespera, in qua azymorum incipiebat festum, accesserunt ad Pilatum et postulaverunt, ut de cruce tollerentur corpora; ne forte, ut videtur, in festo suo homicidae esse conspicerentur. Diligenter ergo attende ante pascha atque azyma coenam peractam esse. Nondum quippe erat azymum in vespera, qua coenavit cum discipulis Salvator, sed quod appositum est, panis fuit, quem cum fregisset, dedit eis dicens: Hoc facite in meam commemorationem.

XVI. Et non semel tantum panem vocavit, imo saepe. Nec solus ille ita loquitur, verum reliqui etiam euangelistae. Matthaeus quidem ait: Coenantibus autem eis accepit Jesus panem (cernis, panem etiam iste appellat) et benedixit ac fregit; deditque discipulis suis et ait: Accipite, comedite. Pari modo eadem Marcus profert ac reliqui. Neque ullibi apud eos azymum commemoratur. Quia porro oportebat Christum pati eodem legalis paschatis die, quo agnus a Judaeis mactabatur et celebrandum fuit pascha a deicidis die parasceues, in quem tunc accidit ut etiam quartus decimus lunae ad primum mensem anno VMDXXXIV. incideret; (erat enim cyclus duodevicesimus solis, lunae quintus) ne forte proditione praeventus non posset discipulis proprium pascha tradere, recumbens in coena ad vesperam quintae feriae, quum coenasset, accepto pane et

b) *Verba καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις. τούτων οὖν οὕτως εἰρημένων*, quae subdunt A B C D, om. Cot. *καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις. καὶ οὐχ ἅπαξ* E F. — c) „*Al. ,ςφλθ'*". — d) *κύκλος μὲν τοῦ ἡλίου κγ', δέκατος δὲ τῆς σελήνης, εἰκοστὴ τρίτη Μαρτίου μηνὸς, ἐπινεμήσεως ιε'. αὐτῇ δὲ τῇ νυκτὶ τῇ φερούσῃ εἰς τὴν εἰκοστὴν τρίτην τοῦ αὐτοῦ μηνὸς παρεδόθη καὶ ὁ κύριος καὶ σταυρωθεὶς δηλονότι τῇ κγ', εἰς ἣν ἑσπέρᾳ τὸ πάσχα τῶν Ἰουδαίων. καὶ ἵνα μὴ* cett.

34) Luc. XXII, 19. COT.

35) Matth. XXVI, 26. COT.

36) MS. 2622. *κύκλος μὲν τοῦ ἡλίου κγ'. δέκατος δὲ τῆς σελήνης, εἰκοστὴ τρίτη Μαρτίου μηνὸς, ἐπινεμήσεως ιε'. αὐτῇ δὲ τῇ νυκτὶ τῇ φερούσῃ εἰς τὴν εἰκοστὴν τρίτην τοῦ αὐτοῦ μηνὸς, παρεδόθη καὶ ὁ κύριος καὶ σταυρωθεὶς δηλονότι τῇ κγ'. εἰς ἣν ἑσπέρᾳ τὸ πάσχα τῶν Ἰουδαίων. καὶ ἵνα μή.* Hoc est, Cyclus quidem solis vigesimus tertius, decimus autem lunae, vigesima tertia dies mensis Martii, indictione 15. *Ea porro nocte ducente ad vigesimum tertium diem ejusdem mensis traditus est dominus et crucifixus videlicet die vigesimo tertio, quo ad vesperam pascha Judaeorum. Et ne forte.* Aliam lectionem confirmant Nicetas et Humbertus. COT.

ἐν τῷ δείπνῳ κατὰ τὴν ὀψίαν τῆς πέμπτης μετὰ τὸ δειπνῆσαι λαβὼν ἄρτον καὶ κλάσας, παρέδωκε τοῖς ἀποστόλοις τὸ μυστήριον τῆς καινῆς διαθήκης ἐν τῇ νυκτὶ τῇ τῆς πέμπτης, ἐν ᾗ καὶ παρεδόθη ὑπὸ τοῦ Ἰούδα, καθὼς γέγραπται.

XVII. Ἀλλὰ τί φησὶ [37] ὁ Λουκᾶς; λαβὼν ἄρτον καὶ εὐχαριστήσας ἔκλασεν. Ἰδοὺ καὶ ὁ Λουκᾶς ἄρτον εἶπε λαβεῖν τὸν Χριστὸν καὶ οὐκ ἄζυμον, οὐ γὰρ ἔτι ἦν τηνικαῦτα, πέμπτης οὔσης ἡμέρας. Τρισκαιδεκαταία γὰρ ἦν ἔτι σελήνη τῇ πέμπτῃ ἐκείνῃ, καὶ οὐκ ἦν ἄζυμον διὰ τὸ μήπω γενέσθαι τὴν ἄρσιν τοῦ ἄρτου. Τὰ γὰρ ἄζυμα τῇ ιε΄ τῆς σελήνης γίνεσθαι νενομοθετημένον ἦν. Τῇ δὲ ιδ΄ τὸν ἀμνὸν καὶ μόνον θύεσθαι. Διὸ καὶ τὴν μὲν ιδ΄ τοῦ πρώτου μηνὸς τῆς σελήνης πάσχα προσαγορεύει ὁ νόμος, τὴν δὲ ιε΄ πρώτην τῶν ἀζύμων καὶ σάββατον ὀνομάζει. [Φεῦ τῆς ἀνοίας τοῦ ἀγραμμάτου.][e] [38] Καὶ οὐκ ἦν ἄζυμα κατὰ τὴν πέμπτην ἐκείνην, τρισκαιδεκαταίας οὔσης τῆς σελήνης. Κατὰ γὰρ τὴν ιε΄ αὐτῆς νενομισμένον ἦν τὰ ἄζυμα γίνεσθαι, ὥσπερ καὶ τὸν ἀμνὸν κατὰ τὴν ιδ΄ θύεσθαι, καθ᾽ ἣν ἐθύθη ὁ Χριστὸς ὁ ἀμνὸς [39] τοῦ θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. Εἰ δὲ Χριστὸς ἐθύθη καὶ ἐσταυρώθη τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῆς σελήνης κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς παρασκευῆς, τὸ δὲ σάββατόν ἐστι τῶν ἀζύμων ἡ ἑορτή, πότε τὰ ἄζυμα ἔφαγε καὶ πότε ταῦτα τοῖς ἀποστόλοις ποιεῖν ἐν τῇ καινῇ διαθήκῃ παρέδωκεν; ὅτι τὰ ἄζυμα λέγετε, παρὰ τῶν ἀποστόλων ποιεῖν παρελάβομεν. Μὴ μετὰ τὸ ἀναστῆναι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν; οὐχ ὁρᾶτε πῶς προδήλως ἐκ τῶν πραγμάτων ἐλέγχεσθε;

XVIII. Τούτων οὖν οὕτως εἰρημένων, ἔχεις τι πρὸς ταῦτα ἀντιθεῖναι; ἰδοὺ γάρ, δέδεικται προφανῶς, ὅτι πρὸ τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα ὁ δεῖπνος ἐγένετο, ἄζυμα δὲ οὐκ ἦν νόμιμον

fracto Apostolis tradidit mysterium novi testamenti, nocte quinti ejusdem, quo per Judam traditus est, quemadmodum referunt sacrae litterae.

XVII. Sed quid etiam eloquitur Lucas? Et accepto pane gratias egit et fregit. Ecce Lucas pariter Christum dixit accepisse panem, non azymum. Non enim jam tunc temporis aderat, cum esset quintus dies. Si quidem quinto illo tertia decima luna etiam erat nec azymum comparebat, quod nondum panis sublatio facta erat. Nam lege praceptum fuit, ut azyma quinto decimo lunae fierent, at quarto decimo dumtaxat agnus mactaretur. Unde quartum decimum quidem primi mensis lunae lex pascha nuncupat, quintum decimum vero nominat primum azymorum et sabbatum. [Heu dementiam illiterati.] Neque erant azyma per illam quintam feriam, quandoquidem luna tertium decimum agebat diem. Scilicet sollemnis mos erat quinto decimo lunae azyma confici, ut et agnum quarto decimo mactari, quo mactatus est Christus agnus Dei, qui tollit peccatum mundi. Quod si Christus mactatus fuit et cruci affixus lunae quarto decimo parasceues die, sabbatum vero festum azymorum est; quandonam azyma comedit? et quando Apostolis, ut ea facerent, in novo testamento tradidit? Quia dicitis azyma facere accepimus ab Apostolis. Num postquam resurrexit a mortuis? Nonne videtis, quam aperte rebus ipsis convincamini?

XVIII. His ergo hunc in modum probatis habesne, quod ad ea opponas? Ecce ostensum est manifesto ante festum paschatis accidisse coenam; at azyma comedi ante pascha non

e) Verba uncis inclusa „*desunt ab alio*" nec ferri hic possunt.

37) Luc. XXII, 19. COT.
38) Glossema manifestum. COT.
39) Joh. I, 29. COT.

πρὸ τοῦ πάσχα ἐσθίεσθαι. Ἐκθήσομαι[f][40] *δέ σοι καὶ πρὸς ἀναντίῤῥητον πίστωσιν τοῦ προκειμένου λόγου, κεφάλαιον ἕτερον τοῦ αὐτοῦ εὐαγγελιστοῦ, ἔχον ὡς καὶ αὐτὸς ὁμολογήσεις, οὕτως· βέβαιον γάρ, ὅτι τὰ παρ' ἡμῖν εὐαγγέλια τὰ αὐτὰ καὶ παρ' ὑμῖν*[g] *ἀπαραλλάκτως ἐστί*[41]. *Ταῦτα εἰπὼν ὁ Ἰησοῦς, ἐταράχθη τῷ πνεύματι καὶ ἐμαρτύρησε καὶ εἶπεν· Ἀμὴν, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με. Ἔβλεπον οὖν πρὸς ἀλλήλους οἱ μαθηταὶ ἀπορούμενοι περὶ τίνος λέγει. Ἦν δὲ ἀνακείμενος εἷς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ Ἰησοῦ, ὃν ἠγάπα ὁ Ιησοῦς. Νεύει οὖν τούτῳ Σίμων Πέτρος πυθέσθαι, τίς ἂν εἴη περὶ οὗ λέγει.. Ἐπιπεσὼν δὲ ἐκεῖνος ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Ἰησοῦ, λέγει αὐτῷ, Κύριε*[42] *τίς ἐστιν*[h]*; ἀποκρίνεται*[i] *ὁ Ἰησοῦς· ἐκεῖνός ἐστιν, ᾧ ἐγὼ βάψας τὸ ψωμίον ἐπιδώσω. Καὶ ἐμβάψας τὸ ψωμίον δίδωσιν Ἰούδᾳ Σίμωνος Ἰσκαριώτῃ. Καὶ μετὰ τὸ ψωμίον τότε εἰσῆλθεν εἰς ἐκεῖνον ὁ Σατανᾶς. Λέγει οὖν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· ὃ ποιεῖς, ποίησον τάχιον. Τοῦτο δὲ οὐδεὶς ἔγνω τῶν ἀνακειμένων, πρὸς τί εἶπεν αὐτῷ. Τινὲς γὰρ ἐδόκουν, ἐπεὶ τὸ γλωσσόκομον εἶχεν ὁ Ἰούδας, ὅτι λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, ἀγόρασον ὧν χρείαν ἔχομεν εἰς τὴν ἑορτήν.*

erat ex legis praescripto. Ceterum ad certissimam probationem propositae doctrinae exponam tibi et aliud ejusdem euangelistae caput, quod ita se habet, prout ipse etiam fateberis: constat quippe euangelia, quibus utimur, eadem sine ullo discrimine esse apud vos. Cum haec dixisset Jesus, turbatus est spiritu et protestatus est et dixit: Amen, Amen dico vobis, quia unus ex vobis tradet me. Aspiciebant ergo adinvicem discipuli haesitantes, de quo diceret. Erat ergo recumbens unus ex discipulis ejus in sinu Jesu, quem diligebat Jesus. Innuit ergo huic Simon Petrus, ut interrogaret, quisnam esset, de quo diceret. Itaque cum recubuisset ille supra pectus Jesu, dicit ei: Domine, quis est? Ille est, cui ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxisset panem, dedit Judae Simonis Iscariotae. Et post buccellam tunc introivit in eum Satanas. Et dicit ei Jesus: Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo scivit discumbentium, ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant, quia loculos habebat Judas, quod dixisset ei Jesus: Eme ea, qua opus sunt nobis ad diem festum.

XIX. *Καὶ τοῦ εὐαγγελιστοῦ οὕτω ταῦτα διατρανοῦντος, πῶς οὐκ ἂν εἴη καὶ τυφλῷ δῆλον, ὅτι πρὸ τοῦ νομικοῦ πάσχα ὁ δεῖπνος ἐγένετο; ἐκ*[43] *γὰρ τοῦ εἰπεῖν αὐτὸν·*[k] *τινὲς*[l] *γὰρ ἐδόκουν, ἐπεὶ τὸ γλωσσόκομον εἶχεν ὁ Ἰούδας, ὅτι λέγει αὐτῷ ὁ Ιησοῦς, ἀγόρασον ὧν χρείαν ἔχομεν εἰς τὴν ἑορτὴν*[l]*, ἐναργῶς ἀπέδειξε τὸν καιρὸν καθ' ὃν ὁ κύριος συνεδείπνησε*

XIX. Quae cum euangelista sic patefaciat, quo modo non fiet vel caeco clarum ante pascha legale coenam factam esse? Nam per ista verba: Quidam enim putabant, quia loculos habebat Judas, quod dixisset ei Jesus: Eme ea, quae opus sunt nobis ad diem festum, evidenter ille tempus ostendit, quo Dominus coenavit cum discipulis. Nullam

f) Verba *ἐκθήσομαι — ἀναφθεγξάμενος* (cap. XXI) absunt a F H. — g) „*Al. παρὰ Ρωμαίοις.* — h) *ὁ παραδιδούς σε;* add. B G. — i) *ἀπεκρίνατο.* B G. — k) *αὐτῷ* B G. iidem libri add. *τὸν Ἰησοῦν· ὃ ποιεῖς, ποίησον τάχιον.* — l) Verba a *τινὲς* inde usque ad voc. *ἑορτήν* om. A B G.

40) *ἐκθήσομαι* etc. usque ad *ἀναφθεγξάμενος* p. 129. C. [cap. 21] absunt a MSS. 1996. 2622. COT.

41) Joh. XIII, 21—29. COT.

42) Cod. 912. 2473. *κύριε τίς ἐστιν ὁ παραδιδούς σε. ἀποκρινατο ὁ Ἰησοῦς.* Domine, quis est, qui tradet te? Respondit Jesus. Joh. XXI, 20. COT.

43) Lib. reg. 912. 2473. *εἰπεῖν αὐτῷ τὸν Ἰησοῦν· ὃ ποιεῖς, ποίησον τάχιον· ἐναργῶς* etc. At 696 *εἰπεῖν αὐτὸν ἐναργῶς* etc. *μαθηταῖς, πρὸ τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα. μὴ οὖν.*

τοῖς μαθηταῖς[m]. *Μὴ οὖν ἐνδοιασμόν*[n] *τινα καὶ ἀμφιβολίαν περὶ τοῦ καιροῦ τὰ παρὰ τοῖς ἄλλοις εὐαγγελισταῖς εἰρημένα ἐμποιείτω*[o] *σοι· ἤγουν παρὰ μὲν τῷ Ματθαίῳ·*[44] *τῇ δὲ πρώτῃ τῶν ἀζύμων προσῆλθον οἱ μαθηταὶ τῷ Ἰησοῦ λέγοντες αὐτῷ· Ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ πάσχα; Παρὰ δὲ τῷ Μάρκῳ·*[45] *Καὶ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῶν ἀζύμων, ὅτε τὸ πάσχα ἔθυον, λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· Ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν*[p] [46] *σοι φαγεῖν τὸ πάσχα; καὶ παρὰ τῷ Λουκᾷ· Ἦλθε δὲ ἡ ἡμέρα τῶν ἀζύμων, ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι τὸ πάσχα. Καὶ ἀπέστειλε Πέτρον καὶ Ἰωάννην εἰπών· πορευθέντες ἑτοιμάσατε ἡμῖν τὸ πάσχα, ἵνα φάγωμεν.*

XX. *Τὰ δὲ ῥητὰ ταῦτα τῶν τριῶν εὐαγγελιστῶν οὐκ ἐναντίωσίν τινα καὶ διαφωνίαν ἔχει πρὸς τὸ ῥητὸν τοῦ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου εἰπόντος· Πρὸ δὲ τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα καὶ τὰ ἑξῆς. Πρώτην γὰρ τῶν ἀζύμων δίδωσιν ἡμῖν ἐννοεῖν τὰ θεῖα εὐαγγέλια, τὴν δεκάτην τοῦ πρώτου μηνός, προπαρασκευήν τινα οὖσαν τοῦ πάσχα, μετὰ καὶ τῶν ἄλλων τριῶν ἡμερῶν, ἤγουν τῆς ἑνδεκάτης, τῆς δωδεκάτης καὶ τῆς τρισκαιδεκάτης, καθὼς ἐν τῇ βίβλῳ τῆς ἐξόδου*[47] *ἀναγέγραπται· Εἶπεν κύριος πρὸς Μωσῆν· ὁ μὴν οὗτος ὑμῖν ἀρχὴ μηνῶν, πρῶτος ἔσται ὑμῖν ἐν τοῖς μησὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ. Λάλησον πρὸς πᾶσαν συναγωγὴν υἱῶν Ἰσραὴλ λέγων· τῇ δεκάτῃ τοῦ μηνὸς τούτου λαβέτωσαν ἕκαστος πρόβατον κατ' οἴκους πατριῶν, πρόβατον κατ' οἰκίαν. Καὶ μετ' ὀλίγον· Καὶ ἔστω ὑμῖν διατετηρημένον, ἕως τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης τοῦ μηνὸς τούτου. Ὁ γὰρ παρ' ἡμῖν δύναται ἡ λεγομένη μεγάλη ἑβδομάς, ἑτοιμασία τις οὖσα καὶ προεόρτιος τῶν τε ἁγίων παθῶν καὶ τῆς τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως, τοῦτο καὶ*

ergo tibi pariant de eo tempore difficultatem ac dubitationem, quae apud ceteros euangelistas dicta sunt: nempe apud Matthaeum quidem: Prima autem die azymorum accesserunt discipuli ad Jesum dicentes ei: Ubi vis paremus tibi comedere pascha? apud Marcum autem: Et primo die azymorum, quando pascha immolabant, dicunt ei discipuli ejus: Quo vis eamus et paremus tibi, ut manduces pascha? apud Lucam vero: Venit autem dies azymorum, in qua necesse erat occidi pascha. Et misit Petrum et Ioannem dicens: Euntes parate nobis pascha, ut manducemus.

XX. Haec trium euangelistarum dicta, nullam habent repugnantiam et dissonantiam cum dicto isto Ioannis euangelistae: Ante vero festum paschae, et quae deinceps. Si quidem per primum diem azymorum divina euangelia dant nobis diem decimum mensis primi ad intelligendam, utpote proparasceuen quandam paschae, una cum aliis tribus diebus, undecimo, duodecimo, tertio decimo, quemadmodum in exodi libro descriptum est: Dixit Dominus ad Mosem: Mensis hic vobis principium mensium, primus erit vobis in mensibus anni. Loquere ad omnem synagogam filiorum Israël dicens: Decima mensis hujus sumat unusquisque pecus, per domos patriarum, pecus per domum. Paucisque interjectis: Et sit vobis conservatum usque ad quartam et decimam mensis hujus. Quod enim apud nos valet, quae dicitur magna hebdomas, quae est velut praeparatio et antefestum sanctae passionis atque a mortuis resurrectionis Domini et Servatoris nostri Jesu Christi, id apud Hebraeos ex lege et

m) *πρὸ τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα* add. A. — n) Cot. *ἐνδιασμόν*. „*Al· ἐνδοιασμόν*". — o) Cot. *ἐμποιήτω*. — p) „*Al.* inser. *ἀπελθόντες*".

44) Matth. XXVI, 17. COT.
45) Marc. XIV, 12. COT.
46) Luc XXII, 7, 8. COT.
47) Exod. XII, 1, 2, 3, 6. COT.

παρ' Ἑβραίοις ἡ τετρὰς ἐκείνη τῶν ἡμερῶν, προπαρασκευή τις οὖσα τοῦ νομικοῦ πάσχα νενόμισто.

XXI. *Καὶ οἱ μὲν ἄλλοι εὐαγγελισταὶ προαπελθόντες οὐκ ἔφθασαν ἐντυχεῖν τῷ εὐαγγελικῷ κηρύγματι τοῦ θεολόγου Ἰωάννου. Οὗτος δὲ μακροβιώτατος γεγονὼς ἐνέτυχε τοῖς ἐκείνων συντάγμασι καὶ πρὸς τῷ τέλει τῆς ἑαυτοῦ βιοτῆς ἐν Πάτμῳ τῇ νήσῳ θεόθεν κινηθεὶς ἐπὶ Δομετιανοῦ βασιλέως τὸ κατ' αὐτὸν ἅγιον εὐαγγέλιον συνεγράψατο πολλὰ τῶν παρ' ἐκείνοις ἀσαφῶς εἰρημένων καὶ παραλελειμμένων (οἷον τὸ θαῦμα τοῦ Λαζάρου*[48], *τὸν καιρὸν τοῦ δείπνου, καί τινα ἄλλα) τρανώσας καὶ σαφηνίσας καὶ μεγαλοφώνως ἀναφθεγξάμενος. Καὶ παύσασθε διὰ τὸν θεὸν πρὸς οὕτω φανερὰν ἀλήθειαν ἀντιβαίνοντες· καὶ ὃ ποιεῖν οἱ τῆς ἐκκλησίας τρόφιμοι παρελάβομεν, τοῦτο καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε τοῖς τέσσαρσιν ἱεροῖς πατριάρχαις ἑπόμενοι, ὅτι*[49] *τῶν πλειόνων ἡ ψῆφος κρατεῖ· εἷς δὲ, οὐδείς· ἀγαθοὶ*[50] *δὲ οἱ δύο ὑπὲρ τὸν ἕνα. Ἔνθα δὲ τέσσαρες ὁμοφρονοῦντες*[q][51] *τῷ αὐτῷ στοιχοῦσι, τίς*

consuetudine erat quaternitas illa dierum, i. e. proporasceue quaedam pascha legalis.

XXI. Et ceteri quidem euangelistae, qui prius vita excesserint, non pertigerunt ad euangelicam praedicationem Ioannis Theologi. Hic vero cum admodum longaevus exstiterit, illorum vidit volumina et sub vitae finem, in Patmo insula divinitus motus, sanctum euangelium suum Domitiano imperante conscripsit, multa quae illi aut obscurius retulerant, aut omiserant penitus, veluti miraculum Lazari, tempus coenae aliaque nonnulla explanans, manifestans, magna voce prolocutus. Desinite, per Deum oro, adversus adeo manifestam veritatem repugnare quodque nos ecclesiae alumni faciendum accepimus, hoc vos etiam facite; quatuor sacros patriarchas secuti quoniam plurium suffragium praevalet; unus vero, nullus; boni autem duo super unum. At ubi quattuor una voce ac sententia idem sectantur, quis ambigit, quin Deus inter ipsos assistat? quemadmodum ait

q) „*Al.* ὁμοφωνοῦντες".

48) Quod Lazari miraculum dum enarrat Origenes ad Joh. XI, 34. utitur verbo ignorabili, *κιρήσαντι*, si fides libris editis. Verum ego illis nequaquam credo; quem scribi debere *ἀκούσαντι*, persuadet quod praecedit, *ὡς οὐδέπω γενομένῳ ὀξυηκόῳ. ut ei qui nondum acumine praeditus esset audiendi.* Itaque velim, *ἵνα μὲν αὐτῷ Χριστὸς φωνῇ μεγάλῃ εἴπῃ κραυγάσας τῷ μετὰ τὸ ἀποθανεῖν ἀκούσαντι μὲν, οὐκ ὀξέως δὲ, καὶ διὰ τοῦτο δεομένῳ τῆς Ἰησοῦ κραυγῆς, τὸ Λάζαρε, δεῦρο ἔξω, ut Christus ipsi, post mortem quidem audienti, non tamen acute, ideoque opus habenti Jesu clamore, clamans dicat magna voce, Lazare, veni foras.* Legito p. 349. et judicio tuo utere. Supositicius Chrysostomus in quatriduanum Lazarum t. 7. Anglicanae edit. p. 531. l. 8. 9. *τετραήμερον σῶμα μετὰ τῆς ἐνταφίου τοῖς ζῶσι συγχορεῦον αἰσθητός.* Emend. *ἐσθῆτος*. deleta conjectura marginali omnino improbabili: *Quatriduanum corpus, cum veste sepulcrali una cum viventibus choros celebrans.* COT.

49) Sumptum ex canonibus, Nicaeno 6. et Antiocheno 19. ubi consulendi interpretes. Atque ad illa decreta respiciebat imperator Constantius, cum ad Liberium papam his verbis uteretur: *τῶν γὰρ πλειόνων ἐπισκόπων ἡ ψῆφος ἰσχύειν ὀφείλει.* Hist. eccl. Theoderiti lib. I. c. 16. Errato autem memoriae evenit, ut ab Anastasio in Hodego c. 13. p. 272. et in fine operis, canonibns apostolicis imputetur sententia. Ait priori loco, *νόμος γάρ ἐστιν ἐξ ἀποστολικῶν κανόνων, ὁ ἐπιτρέπων τῆς* (f. vacat, vel aliquid deest) *τῶν πλειόνων μαρτυριῶν, ἢ χρήσεων εἶναι τὸν ψῆφον ἐπὶ παντὶ ζητήματι καὶ δόγματι συντείνοντι εἰς Χριστόν.* Posteriori autem, *τῶν πλειόνων γὰρ ἰσχύει ἡ ψῆφος ἐπὶ παντὶ πράγματι· καθὼς οἱ κανόνες τῶν ἁγίων ἀποστόλων Χριστοῦ διετάξαντος.* Michaël Glycas de processione spiritus sancti, citatus per Allatium, de utriusque ecclesiae consensione c. 917. *ἐπὶ πᾶσι τῶν πλειόνων ἡ ψῆφος κρατεῖν εἴωθεν.* In disceptatione Johannis Plusiadeni pro concilio Florentino t. 1. Graeciae orthodoxae p. 619. *εἷς οὐδείς· τῶν πλειόνων ἡ ψῆφος νικᾷ.* Praefatio Theodoriti ad Psalmos, *κρατείτω δὲ ὅμως τῶν πλειόνων ἡ ψῆφος.* COT.

50) Eccl. IV, 9. COT.

51) *ὁμοφρονοῦντες* et *ὁμοφωνοῦντες* marginis varietas frequens in codicibus manu exaratis; interdum absque

ἀμφιβάλλει μὴ καὶ θεὸν ἐν αὐτοῖς παρεῖναι; καθά φησιν[52] *ὁ Χριστός· ὅπου εἰσὶ δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι ἐν*[r] *τῷ ἐμῷ ὀνόματι, ἐκεῖ εἰμὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν.*

XXII. *Καὶ διὰ τοῦτο παρακαλῶ*[s], *συμβῶμεν ἀλλήλοις πνευματικῶς καὶ γενώμεθα φιλάδελφοι μᾶλλον ἢ φίλαυτοι. Οὐ γὰρ πρὸς Χριστοῦ ἢ τῶν ἀποστόλων τὰ ἄζυμα ἐσθίειν ἢ προσκομίζειν ἐδιδάχθημεν, ἐπεὶ οὐδὲ Χριστὸς αὐτὸς κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους αὐτοῦ, ὡς ἤδη προλαβόντες εἴπομεν, ἔφθασε φαγεῖν τὰ ἄζυμα μήπω παρὰ τῶν Ἰουδαίων ἑτοιμασθέντα, ὡς εἴρηται· οὔτε οἱ ἀπόστολοι πάλιν παρέδωκαν, ὃ οὐ παρέλαβον. Μετὰ γὰρ τὸ δειπνῆσαι, φασὶν οἱ εὐαγγελισταὶ*[53], *παρέδωκε διὰ τοῦ ἄρτου τὸ μυστήριον τῆς καινῆς διαθήκης εἰπών· Ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τὸ πάσχα τοῦτο φαγεῖν μεθ' ὑμῶν*[t] [54], *τῆς ὥρας δηλονότι φθασάσης τοῦ πάθους αὐτοῦ.*

XXIII. *Οἱ δὲ τῶν ἀζύμων μετέχοντες κινδυνεύουσι λανθανόντως*[55] *εἰς τὴν τοῦ Ἀπολλιναρίου περιπίπτειν αἵρεσιν. Ἐκεῖνος γὰρ σῶμα μόνον ἄψυχον καὶ ἄνουν ἐτόλμησεν εἰπεῖν λαβεῖν τὸν υἱὸν καὶ λόγον τοῦ θεοῦ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, ἀρκεῖν λέγων ἀντὶ ψυχῆς καὶ νοὸς τὴν θεότητα. Καὶ οἱ τὰ ἄζυμα προσκομίζοντες νεκρὰν σάρκα καὶ οὐχὶ ζῶσαν προσφέρουσιν. Ἡ γὰρ προζύμη ἀντὶ ψυχῆς τῷ*[u] *φυράματι γίνεται καὶ τὸ ἅλας ἀντὶ τοῦ νοός, ἃ μὴ ἔχον τὸ ἄζυμον πῶς οὐκ ἄψυχόν ἐστι καὶ νεκρὸν καὶ τῷ ὄντι νεκροποιόν; ὁ γὰρ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, τέλειος ὢν θεὸς*

Christus: Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.

XXII. Quapropter obsecro, conveniamus inter nos spiritualiter malimusque fratrum quam nostri amantes esse. Non enim a Christo aut Apostolis azyma comedere, vel offerre edocti sumus: quandoquidem neque Christus ipse tempore passionis suae, ut dicere occupavimus, pervenerit ad manducationem azymorum, nondum scilicet a Judaeis paratorum, prout dictum est, neque rursus Apostoli hoc tradiderunt, quod non acceperant. Quum enim coenasset, inquiunt euangelistae, per panem tradidit sacramentum novi testamenti et dixit: Desiderio desideravi pascha hoc manducare vobiscum: nempe adventante hora passionis suae.

XXIII. Qui autem azyma sumunt, in periculum incurrunt clam delabendi ad Apollinaris haeresim. Siquidem ille ausus est affirmare corpus solum animae mentisque expers assumptum fuisse per Verbum et Filium Dei de sancta virgine contenditque divinitatem sufficere loco animae ac mentis. Item qui azymis in missa utuntur, carnem mortuam, non autem viventem offerunt. Fermentum namque pro anima fit massae et sal pro mente, quibus azymum cum careat, qua ratione non erit inanimatum, mortuum ipsaque re mortiferum? Etenim Dominus

r) „*Al. ἐπὶ τῷ ὀνόματι μου*". — s) „*Al. inser. ἵνα*". — t) *πρὸ τοῦ με παθεῖν* add. BG. — u) „*All. ἐν τῷ*".

dispendio sensus, ut hic et s. n. 8. 12. et in Theodorito t. 4. p. 157. A. magno interdum cum errore. Pachymerae paraphrasis ad cap. 4. Dionysii de divinis nominibus n. 31. *συμφωνία, πολυμιγέων καὶ δίχα φρονεόντων ἕνωσις λέγεται.* Imo vero, *φωνεόντων*. *Consonantia multorum varie mixtorum et seorsim sonantium unio dicitur.* Chrysostomus orat. 1. de incomprehensibili Dei natura p. 332. t. 1. *καὶ φρονεῖ μέν, οὐδὲν δὲ διηρθρωμένον.* Haud dubie *φωνεῖ*. *Puer vocem quidem edit, sed nullatenus articulatam.* COT.

52) Matth. XVIII, 20. COT.

53) Luc. XXII, 20, 15.

54) Addunt codd. 912. 2473. *πρὸ τοῦ με παθεῖν*, *antequam patiar*. Luc. XXII, 15.

55) Citatur hunc in modum a doctissimo Cambefisio auctarii II. col. 437. *πλανῶντες εἰς τὴν Ἀπολλιναρίου περιπίπτειν αἵρεσιν.* *ne errore in Apollinarii incidant haeresim.*

καὶ τέλειος ἄνθρωπος, διπλοῦς τὴν φύσιν, ἀλλ' οὐ τὴν ὑπόστασιν, σῶμα ἔμψυχόν τε καὶ ἔννουν ἐκ τῆς ἀειπαρθένου προσλαβόμενος διὰ τελείου ἄρτου εἰκότως παρέδωκε τὸ τῆς καινῆς διαθήκης μυστήριον εὐλογήσας αὐτὸν καὶ κλάσας καὶ εἰπών· Λάβετε, φάγετε, ὅς ἐστιν ὁ ἐπουράνιος ἄρτος καὶ ζωτικὸς καὶ ζωὴν διδοὺς τοῖς ἐσθίουσιν αὐτόν· καθὼς ὁ Χριστὸς ἐπηγγείλατο λέγων[56]· ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα καὶ πίνων μου τὸ αἷμα ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ.

noster Jesus Christus, perfectus Deus et perfectus homo, duplex natura, at non subsistentia quique corpus anima menteque praeditum ex ea, quae semper virgo fuit, assumpsit, merito per panem perfectum tradidit novi testamenti sacramentum, quem benedixit fregitque dicens: Accipite, manducate: qui est panis coelestis, vitalis vitamque largiens comedentibus eum, sicut Christus promisit hoc sermone: Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in illo.

XXIV. Εἰ δὲ καὶ πρὸς τὴν τῶν εἰρημένων δύναμιν δυσανασχετεῖτε καὶ φιλονείκως[v] διενίστασθε παρὰ τῶν ἁγίων λέγοντες ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου τὴν τῶν ἀζύμων παράδοσιν παραλαβεῖν, συνερχόμεθα κἂν τούτῳ τῇ ὑμετέρᾳ ἀδελφότητι, καὶ δείξομεν σὺν θεῷ τινὰ τῶν παρὰ τῶν ἀποστόλων παραδοθέντων, ὑπ' ἐκείνων αὐτῶν πάλιν διορθωθέντα[x] καὶ μεταποιηθέντα πρὸς τὸ εὐσεβέστερον· οἷα τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως κρατυνομένης καὶ τῆς ἐκκλησίας θεοῦ χάριτι στερεουμένης καὶ πλατυνομένης. Καὶ τὸ σάββατον γὰρ ἴσα[y] τῇ ἁγίᾳ κυριακῇ προσετάγημεν τιμᾶν καὶ φυλάττειν καὶ μηδὲν ἐν αὐτῷ ἐργάζεσθαι, ἀλλὰ τοῦτο νῦν οὐ γίνεται. Καὶ Πέτρος δὲ τοὺς ἐξ ἐθνῶν προσερχομένους τῇ ἀμωμήτῳ πίστει τῶν Χριστιανῶν τὸ πρῶτον περιέτεμνε καὶ οὕτως ἐβάπτιζε[z] [57]· καὶ Παῦλος δὲ τὸν Τιμόθεον περιέτεμεν. Ἀλλὰ καὶ οἱ κατηχούμενοι τριακονταετεῖς ἐβαπτίζοντο. Καὶ ἄλλας τινὰς νομικὰς παρατηρήσεις οἱ πιστεύοντες ἐφύλαττον. Καὶ ἀρχιερεῖς γυναιξὶ συνεζεύγνυντο. Ἀλλ' οὐδὲν ἄρτι τοιοῦτον ἐμπολιτεύεται τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας, ὡς εἴρηται, ἰσχυροποιουμένης καὶ προκοπτούσης ἐπὶ τὸ ἐντελέστερον.

XXIV. Quod si adversus allatorum vim aegre ferentes contentionis amore obsistitis asseveratisque vos a sanctis Apostolis Petro et Paulo accepisse azymorum traditionem, in eo quoque cum vestra fraternitate congredimur et Deo adjuvante probabimus nonnulla eorum, quae ab Apostolis tradita sunt, per ipsos eosdem postea correcta fuisse et ad majorem pietatem translata, quia fides in Christum corroborata est et ecclesia per Dei gratiam firmata atque dilatata. Etenim sabbatum pari honore cum dominica prosequi jussi sumus et servare nihilque eo die operari, verum hoc nunc nequaquam observatur. Ad haec Petrus eos, qui ex gentibus accedebant ad inculpatam Christianorum fidem, primum circumcidebat, deinde baptizabat, itemque Paulus circumcidit Timotheum. Quinetiam catechumeni annum agentes tricesimum baptizabantur. Aliae nonnullae legales observationes a fidelibus custodiebantur. Pontifices cum uxoribus copulabantur. Nunc porro nihil ejusmodi in usu est, quoniam sancta Dei ecclesia (jam dictum fuit) robore crevit atque ad perfectiorem provenit statum.

XXV. Καὶ τί θαυμαστὸν ἢ ξένον, εἰ τηνικαῦτα μὲν οἱ μαθηταὶ ἐν ἀρχῇ τοῦ κηρύγματος τῇ τῶν πολλῶν ἀσθενείᾳ συγκαβαίνον-

XXV. Et quid mirum aut novum, si tunc temporis, cum inciperet euangelii praedicatio, discipuli multorum infirmitati sese

v) „All. φιλονίκως". — x) „Al. ἀναιρεθέντα". — y) Cot. ἴσα. — z) Hucusque A.

56) Johan. VI, 56. COT.

57) Hucusque liber regius 696. COT.

τες τινὰ τῶν ἐθίμων αὐτοῖς συνεχώρησαν τελεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν τῇ κατὰ μικρὸν πάντως ὑφαιρέσει σοφῶς ὑπαλλάττοντες αὐτοὺς καὶ μετάγοντες ἐπὶ τὸ εὐαγγέλιον ἤδη γεγυμνασμένους πρὸς εὐπείθειαν; μηδὲ γὰρ ἂν πτόρθον λοξὸν ἐνεγκεῖν ἀθρόαν μετάκλισιν καὶ βίαν χειρὸς ἀπευθυνούσης· ὥς τις τῶν καθ' ἡμᾶς ἔφη θεολόγων[58]*· θᾶττον μὲν τ' ἄν*[a] *πληγῆναι, ἢ ὀρθωθῆναι. Καὶ διὰ τοῦτο, ὡς εἴρηται, πρὸς καιρὸν μὲν συνεχωρήθη τὰ ἄζυμα, ὅτι μεγάλη τις ἦν Ἑβραϊκὴ τότε εἰς Ῥώμην, καθὼς ἡ βίβλος τῶν πράξεων τῶν ἀποστόλων διασαφεῖ. Ἔπειτα δὲ ἡνίκα καιρὸς, κατελύθη*[b] *καὶ ταῦτα. Ὅπερ καὶ ἐπὶ Μωϋσέως ὁρᾶται παρὰ θεοῦ οἰκονομούμενον συγχωρήσαντος μὲν τὰς θυσίας τέως τοῖς Ἑβραίοις, ἵνα ἐγκαταστήσῃ θεόν· ἔπειτα δὲ ἡνίκα καὶ τοῦτο κατωρθώθη*[c]*, καταλύσαντος αὐτὰς ὕστερον. Ἀρκεῖ*[60] *μοι ταῦτα πρὸς ἄνδρα πλήρη τυγχάνοντα πνεύματος ἁγίου καὶ συνέσεως πνευματικῆς. Δίδου γάρ, φησὶ*[61]*, σοφῷ ἀφορμὴν καὶ σοφώτερος ἔσται*[d] [62]*.*

XXVI. *Πρὸ καιροῦ δὲ ἐν ἀρχῇ τῆς ἀρχιερωσύνης μου συστατικὴν ἔστειλα γραφὴν πρὸς τὸν μακαριώτατον πάπαν Ῥώμης πέμψας αὐτὴν διά τινος τῶν κατ' εὐχὴν ἀπερχομένων*

accommodantes permiserunt illis, ut nonnullas consuetudines suas retinerent, scilicet per perfectam subtractionem paullatim factam sapienter immutante, illos ac traducentes ad euangelium, jam ad obtemperationem exercitatos? Neque enim ramus obliquus ferre potest subitam reflexionem vimque manus ad rectitudinem ducentis, quemadmodum e nostris theologis quidam pronunciavit; citius quippe rumpetur, quam rectus fiet. Ideo, ut dictum est, ad tempus concessa erant azyma, quoniam ingens tunc Hebraeorum multitudo Romam incolebat, quod liber actuum Apostolorum indicat. Postea autem, in tempore, haec etiam sublata sunt. Eandemque Dei dispensationem in Moyse cernere est, qui Hebraeis interim quidem sacrificia permisit, quo Deum mentibus illorum inderet, deinde vero cum hoc quoque bene feliciterque peractum fuit, ea tunc abolevit. Sufficiunt mihi haec ad hominem plenum Spiritus sancti et intelligentiae spiritualis. Da enim, inquit, sapienti occasionem et sapientior erit.

XXVI. Caeterum antea initio pontificatus mei litteras commendaticias dedi ad beatissimum papam Romae, easque per quendam, qui ex solemni voto Hierosolyma proficisce-

a) „*Al.* inser. *τοῦτο*". — b) Cot. *καταλυθῇ*. „*Al.* *κατελύθη*". — c) Cot. *κατορθώθη*. „*Al.* *κατορθωθῇ*". — d) *ὁ δὲ τὰ πάντα εἰρηνοποιῶν Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς θεὸς ἡμῶν ἀξιώσαι ἡμᾶς ὁμοθυμαδὸν εὐχαριστῆσαι αὐτῷ καὶ συλλειτουργῆσαι τὸ αὐτὸ φρονοῦντες* [scr. *φρονοῦντας*] subdunt CD.

58) Greg. Naz. Or. 42. COT.

59) Nilus ad Magnam cap. 13. *καὶ πρὸς εἰδωλολατρείαν ὕστερον ἐκμανεῖσι τοῖς ἔπειτα τρέψαι θύειν αὐτῷ.* Scribe mea fide *ἐπιτρέψαι*. *Atque ad idolorum cultum deinde furentibus posteris permisisse, ut sibi sacrificium offerrent.* COT.

60) Metathesis litterarum vitiosam induxit lectionem in novellam tertiam Manuelis Comneni, juris Graeco-Romani p. 156, *ἥ τις (πρόσταξις) καταστρωθήσεται, καὶ τῷ ἱερῷ χαρτοφυλακίῳ ἐναποτεθήσεται ἀρέσκουσα ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις, κἂν ἰσότυπα καὶ μόνα ταύτης πεπιστωμένα παρὰ τῶν μερῶν αὐτῶν ἐμφανίζηται.* Quis enim probam, *ἀρκέσουσα*, non confestim agnoscat? cum sensu: *Quae constitutio expandetur et in sacro chartophylacio reponetur, suffectura sanctissimis ecclesiis, etiamsi ejus exemplaria sola competenti fide munita ab ipsis partibus insinuentur.*

61) Prov. IX, 9.

62) Libri regii 1004. 1605. subdunt: *ὁ δὲ τὰ πάντα εἰρηνοποιῶν* Χριστὸς *ὁ ἀληθινὸς θεὸς ἡμῶν, ἀξιώσαι ἡμᾶς ὁμοθυμαδὸν εὐχαριστῆσαι αὐτῷ καὶ συλλειτουργῆσαι τὸ αὐτὸ φρονοῦντες* etc. *Qui vero cuncta reconciliat Christus verus deus noster, dignos reddat nos, qui uno animo gratias agamus ei et comministremus idem sentientes.*

εἰς Ἱερόσολυμα, πρὸς τὸν λαμπρότατον μάγιστρον καὶ δοῦκα τῆς Ἰταλίας τὸν Ἀργυρὸν, ἵνα κατευοδώσῃ αὐτὴν πρὸς τὴν ἁγιωσύνην αὐτοῦ[e]. *Ἔκτοτε δὲ διετία διῆλθε καὶ περὶ ταύτης οὐδὲν ἠδυνήθην μαθεῖν. Καὶ ἰδοὺ πάλιν ταύτην μεταγράψας ἔστειλα πρὸς τὴν θεοφιλίαν σου· ἵνα διὰ τὴν ἡμετέραν ἀγάπην (μᾶλλον δὲ διὰ θεὸν, δι' ὃν καὶ ὑπὲρ οὗ ἡ γραφή) ὑπὲρ Χριστοῦ γὰρ πρεσβεύομεν, φησὶν*[63] *ὁ θεῖος ἀπόστολος· διευθετήσῃς αὐτὴν πρὸς τὴν ἐκείνου σεβασμιωτάτην μακαριότητα καὶ ζητήσῃς ἀντίγραφον καὶ ἀποστείλῃς πρὸς ἡμᾶς.*

XXVII. *Εἰ δὲ καὶ τὴν παροῦσαν γραφὴν ἀναγνοῦσα ἡ σεβασμιότης σου, διαπορθμεύσει πρὸς αὐτὸν, εὐάρεστον θεῷ τε καὶ ἡμῖν ἔργον ἐκτελέσειεν. Ἴσως γὰρ θεοῦ ἐπινεύσαντος πρεσβείαις τῶν ἁγίων κορυφαίων ἀποστόλων, προσδέξεται τὰ ἀναγεγραμμένα καὶ ἀποδέξεται καὶ συνέλθοι τοῖς περιποθοῦσι τὴν αὐτοῦ σεβασμιότητα τιμίοις ἀδελφοῖς καὶ πατράσι καὶ κοινῇ πάντες ὁμοθυμαδὸν τῷ τὰ πάντα εἰρηνοποιοῦντι Χριστῷ τῷ ἀληθινῷ θεῷ ἡμῶν εὐχαριστήσομεν καὶ συλλειτουργήσομεν τὸ αὐτὸ φρονοῦντες, τὴν αὐτὴν ἀναφορὰν ἱερουργοῦντες καὶ προσκομίζοντες.*

XXVIII. *Ὡς ἐξ ἡμῶν πρόσειπε τὴν κατὰ θεὸν ἱερὰν*[f] *καὶ ἁγίαν σου σύνοδον. Ἀσπάζεται δὲ καὶ ἡ καθ' ἡμᾶς ἐν φιλήματι ἁγίῳ τὴν ἁγιωσύνην σου ἐπικαλουμένη σὺν ἡμῖν τὰς σὰς ἁγίας εὐχάς*[g]. *Καὶ χαῖρε καὶ*[h] *ἔῤῥωσο εὐφραινόμενος ἐν κυρίῳ πάντοτε καὶ τῆς ἡμετέρας εὐτελείας ἐν ταῖς σαῖς ἱεραῖς τελεταῖς μνείαν ποιούμενος.*

batur, misi ad clarissimum magistrum et ducem Italiae Argyrum, ut dirigeret ad sanctitatem ejus. Quo ex tempore praeteriit biennium nec de illis quidquam potui comperire. Et ecce iterum has descriptas misi ad tuam in Deum dilectionem, ut propter amorem nostri, seu potius propter Deum, ob quem et pro quo epistola est; pro Christo enim legatione fungimur, inquit divinus Apostolus, efficias, ut ad maxime venerandam illius beatitudinem perducantur simulque petas respondeat scripto, quod mittas ad nos.

XXVII. Si vero praesentem quoque epistolam, postquam legerit pietas tua, ad ipsum transmiserit, gratum Deo nobisque opus peractura est. Fortasse enim Deo annuente intercessionibus sanctorum inter Apostolos principum suscipiet admittetque, quae in ea perscripta sunt, necnon conveniet cum honorandis fratribus patribusque, qui desiderio venerandae religionis ejus flagrant: tum communiter omnes eadem mente, cunctorum reconciliatori Christo vero Deo nostro gratias agemus et comministrabimus idem sentientes, eamdem oblationem consecrantes atque celebrantes.

XXVIII. Nomine nostro saluta divinam, sacram sanctamque congregationem tuam. Quae apud nos est, sanctitatem tuam salutat in osculo sancto et nobiscum preces tuas implorat. Vale, laetus in Domino semper ac tenuitatis nostrae in sanctis sacrificiis tuis memor.

e) Cot. *σου.* „*Al. αὐτοῦ*". — f) „*Deest in al.*" — g) om. Cot. „*Al. inser. ἁγίας*". — h) „*Deest in al.*"

63) De Argyro infra adhuc non semel, et edictum de pittacio legatorum Romanorum, apud Allatium dissertat. 2. de libris ecclesiasticis Graecorum; Johannes Veccus oratione 2. apologetica et antirrhetica n. 8. Georgius Metochita de processione spiritus sancti lib. 5. Quibus adde Guillelmum Apuliensem lib. 1 et 2. rerum Normannicarum, ubi Argiroum vocat; et Nicephorum Bryennium aliosque historicos. Leo IX. epistola ad Constantinum Monomachum imperatorem: *Suffultus ergo comitatu, qualem temporis brevitas et imminens necessitas permisit, gloriosi ducis et magistri Argyroi fidelissimi tui colloquium et consilium expetendum censui.* Quem locum referens Wibertus archidiaconus in vita Leonis papae cap. 10. *Argyrii* exhibet in libris editis. Argyrissum quidam nuncupant et Argyrizzum. Plura vir diffusissimae lectionis Carolus Fresnius in familiis augustis Byzantinis. COT.

64) II. Cor. V, 20. COT.

MINGARELLII

PRAEFATIO IN THEOPHYLACTI LIBELLUM DE IIS, IN QUIBUS LATINI ACCUSANTUR.

Theophylactus Acridensis ecclesiae atque adeo totius Bulgariae archiepiscopus tantae famae celebritate seculo XI. clarus fuit, ut nemo sit in ecclesiastica historia vel mediocriter versatus, cui nomen ejus ignotum sit: exstant enim adhuc ejus opera eruditionis plena ac multi praeterea de ipso multa scripserunt, Bellarminus, Labbeus, Caveus, Fabricius ac tandem, ut omittam ceteros, Casimirus Oudinus, qui multo fusius atque accuratius, quam ceteri de eo egisse videtur in commentariis de scriptoribus ecclesiasticis.[a]) Itaque nihil de hujus viri scriptis, atque doctrina dicam ipse in praesens: quid enim magis non modo inopportunum, verum etiam inutile? De eo opusculo duntaxat, quod nunc editurus sum, pauca praefabor idque brevissime, ne inanibus verbis diutius lectorem detineam.

Principio autem neminem dubitaturum puto, quin libellus hic a Theophylacto revera scriptus fuerit: nec enim de ea re quemquam dubitare sinunt vetusti codices atque scriptores. Lambecius quidem in lib. V. commentariorum bibliothecae Caesareae Vindobonensis[b]) testatur eum in codice 234 bibliothecae Bavaricae sic inscribi: ***Τοῦ μακαρίτου Ἀρχιεπισκόπου Βουλγαρίας Κυροῦ Θεοφυλάκτου προσλαλιὰ τινὶ τῶν αὐτοῦ ὁμιλητῶν περὶ ὧν ἐγκαλοῦνται Λατῖνοι.*** In perveteri autem bombycino codice, qui Bononiae in nostro S. Salvatoris bibliotheca asservatur, unde ego illum excripsi itemque in alio, qui Florentiae exstat in bibliotheca Laurentiana,[c]) similem inscriptionem habet. Quin etiam Theophylacto illum tribuunt Iohannes Beccus Constantinopolitanus patriarcha ac Demetrius Chomatenus, quorum uterque plura ex eo fragmenta affert, ille quidem in oratione *de unione ecclesiarum*, quam Allatius edidit tom. I. Graeciae orthodoxae[d]); hic vero in responsionibus ad Constantinum Cabasilam, quas in lucem protulit Iohannes Leunclavius in jure Graeco-Romano[e]).

Quum itaque libellum istum inter Theophylacti opera numerandum esse constet, ut eum reipsa numerant Allatius, Lambecius atque Oudinus, mirum non est, si antiquitatis studiosi exoptabant, ut tandem aliquando in lucem produceretur. Neque vero auctoris duntaxat fama,

---

a) tom. II. pa g. 7(7. b) pag. 50. c) plut. LVI. num. 1. d)pag, 215. e) lib. 5 pag. 316 et seqq.

aut libelli ipsius elegantia in causa fuit, cur eum ipse evulgarem: sed aliae praeterea me causae moverunt. Nemini scilicet ignotum erat opusculum hocce a Theophylacto adversus Latinos conscriptum fuisse: quin immo quum eorum, quae continet, alia recte scripta sint, alia perperam; ea duntaxat libelli hujus fragmenta in Becci et Chomateni opusculis a Leunclavio atque Allatio magna ex parte edita jam fuerant, quae contra Latinos et catholicae ecclesiae dogma de Spiritus Sancti processione audacter nimis atque effrenate scripserat Theophylactus. Optandum ergo erat, ut totum opusculum aliquando evulgaretur: primum quidem, ut ea etiam haberemus, quae Latinis favent, non ea duntaxat, quae ipsis adversantur: deinde ut hujus scriptoris operum editio magis magisque perfici posset: demum ut appareret, quam infirma sint argumenta omnia, quibus ad evertendum illud dogma, quod dixi, innititur Theophylactus.

Ceterum illud mei muneris esse censui, ut quaecumque reprehensione digna viderentur, ea additis scholiis breviter, quantum fieri posset, refellerem: obscura vero illustrarem ac scripturae loca, quae passim Theophylactus aut allegat, aut imitatur, indicarem: qua in re tamen monendus est lector, ut meminerit Graecum exemplar a Theophylacto citari: nonnulla enim ex iis locis in vulgata translatione non inveniuntur. Opusculum denique ipsum ex Graeca in Latinam linguam transtuli; rectene, an secus transtulerim, is judicabit, qui utramque linguam probe calleat: equidem illud sic vertendum existimavi, non ut verbum quidem verbo redderem: quid enim ineptius? sed ita tamen, ut fidelis potius, quam elegans interpres videri mallem.

XVIII.

THEOPHYLACTI

BULGARORUM ARCHIEPISCOPI LIBELLUS.

Θεοφυλάκτου
ἀρχιεπισκόπου Βουλγαρίας προσλαλιά τινι τῶν αὐτοῦ ὁμιλητῶν περὶ ὧν ἐγκαλοῦνται Λατῖνοι[1].

I. *Εἰσῆλθε τὸ ἀξίωμά σου ἐνώπιόν μου*[2], *εὐλαβέστατέ μοι ἐν κυρίῳ υἱὲ*[3], *καὶ κατενόησα μὲν αὐτὸ καὶ ὀφθαλμῶν ἀρχιερατικῶν ἄξιον, πλὴν ἀλλ' ὑπὸ τοῦ νῦν καιροῦ, ὥσπερ θυρωροῦ τινος*[4] *αὐστηροῦ καὶ ἀγνώμονος, ἐξωθούμενον· ἠξίωσας μὲν γάρ, ἡμᾶς ἀντειπεῖν διὰ βραχέων, ὡς οἷόν τε, τοῖς τῶν Λατίνων περὶ τὰ ἐκκλησιαστικὰ σφάλμασι πολλοῖς τε οὖσιν, ὡς ἔφησας, καὶ πρὸς τὸ σχίζειν τὰς ἐκκλησίας οὐ μικρὰν ἰσχὺν ἔχουσιν· ἡμεῖς δὲ οὕτω μὲν φρονεῖν περὶ αὐτῶν καὶ τοὺς ἄλλους εἰδότες σχεδόν τι σύμπαντας, αὐτοὶ δὲ οὐχ οὕτω φρονοῦντες· οὔτε γὰρ πολλὰ τὰ σφάλματα οἴδαμεν, οὔτε σχίζειν ἐκκλησίας δυνάμενα· ὅτι μὴ μόνον ἓν τὸ φέρον πρὸς αὐτὸ τῆς πίστεως τὸ κεφάλαιον· ὀκνοῦμεν τὴν ἐναντίαν*[5] *θέσθαι τοσούτοις καὶ ταράξαι ψυχὰς εὐθολώτους διὰ τὴν τῆς ἀγάπης*[6] *ἀπόψυξιν, ἣν ὁ νῦν καιρὸς ἐν ἐμοὶ πρώτῳ εἰργάσατο πληθύνας τὴν ἀνομίαν, ὥσπερ ἠκούσαμεν· οὐδὲ γὰρ ἀδελφικῶς δεχόμεθα τὰ παρὰ τῶν ἀδελφῶν εἰσαγόμενα, ἀλλ'*

Theophylacti
Bulgarorum archiepiscopi ad quemdam e suis familiaribus allocutio de iis, in quibus Latini accusantur.

I. Venit ad me postulatio tua, mi fili in Domino religiosissime, quam etiam archiepiscopi conspectu dignam esse intellexi, attamen a praesenti tempore, velut ab austero quodam atque inurbano janitore, eam rejici animadverti. Petiisti enim a nobis, ut contra Latinorum in ecclesiasticis rebus errata breviter, quoad ejus fieri possit, diceremus, quod et multa essent, ut ais, et ad dividendas ecclesias non mediocrem vim haberent. Nos vero quum de his ceteros quidem etiam pene universos ita sentire noverimus, sic autem ipsi non sentiamus (nam neque multa isthaec errata esse novimus, nec ea, quae ecclesias dirimere possint, quum ne unum quidem ad ipsum fidei caput pertineat) piget contra tam multos suffragium ferre, atque animos turbare, qui ob caritatis refrigescentiam, quam praesens tempus iniquitate, ut audivimus, abundam in me primum fecit, facili negotio perturbari possent: nec

1) Libellum Theopylacti dedimus ex *Io. Aloysii Mingarellii* „anecdotis" (Romae MDCCLVI) p. 259 sqq. Hujus editoris interpretationem, quam subinde emendavimus, et annotationes adjecimus simulque nostras nonnullas inseruimus. Mingarellii annotationes nota MING. insigniuntur.

2) Imitatur illud psalmi CXVIII. *Εἰσέλθοι τὸ ἀξίωμά μου ἐνώπιόν σου*, i. Intret postulatio mea in conspectu tuo. MING.

3) Libellum hunc missum esse a Theophylacto ad Nicolaum Diaconum, qui postmodum Melesobae episcopus creatus est, testatur *Demetrius Chomatenus* in responsis ad Constantinum Cabasilam. MING.

4) Codicis nostri scriptor encliticis dictionibus saepius accentum superponit: itaque sic scribit: *προσλαλιά τινί, θυρωροῦ τινός, πολλοῖς τέ, ἁπλῶς τὲ* etc. Ceterum codex ipse emendatissimus est. MING.

5) Subaudi *ψῆφον*. MING.

6) Matth. XXIV, 12. *διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν, ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν*, id est, quoniam abundavit iniquitas, refrigescet caritas multorum. MING.

ἀντιθετικῶς αὐτοῖς προσφερόμεθα καὶ σπεύδομεν αὐτὸς ἕκαστος δόξαί τις, τὸν φθάσαντα παραγκωνισάμενος, καὶ κριθήσεσθαι παρὰ τοῖς πολλοῖς τὰ πρῶτα τῶν τὰ θεῖα σοφῶν οἰόμεθα, εἰ τοῖς πλησίον αἵρεσίν τινα ἐπιτρίψαιμεν καὶ φανήσεσθαι δοκοῦμεν ὄμματα ἔχοντες, εἰ τὸν ἑωσφόρον μελαναυχῇ παρεισάξομεν· διὰ ταῦτα οὖν[7] δοκεῖ μοι σιωπητέα εἶναι συνιέντι τὸν καιρὸν, ὡς ἡ παλαιὰ προφητεία·[8] συνιδὼν δ' ἑτέρωθεν τὴν εὐγνωμοσύνην τῆς σῆς ἀγάπης οὐ δικαιοῦσαν ἐκ τῆς ἑτέρων ζημιοῦσθαι κακοηθείας, τοὺς μὲν Αἰγυπτίους ἐῶ ὑπὸ τῷ ψηλαφητῷ[9] τε σκότει ἀργεῖν, καὶ τῷ ὕδατι ἐντυγχάνειν αἵματι·[10] σύμπαντα δὲ τὸν Ἰσραηλίτην ἡδέως ὁρῶ τοῦ τε φωτὸς πρὸς τὰ ἔργα, καὶ τοῦ ὕδατος πρὸς τὴν ζωὴν ἀπολαύοντας· ἁπλῶς τε τὰ θεῖα τεράστια χαίρω βλέπων, τοῖς μὲν κολαστήρια, τοῖς δὲ σωτηρία.

II. Πολλὰ μὲν οὖν, ὡς ἔφην, δοκοῦσι Λατῖνοι σφάλλεσθαι ἄζυμά τε προσφέροντες, καὶ ἐν σαββάτῳ νηστεύοντες, καὶ τὴν πρὸ τοῦ πάθους δὲ νηστείαν οὐ καθ' ἡμᾶς ἀριθμοῦντες, γάμους τε τοὺς μὲν τῶν ἱερωμένων λύοντες, τοὺς δὲ τῶν λαϊκῶν χύδην καὶ ἄνευ φραγμοῦ τινος ἐπιτρέποντες· εἰ δὲ μὴ γελάσειν μέλλεις, καὶ τοὺς πώγωνας ξυρούμενοι οἵ τε ἄλλοι καὶ τὰ γένη τὰ ἱερά· ὧν γε καὶ δακτυλίοις χρυσοῖς αἱ χεῖρες ἀστράπτουσι· καὶ τὴν ἱερατικὴν στολὴν σηρικοῖς ὑφασμένην νήμασι καὶ ποικιλόχροον ἐνδύονται· ἀλλὰ καὶ κρεωφαγοῦντες οἱ μοναχοί· καὶ προσκυνῆσαι δεῆσαν τῷ ἐδάφει κολλώμενοι[11] τοῦτο μέν γε πάντες κοινῶς ἁμαρτάνοντες· ἴδοις δ' ἂν τοὺς σικα-

enim quae a fratribus instituuntur, fraterne excipimus, sed illos carpimus, conamurque unusquisque videri aliquis, eos, qui praeeunt, cubitis veluti depellendo, ac principem inter divinarum rerum peritos locum plerosque nobis adjudicaturos censemus, si haeresim aliquam proximis nostris affinxerimus, ac lyncei visuri nobis videmur, si lucifero ipsi atrum colorem obducamus. Quamobrem mihi tempus, ut vetus praecipit prophetia, cognoscenti tacendum videtur in praesens: quum vero tua mihi exadverso aequanimitas, et caritas perspecta sit, quam aequum non est ex aliorum perversitate detrimentum pati, Aegyptios quidem et in crassis tenebris languere, et sanguineis aquis assuescere sino, Israëlitas vero universos et luce ad opera, et aqua ad vitam frui, libenter video, sinceraque perfundor voluptate, cum divina prodigia aliis supplicio, aliis autem saluti esse cerno.

II. Multa ergo, ut dixi, peccare videntur Latini; nam et azyma offerunt; et sabbato jejunium servant; et jejunii ante passionem dies secus, ac nos, enumerant; et consecratorum quidem conjugia dissolvunt, laïcorum vero promiscue et sine ullo discrimine permittunt: ac, si risum tenere potes, illud quoque addam, quod barbam cum alii radant, tum ipsi etiam sacerdotes, quorum etiam in manibus aurei annuli micant; et sacerdotali stola sericis contexta filis, ac versicolore induuntur: monachi praeterea apud ipsos carne vescuntur; et quum adorare oporteat, pavimento adhaerent: qua quidem in re omnes pariter peccant. Videas autem ebrios suffocata

7) Librarius in margine apposuit voculam μὲν, ut indicaret, opinor legendum esse διὰ ταῦτα μὲν οὖν. MING.

8) Respicere videtur illud Ecclesiastis III. 7. καιρὸς τοῦ σιγᾶν καὶ καιρὸς τοῦ λαλεῖν, id est, tempus tacendi et tempus loquendi. MING.

9) Leg. Exod. X, 21. MING.

10) Leg. Exod. VII, 9. MING.

11) Imitatur illud psalmi CXVIII, ἐκολλήθη τῷ ἐδάφει ἡ ψυχή μου, id est, adhaesit pavimento anima mea. Indicat autem Latinorum γονυκλισίαν, quam Graecorum προσκυνήσει opponit; Graeci enim in templis non genua flectunt, ut Latini, sed proni adorant, excepto duntaxat pentecostes die, quo genua flectunt in vesperis. MING.

ράνους [12] καὶ πνικτῶν κατευωχουμένους (Act. XV, 20), καὶ βδελύξῃ τὴν Ῥωμαίων ἐκκλησίαν ὡς τοιαῦτα διδάσκουσαν. τάχα δ᾽ ἄν τις ἐπαναστάς τῶν λίαν πιστῶν τε καὶ θερμοτέρων καὶ ὑπὲρ τῆς ὀρθοδοξίας ζηλούντων, ἡμῶν μὲν ἀμαθίαν καταγνοίη καὶ ἀκρισίαν περὶ τὰ θεῖα, ἢ ψυχρότητα καὶ προδοσίαν τῶν ἡμετέρων· αὐτὸς δὲ καὶ ἄλλα πλείω τῶν ῥηθέντων ἀπαριθμήσαιτο· ἐγὼ δὲ καὶ τούτων τὰ μὲν οὐδεμιᾶς ἐπιστροφῆς δεῖσθαι νομίζω, τὰ δὲ μετρίας καὶ οἵας, εἰ μὲν ἀνύσειέ τι [13], μικρὰ τῇ ἐκκλησίᾳ χαρίζεσθαι· εἰ δ᾽ οὖν, ἀλλὰ μηδὲ ζημίαν γε τιθέναι τὸ ἀνεξάνυστον· ὃ δὲ μάλιστά μοι δοκεῖ τὴν πρὸς Λατίνους κοινωνίαν τοῖς φρονοῦσι [14] ποιεῖν ἀπότομον [15], καὶ ὃ μὴ κατορθούμενον μεγάλην προξενεῖ τὴν ζημίαν τῇ τοῦ υἱοῦ κληρονομίᾳ [16], ἣν ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἔλαβε, τοῦτό σοι καὶ δείξω, καὶ διελέγξω καθ᾽ ὅσον ἔνεστιν· εἰ δὲ μὴ μακρὸν ὁρῶμεν τὸν λόγον, καί τινα τῶν ἄλλων μετρίως ἐπισκεψόμεθα.

comedere, et Romanorum ecclesiam exsecraberis, quod haec doceat. Aliquis vero ex iis fortasse insurget, qui inter nostros et fideliores sunt et fervidiores et magno in rectam fidem studio flagrant, ac nos quidem inscitiae condemnabit, quasi divina recta id judicare non possimus, aut frigidiores nostrorumque proditores simus: alia vero ipse multo etiam plura, quam diximus, recensebit. Verum ego ex his etiam ipsis alia quidem nullius plane castigationis indigere censeo, alia autem mediocris ac talis, ut si quid ea quidem in re profeceris, non magnam cum ecclesia gratiam initurus sis; sin minus, ne detrimentum quidem certe ex eo oriturum sit, quod non perfeceris. Quod vero maxime nostram cum Latinis societatem mihi et iis, qui sapiunt, dirimere videtur, quodque nisi emendetur, magnum haereditate, quam in gentibus accepit Filius, damnum inferet, illud tibi et ostendam, et, quantum fieri potest, refellam. Quod si longiorem fieri orationem non sentiemus, nonnulla etiam ex aliis paulisper considerabimus.

III. Ἔστιν οὖν τὸ μέγιστον ἐκείνων σφάλμα, καὶ τοῦτο δὴ τὸ τοῦ Σολομῶντος ᾅδου πετταύρῳ ποιοῦν συναντᾶν [17], ἡ ἐν τῷ τῆς

III. Potissimum igitur eorum erratum, idque in inferni sane barathrum, quod Salomo commemorat, incurrere faciens, in eo situm

12) Vocem *σικαράνους* interpretatus non sum, quod mihi ignota sit. Suspicatus fueram eam esse corruptam a librario, eaque de causa curavi, ut inspiceretur codex bibliothecae Laurentianae, quem in praefatione commemoravi: at in eo quoque scriptum est *σικαράνους*. MING. Nec nos certum quid de hac voce proferre possumus; si corruptam eam esse statuere liceret, fortasse *σικαρίους* emendaveris; magis autem nobis arridet eam ex Hebraico verbo שָׁכַר i. e. *se inebriavit* explicare; hoc enim verbum in litteris sacris saepe de iis, qui vitiis suis in perniciem ruunt, adhibetur ut. *Ierem.* LI, 7: כּוֹס־זָהָב בָּבֶל בְּיַד־יְהוָה מְשַׁכֶּרֶת כָּל־הָאָרֶץ מִיֵּינָהּ שָׁתוּ גוֹיִם עַל־כֵּן יִתְהֹלְלוּ גוֹיִם i. e. *Calix aureus Babylon in manu Domini inebrians omnem terram; de vino ejus biberunt gentes et ideo commotae sunt.* Cf. *Isai.* 63, 6. *Ierem.* 51, 57. cett. Unde שֵׁכָר *temetum*, *sicera*, Graecis *σίκερα*, *σίκερος*, ut *Euseb.* praep. ev. VI, 10. et שִׁכָּרוֹן *ebrietas.* Quare nos *ebrios* vertimus.

13) Demetrius Chomatenus locum hunc citans legit: *ἀνύσειέ τις*. MING.

14) Chomatenus legit: *τοῖς εὖ φρονοῦσι*. MING.

15) Chomatenus legit: *ἀπώμοτον*, id est vitandam et exsecratione dignam. MING.

16) Respicit illud psalmi II. *καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου*, id est, Et dabo tibi gentes haereditatem tuam. MING.

17) Respicit versiculum 18. capitis IX. Proverbiorum: ibi enim vulgatus quidem interpres sic legit: Et ignoravit, quod ibi sint gigantes, et in profundis Inferni convivae ejus. Graeca vero translatio sic habet: *ὁ δὲ οὐκ οἶδεν, ὅτι γηγενεῖς παρ᾽ αὐτῇ ὄλλυνται, καὶ ἐπὶ πέταυρον ᾅδου συναντᾷ*, quae verba in hunc fere modum interpretatur S. Hieronymus lib. 3. in Oseam cap. XIII. Et nescit insipiens, quoniam terrigenae apud eam pereunt, et in

πίστεως συμβόλῳ καινοτομία, ἣν ἐποιήσαντο, ἀνακηρύττοντες τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἐκπορευόμενον. δεῖ δὲ σύμβολον εἶναι τοῦ πιστοῦ τὸ σύμβολον πάσης ἀπηλλαγμένον παραποιήσεως· οὐδὲ γὰρ ἂν οὐδ' οἱ παρὰ τῷ Ἰεζεκιὴλ[18] *πελεκηφόροι*[19] *τῶν σεσημειωμένων ἐφείδοντο, εἰ μὴ ἐνεώρων αὐτοῖς τὸ σημεῖον ἀπαραποίητον· πῶς οὖν πρὸς τὴν καινοτομίαν ἀπαντησόμεθα ἁπλῶς τε καὶ ἀφελῶς, καὶ τὸ ὅλον ὡς τοὺς ἁλιέων προσῆκε μαθητάς; εἰ μὲν γὰρ ἄλλον διδάσκαλον προὐστησάμεθα, εἴχομεν ἂν ἐκ τῶν ἐκείνου συμπείθειν τοὺς τοῦ αὐτοῦ μαθητὰς καὶ τῶν ἐναντίων λόγων προστάτας· ἐπεὶ δὲ οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται τοῦ λόγου* (Luc. I, 2) *τοῦτον αὐτὸν παρέδοσαν ἡμῖν, τὸ πνεῦμα, καὶ ἀληθείας λέγοντα πνεῦμα, καὶ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον* (Io. XV, 26), *ἁπλοῦς ὁ λόγος· ἢ ἄλλον διδάσκαλον ἀντεισάγαγε τοῦ Λόγου τρανότερα λέγοντα, καὶ τῆς Σοφίας σοφώτερα, παρ' οὗ τὸ νέον τοῦτο δόγμα λαβὼν ὑπερφυῶς ἔστερξας· ἢ τοῦτον μὴ ἔχων δέξαι τὸν ἕνα καθηγητὴν ἡμῶν τὸν Χριστὸν* (Matth. XXIII, 8) *περὶ τοῦ συγγενοῦς διδάσκοντα πνεύματος, ἐκ τίνος καὶ πῶς ἔχει τὸ εἶναι, καὶ μαρτυροῦντα τῷ αὐτῷ μάρτυρι, ὅτι παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται·*[20] *καίτοι καθ' ὑμᾶς, εἰ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεται, τί ἐκώλυεν εἰπεῖν· ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ ἐμοῦ*

est, quod Spiritum ex Patre, Filioque procedentem praedicantes fidei symbolum innovarint. At fidelis hominis symbolum omnis plane adulterationis expers sit oportet, nam ne securiferi quidem illi viri, de quibus Ezechiel loquitur, signatis perpercissent, nisi signum in eis minime adulteratum conspexissent. Quomodo ergo ad innovationem simpliciter et aperte ac denique ut piscatorum discipulos decet, respondebimus? Nam si alium quidem, quem sequeremur, magistrum elegissemus, esset fortasse in ejus dogmati quo et ipsius discipulos et contrariae causae patronos in unam eamdemque sententiam adducere possemus: quoniam vero qui ab initio ipsi viderunt et ministri fuerunt sermonis, hunc ipsum sermonem nobis tradiderunt, quo Spiritus et veritatis Spiritus dicitur, et a Patre procedens, simpliciter ac sine arte concludam: aut alium magistrum, qui clarius, quam Verbum, et sapientius, quam sapientia, loquatur, adducito, ex quo novum hoc dogma, quod mirum in modum tibi arridet, acceperis: aut si hunc adducere nequis, ei qui unus est magister noster, Christo assentire, dum de Spiritu, quicum unum habet principium, docet, ex quo existat, et quomodo, eumdemque suimet ipsius testem testatur ex Patre procedere. Atqui si ex Filio quoque

profundum interni, incurrunt. Sunt tamen alii qui *πέταυρον* laqueum interpretantur. Iohannes vero Clericus petaurum reddit. MING.

18) Lege cap. IX. Ezech. vers. 2 et 4. Sed illud animadverte, versiculo 4, ubi vulgatus interpres habet vas (nempe instrumentum) interius, Graecam translationem habere *πέλυξ ἐξολοθρεύσεως*, quod est, securis exterminationis. MING.

19) Ita scriptum est in codice pro *πελεκυφόροι*. MING. Vide *Schaefer*. ad Gregor. Corinth.

20) Argumentum, quod Latinis objicit hoc in loco Theophylactus, jamdudum solverat S. Augustinus tract. XCIX. in Ioannem num. 8. (tom. 3. part. 2. pag. 747) in hunc modum. „Si ergo et de Patre et de Filio procedit Spiritus Sanctus; cur filius dixit, De Patre procedit? Cur putas, nisi quemadmodum ad eum solet referre et quod ipsius est, de quo ipse est? Unde illud est quod ait, Mea doctrina non est mea, sed ejus, qui me misit. Si igitur intelligitur hic ejus doctrina, quam tamen dixit non suam, sed Patris; quanto magis illic intelligendus est et de ipso procedere Spiritus Sanctus, ubi sic ait, De Patre procedit, ut non diceret, De me non procedit? A quo autem habet Filius, ut sit Deus (est enim de Deo Deus), ab illo habet utique, ut etiam de illo procedat Spiritus Sanctus: ac per hoc Spiritus Sanctus, ut etiam de Filio procedat, sicut procedit de Patre, ab ipso habet Patre“. MING.

ἐκπορεύεται; οὕτω μὲν εὑρέθης οὐ κατακολουθῶν τῷ τῶν πτωχῶν εὐαγγελιστῇ Χριστῷ (Luc. IV, 18), εἰ καὶ τὸν αὐτοῦ σταυρὸν (Marc. VIII, 34) αἴρειν λέγεις.

IV. Εἰ δέ τινι τῶν ἐγκεκριμένων πατέρων τοῦτο ἐπείσθης, δεῖξον ἡμῖν τὸν πατέρα καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν· (Ioa. XIV, 8) ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοις δεῖξαι, κἂν πολλὰ κάμοις· ἢ γὰρ ἐγκεκριμένος οὐκ εἶπεν, ἢ εἰπὼν οὐκ ἐγκέκριται· ἔπειτα κἂν εἰ τοῦτό σοι δῶμεν, ἀλλ' οὔτι γε τὸ σπάνιον, ἑλκύσομεν εἰς ὑπόδειγμα· νόμος καὶ τοῦτο ὑμέτερος· ὅπου γὰρ μυρίων μὲν θεολογούντων περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, μηδενὸς δέ τι τοιοῦτον λέγοντος, εἰ μὴ τὸ δι' υἱοῦ πεφηνέναι καὶ δι' υἱοῦ ἐκ θεοῦ εἶναι, εὑρίσκεταί τις εἷς ἢ καὶ δεύτερος[21] τἀναντία παρεισηγούμενοι, τὸ μὴ ἐκείνοις, ἀλλὰ τούτοις προσθέσθαι γεμόντων ἐστὶ τοῦ τῆς πλάνης πνεύματος.

V. Ἀλλὰ γέγραπται[22], φῂς, πνεῦμα τοῦ υἱοῦ (Galat, IV, 6) καὶ πνεῦμα Χριστοῦ (Rom. VIII, 9) κἀγὼ τίθεμαι, ἐπειδὴ καὶ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, καὶ πνεῦμα τῆς ζωῆς (Rom. VIII, 2), ἃ ὁ υἱός· (Ioa. XIV, 6) προσθήσω δὲ καὶ σοφίας (Ephes. 1, 17) καὶ ἰσχύος· (Isai. XI, 2) καὶ ταῦτα γὰρ ἐκεῖνος· ἀλλ' οὐχ ὡς ἐξ ἐκείνου προϊὸν, ἀλλ' ὡς οἰκεῖον αὐτοῦ· συγγενὲς[23] γὰρ, καὶ οὐκ ἀλλότριον·[24] καὶ ὡς αὐτῷ ἐναναπαυθόμενον (Ep. I. Petr. IV, 14. et Isai. XI, 2) καὶ ὡς παρ' αὐτοῦ τοῖς ἀξίοις πεμπόμενον (Ioa.

vestra quidem sententia procedit, quid eum prohibuit, ne diceret: Qui a Patre et a me procedit? Compertum est igitur te pauperum euangelistam Christum non sequi, etsi te ejus crucem tollere dicas.

IV. Si quis autem ex probatis patribus tibi hoc persuasit, ostende nobis patrem et sufficit nobis: at ostendere non poteris, etsi magnopere conatus fueris: aut enim nemo ex approbatis patribus hoc dixit, aut qui dixit, non est approbatus. Praeterea etsi hoc tibi concederemus; id tamen, quod raro apud eos occurrit, in exemplum proponendum non est. Lex quoque ista vestra est. Dum enim sexcenti quidem theologi de Spiritu sancto scribunt, nullus autem ipsorum tale quid dicit, sed eum dumtaxat per Filium apparuisse et per Filium ex Deo esse affirmant; si quis inveniatur, unus nempe aut alter, qui contraria perperam doceat, non illis astipulari, sed istis eorum est, qui erroris spiritu pleni sint.

V. At enim scriptum est, inquis, Spiritus Filii et Spiritus Christi. Assentior et ego: nam dicitur etiam Spiritus veritatis et Spiritus vitae; veritas autem et vita Filius est: addam vero sapientiae etiam et fortitudinis: nam et haec Filius est: at ita vocatur Spiritus non ut is, qui ex illo processerit, sed ut illius proprius: propinquus enim ipsi est, non alienus: ac tamquam super ipsum requiescens et ut ab illo iis, qui digni fuerint, missus et collatus et impertitus. Sed euge!

21) Non unus aut alter, sed quamplurimi cum Latini, tum Graeci patres aperte Spiritum Sanctum non modo per Filium ex Patre, verum etiam ex Patre et Filio exsistere affirmarunt: nimirum ex Latinis quidem Tertullianus, Ambrosius, Hilarius, Augustinus aliique complures; ex Graecis vero Didymus, Epiphanius, Gregorius Nyssenus, Cyrillus Alexandrinus, Basilius et Athanasius: quorum loca collegerant qui contra hunc Graecorum errorem scripsere ac praesertim Petavius lib. VII. de Trinit. cap. III et sqq. MING.

22) Locum hunc affert et refellit Beccus Constantinopolitanus patriarcha in oratione I. de unione ecclesiarum, quam edidit Allatius tom. I. Graeciae orthodoxae pag. 215. MING.

23) Nempe idem cum ipso principium habet. Allatius locum hunc transferens in Becco reddit: confinis enim ipsi est. MING.

24) Quum Spiritum Sanctum scriptura appellat spiritum Filii, indicat profecto eum non modo Filio alienum non esse, sed et a Filio procedere, quidquid hic dicat Theophylactus. Nec enim Spiritus potest Filii Spiritus esse, nisi ut major, aut ut minor, aut ut aequalis: atqui non ita sane vocatur ut major neque ut minor; ergo ut aequalis: qui autem alteri omnino aequalis est, is non dicitur ejus esse, nisi ab eo procedat.

XVI, 7) *καὶ χορηγούμενον* (Galat. III, 5), *καὶ μεταδιδόμενον· ἀλλ' εὖγε τοῦ λόγου, ὅτι προήκων ἐπ' αὐτὸ τὸ καιριώτατον ἤγαγεν·* (Coloss. III, 2) *ἐοίκατε γάρ μοι, ὦ τὰ ἄνω φρονοῦντες ὑμεῖς, οὐ κακίᾳ γνώμης τοσοῦτον, ὅσον ἀγνοίᾳ τῆς ὀρθότητος σφάλλεσθαι· τὸ γὰρ ἐκπορεύεσθαι νομίζοντες ἴσον εἶναι τῷ χορηγεῖσθαι καὶ μεταδίδοσθαι, ἐπειδὴ τὸ πνεῦμα εὑρίσκεται παρὰ τοῦ υἱοῦ πεμπόμενον καὶ χορηγούμενον καὶ μεταδιδόμενον, οὐδὲν οἴεσθε προσκόπτειν, εἰ καὶ ἐκπορεύεσθαι τοῦτο ἐκ τοῦ υἱοῦ φαίητε· ἔστι δὲ οὐχ οὕτω ταῦτ' ἔχοντα· πόθεν; ἄγε ὅλῳ καὶ παντὶ φαμὲν διαφέρειν*[25]*· τὸ μὲν γὰρ ἐκπορεύεσθαι τοῦ πῶς ἐστι τὸ πνεῦμα δηλωτικόν· ὡς γὰρ ὁ υἱός ἐστιν ἐκ τοῦ πατρός, γεννητῶς δὲ καὶ οὐ κατ' ἄλλον τινὰ τρόπον· οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα ἐκ τῆς αὐτῆς μὲν ἀρχῆς, τοῦ πατρὸς δὴ λέγω, οὐ γεννητῶς δέ· οὐ γὰρ δύο υἱοί· ἀλλ' ἐκπορευτῶς· τὸ μὲν οὖν ἐκπορεύεσθαι τρόπος ἐστὶ, καθ' ὃν ἔχει τὸ πνεῦμα τὸ εἶναι ἐκ τοῦ πατρὸς, ὅπερ δὴ καὶ ἰδιότης αὐτοῦ γινώσκεται· τὸ δὲ πέμπεσθαι καὶ χορηγεῖσθαι καὶ μεταδίδοσθαι, οὐ τοῦ πῶς ἐστι τὸ πνεῦμα δηλωτικὸν, ἀλλὰ πλουτισμός τις ἐν τούτοις δηλοῦται· καὶ οἷον χύσις τῆς ἀγαθότητος τῆς ἐκ τοῦ πατρὸς μὲν ἐχούσης τὸ εἶναι, παρὰ τοῦ υἱοῦ δὲ εἰς τοὺς ἀξίους ἐκχεομένης· οἷς καὶ δι' υἱοῦ πεφηνέναι λέγεται, ὅτι τοῖς τὸν λόγον δεξαμένοις, ἀλλ' οὐ τοῖς ἀλογίστοις τὸ πνεῦμα ἐμφαίνεται· καὶ ὅτι τὴν τούτου θεότητα μὴ πρότερόν τινι γνωσθεῖσαν τρανῶς διὰ τοῦ υἱοῦ μεμαθήκαμεν τῷ πατρὶ καὶ ἑαυτῷ τοῦτο συντεταχότος ἐν τῷ θεοποιοῦντι βαπτίσματι·*[26] *οὕτω καὶ ἐμφυσᾶν* (Io. XX, 22) *λέγεται τὸ πνεῦμα τοῖς μαθηταῖς ὁ κύριος μετὰ τὴν ἀνάστασιν· οὐχ ὡς προβολεὺς αὐτοῦ· οὐ γὰρ*

ad illud ipsum oratione pervenimus, quod maxime opportunum est. Videmini enim mihi vos, qui quae sursum sunt, sapitis, non tam mentis perversitate, quam inscitia ab eo, quod rectum est, aberrare: procedere enim idem esse putatis atque conferri et impertiri: idcirco quoniam Spiritum a Filio missum et collatum et impertitum legitis, nihil vos offensuros existimatis, si eum procedere quoque a Filio dixeritis. At non ita se res habet: nequaquam. Nos certe haec omnino inter se differre affirmamus. Nam procedere quidem, quomodo Spiritus sit, significat: quemadmodum enim Filius ex Patre est, generatione, non alio ullo modo; ita etiam Spiritus ab eodem quidem principio est; nimirum a Patre: at non generatione: nec enim duo sunt Filii: sed processione. Itaque procedere quidem modus est, quo Spiritus est a Patre; in quo illius etiam proprietas agnoscitur: at vero mitti et conferri et impertiri non, quomodo Spiritus sit, significat, sed ditationem quamdam designat ac bonitatis veluti effusionem, quae bonitas a Patre quidem est, a Filio autem in eos, qui digni sunt, effunditur: quibus etiam per Filium apparuisse dicitur, tum quia iis, qui Verbum exceperunt, non vero Verbi inimicis Spiritus manifestatur; tum etiam quia hujus divinitatem, nemini antea probe perspectam, per Filium cognovimus, qui eum cum Patre ac semetipso in deifico baptismate consociavit. Sic etiam discipulis insufflare Spiritum dicitur Dominus post resurrectionem: non tamquam ejus productor (nec enim Spiritus essentia, ut sic loquar, est insufflatio, quum praesertim ne totus quidem tunc datus

25) Quum Spiritus Sanctus in tempore mittitur, non est quidem ea missio ipsa aeterna Spiritus Sancti processio; non mitteretur tamen Spiritus a Filio, nisi ab eo procederet. Pater enim, quia non procedit, ne mitti quidem potest, ut docet Augustinus in quarto de Trinitate cap. X. Nimirum missio aut imperium denotat aut consilium aut originem atqui ea, de qua loquimur, missio neque imperium Filii denotat nec consilium: ergo originem designat, qua Spiritus ex Filio est. Quum vero Spiritus Sanctus a Filio dari aut impertiri aut insufflari dicitur, nihil aliud quam quaedam Spiritus Sancti missio indicatur. MING.

26) Quo nempe filii Dei efficimur. MING.

οὐσίωσις, ἵν' εἴπω, τοῦ πνεύματος ἡ ἐμφύσησις· ἄλλωστε μηδὲ ὅλου τότε δοθέντος, ἀλλ' ἑνὸς χαρίσματος τοῦ τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν· τὸ γὰρ ὅλον τοῖς τῆς πεντηκοστῆς καιροῖς ὥριστο· ἀλλ' ὡς ἔχων καὶ αὐτὸς αὐτὸ οὐσιωδῶς καὶ ὅτε βούλεται τοῦτο διδοὺς καὶ οἷς βούλεται καὶ ὡς βούλεται· ὅπερ ἐστὶ τοῖς μὲν καθ' ἓν εἶδος χαρίσματος, τοῖς δὲ κατὰ πλείω, τοῖς δὲ ὅλον αὐτὸν τὸν ἄλλον παράκλητον· (Io. XIV, 6) παυσώμεθα τοίνυν εἰς ταὐτὸν ἄγοντες τὰ ἀσύμβατα, μετάδοσιν καὶ ἐκπόρευσιν καὶ συγκλώθοντες τὰ ἀσύγκλωστα.

VI. Εἰ δέ μοι τοῦτο μὲν καὶ αὐτὸς φήσεις εἰδέναι καὶ ὡς αἴτιος τοῦ εἶναι τῷ πνεύματι ὁ πατὴρ κατὰ τὸν τρόπον τῆς ἐκπορεύσεως, ὥσπερ κατὰ τὸν τῆς γεννήσεως τῷ υἱῷ· ἐκπορεύεσθαι δὲ λέγεις τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ υἱοῦ οὐ κατὰ τοῦτο τὸ σημαινόμενον, ἀλλὰ κατὰ τὸ χεῖσθαι καὶ διαδίδοσθαι· καὶ ὑγιαίνων τὸν νοῦν βιάζῃ πρὸς τοῦτο πενίᾳ λέξεων καὶ Λατίνου γλώττης στενότητι· ἐνταῦθά σοι δείξω τὴν μακαριζομένην πτωχείαν τοῦ πνεύματος (Matth. V, 3) καὶ τὴν ἀδελφικὴν πρόσληψιν· (Rom. XV, 7) βδελύξῃ δὲ καὶ αὐτὸς τὴν τῆς ὑψηλῆς καρδίας ἀκαθαρσίαν (Proverb. XVI, 2), καὶ οὕτως ἐν ἑνὶ πνεύματι φρονήσαντες τὸ αὐτὸ δοξάσομεν ὁμοθυμαδὸν τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· (Rom. XV, 6) τὸν μὲν ὡς γεννῶντα καὶ προβάλλοντα· τὰ δὲ τὸν μὲν ὡς γεννώμενον, τὸ δὲ ὡς ἐκπορευόμενον· εἰ γὰρ ἀληθῶς πτωχὸς εἶ τὸν πλοῦτον τῆς γλώττης καί σοι ἀπορία τῶν ἱματίων τοῦ νοῦ καὶ τῶν λέξεων καὶ διὰ τοῦτο διελεῖν οὐκ ἔχεις τὴν παρὰ τοῦ υἱοῦ γενομένην χύσιν τοῦ πνεύματος ἢ μετάδοσιν ἢ ὡς ἄν τις λέγειν ἑτέρως βούλοιτο, ἐκ τῆς ἐκπορεύσεως, καθ' ἣν ἐκ τοῦ πατρὸς μόνον τὸ εἶναι τῷ πνεύματι· ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις συγχωρήσω χρῆσθαί σε τούτοις, ὡς ἡ γλῶττα σοι δίδωσιν· ἐν κοινοῖς λέγω λόγοις καὶ ὁμιλίαις, εἰ βούλει σοι, ἐκκλησιαστικοῖς· καὶ τοῦτο μετὰ τοῦ προδιορισμοῦ τοῦ προσήκοντος· ὥστε μὴ ἀγνοεῖν τοὺς ἀκούοντας τὴν ἐν μιᾷ λέξει διπλόην τῶν νοημάτων· ἐν δὲ τῷ συμβόλῳ τὴν ἐκπό-

fuerit, sed donum duntaxat remissionis peccatorum; totus enim pentecostes tempori fuerat destinatus): sed ut eum habens et ipse substantialiter eumque, quum vult et quibus vult et quomodo vult, impertiens; hoc est, aliis quidem secundum unum doni genus; aliis vero secundum plura; aliis autem totum ipsum reliquum Paracletum. Desinamus itaque non cohaerentia conglutinare ac veluti in unum glomerare quae glomerari nequeunt, largitionem et processionem.

VI. Sin autem hoc tibi quoque perspectum esse responseris ac Patrem Spiritui, ut sit, causam esse dixeris secundum modum processionis; sicut est Filio quod attinet ad generationem, procedere vero Spiritum ex Filio a te dici non hac significatione, sed quatenus effunditur ac distribuitur teque, etsi sanum habeas intellectum, id tamen dicere vocabulorum inopia et Latinae linguae egestate cogi affirmaveris: tunc equidem illud tibi ostendam, quod in sacris litteris legimus, beatos dictos esse pauperes spiritu ac fratres fraterne excipiendos esse: alti vero cordis immunditiam et ipse detestaberis: itaque uno spiritu idem sentientes Patrem et Filium et Spiritum sanctum laudibus unanimes cumulabimus: illum quidem ut generantem et producentem; ex his autem alterum ut genitum, alterum ut procedentem. Si enim linguae inopia reipsa laboras tibique dictionum ac vocabulorum penuria est ac propterea eam, quae a Filio est, Spiritus sancti effusionem aut largitionem aut quovis alio illam nomine appellare malueris, a processione, qua ex Patre duntaxat est Filius, secernere nequis: in ceteris quidem rebus, in communi videlicet sermone, ac, si libet, in ecclesiasticis contionibus, tibi ut his vocibus sic utaris, ut tua fert lingua, concedam, modo tamen eas distincte antea explicaveris, ne duplicem significationem, quam unum habet vocabulum, ignorent auditores: at vero in symbolo processionem Spiritus e solo Patre praedicari a te volo: ibi enim fidei nostrae professio est;

ρευσιν ἀνακηρύττειν ἐκ μόνου τοῦ πατρός· ἐνταῦθα γὰρ ἡμῖν ἡ ὁμολογία τῆς πίστεως, ἣν δεῖ καθαρὰν εἶναι καὶ φωτοειδῆ καὶ ἁπλῆν· τοιαῦτα γὰρ καὶ τὰ πιστευόμενα· καὶ μηδὲν συγκεχυμένον ἢ σκοτεινὸν ἢ πολλαπλοῦν ἐν ἑαυτῇ φέρουσαν· ὥσπερ οὖν ἔχει καὶ ἡ καθ' ἡμᾶς τῆς πίστεως ἔκθεσις, ἐκφώνησίς τε οὖσα τοῦ ἐν τῇ δευτέρᾳ συνόδῳ[27] *νικήσαντος πνεύματος, οὗπερ ἔμπνοια καὶ ἡ ὑπὲρ αὐτοῦ τῶν πατέρων σύμπνοια, καὶ πάσαις τηρουμένη ταῖς ἐκκλησίαις· αἷς τὸ μὲν ἀξίωμα μὴ ταπεινότερα φρονεῖν ὑμῶν δίδωσιν· ἴσον γάρ· ὁ δὲ ἀριθμὸς καὶ νικητικώτερα· πλείων γάρ*[28].

VII. *Προσλόγισαι δέ μοι καὶ τόδε· εἰ μὴ τὸ παρὰ τοῦ υἱοῦ χορηγεῖσθαι τὸ πνεῦμα ἕτερόν ἐστι τοῦ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι, δυοῖν ἀνάγκη θάτερον, ἢ καὶ τὸν υἱὸν αἴτιον εἶναι τοῦ πνεύματος, ἢ τὸν πατέρα χορηγὸν μόνως, ὡς καὶ τὸν υἱόν· εἰ μὲν οὖν καὶ ὁ υἱὸς τοῦ πνεύματος αἴτιος, δύο ἀρχαὶ τοῦ ἑνός·*[29] *τὸ δὲ πλειόνων δεόμενον εἰς τὴν ὕπαρξιν ἢ*

quam puram esse oportet et claram et simplicem (nam hujusmodi sunt res etiam ipsae, quae creduntur), ac nihil habere confusum aut obscurum aut multiplex: itaque sic se habeat necesse est, ut nostra se habet fidei expositio, quae quum a Spiritu in secunda synodo, in qua causam ipse suam vicit, pronunciata est; ea enim patrum pro ipso conspiratio ipsius inspiratio fuit; tum ab universis ecclesiis servatur: quarum dignitas quidem hoc efficit, ut humiliora, quam vos ne sentiant; par enim in ipsis est: numerus vero earum quum major sit, illud insuper efficit, ut ipsarum auctoritas majoris sit ponderis.

VII. At illud etiam mecum reputa: Si impertiri Spiritum a Filio nihil aliud est, quam ex Patre eum procedere, e duobus alterutrum necesse est: aut Filium quoque Spiritus principium esse, aut Patrem datorem illius duntaxat esse, item ut Filium. Si ergo Filius ille quidem etiam Spiritus principium est, duo erunt unius principia: quod autem plu-

27) Hoc spectat ad hunc locum symboli secundae oecumenicae synodi Constantinopolitanae: (*Πιστεύομεν*) *Καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ κύριον, τὸ ζωοποιόν, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν.*

28) Magna quidem est Orientalium omnium ecclesiarum auctoritas, quis id neget? At quantusvis fingatur earum numerus, major illarum, quam Occidentalis ecclesiae, auctoritas dici nequit, immo ne aequalis quidem: omnium enim sive Orientalium sive Occidentalium ecclesiarum caput et parens ac magistra est Romana ecclesia. MING.

29) Spiritus a Patre, item ut a Filio, non modo datur, verum etiam procedit; seu, quod eodem redit, Spiritus Sancti principium est quum Pater, tum Filius; hinc tamen illud non sequitur, quod vult Theophylactus, ut *duo* sint Spiritus Sancti *principia*, etsi *duae* dici possint personae Spiritum ipsum *spirantes*. Nam simili modo quamvis creator sit Pater, creator Filius, creator Spiritus sanctus, tres tamen dici nequeunt creatores, sed unus creator. Nimirum *principii* nomen item ut Creatoris, substantivum est: nomina autem substantiva non multiplicantur, nisi multiplicetur et forma, quam significant. Itaque quum forma, quae significatur, cum Pater et Filius principium dicuntur Spiritus sancti, nempe spiratio ipsa, una sit, unum quoque sint necesse est Spiritus sancti principium Pater et Filius. Recte itaque Concilii Lugdunensis patres, *Fideli,* inquiunt, *et devota professione fatemur, quod Spiritus sanctus aeternaliter ex Patre et Filio non tanquam ex duobus principiis, sed tanquam ex uno principio, non duabus spirationibus, sed unica spiratione procedit.* Verum urget Theophylactus: quod est, inquit, a duobus, ei quod est ab uno, aequale esse non potest. Ergo Spiritus non esset aequalis Filio. At hac ratione, si quid valeret, illud etiam ostenderetur, ne Filium quidem Patri aequalem esse: quod enim est ab uno, ei quod a nullo est, aequale esse non posse respondebimus. MING. Documentum hoc est luculentissimum Graecae ecclesiae jam veram dogmatis de Trinitate cognitionem defuisse, quod in doctrina Occidentali, qua Spiritum sanctum a Patre Filioque procedere statuitur, pluralitatem principiorum divinorum (*πολυαρχίαν*) invenire sibi videbatur. Jam *Anselmus Cantuariensis* (Opp. edit. Venetiis t. I. p. 71. de proc. Spir. s.) hanc differentiam exposuerat.

μεῖζον ἔσται τοῦ ἑνὸς τὸ εἶναι ἔχοντος, ἢ ἴσον, ἢ ἔλαττον· ἀλλ' ἴσον μὲν οὐκ ἂν εἴη· ἦν γὰρ ἂν ἐξ ἑνὸς καὶ αὐτό· λείπεται τοίνυν εἶναι ἢ μεῖζον, ἢ ἔλαττον· καὶ τὸ πνεῦμα ἄρα ἢ μεῖζον ἔσται τοῦ υἱοῦ· καὶ ὅρα τὴν τῆς ἀσεβείας καινοτομίαν· οὐδεὶς γάρ πω τοῦτο τῶν κατὰ τοῦ υἱοῦ θρασυνθέντων εἰπεῖν ἐτόλμησεν· ἢ ἔλαττον ἔσται καὶ ἀναζῇ Μακεδόνιος· εἰ δὲ καὶ παρὰ τοῦ πατρὸς χορηγεῖται μόνως, ὡς καὶ παρὰ τοῦ υἱοῦ, ἢ ἄναρχον ἔσται καὶ αὐτὸ καὶ ποῦ τῷ πατρὶ τὸ ἀξίωμα; πῶς δὲ ἡ ἰδιότης κεκοίνωται; ἢ ἄλλον τούτου αἴτιον ζητήσομεν καὶ τέρας μὲν ἡμῖν εἰσαχθήσεται προσώπων, δυὰς δὲ θεοτήτων, ἑτέρα μὲν ἡ τῶν τριῶν, ἑτέρα δὲ ἡ τοῦ ἐπεισάκτου τετάρτου, ὃς ἐκ τῆς θαυμαστῆς σου καινοτομίας ἡμῖν ἐκπεπόρευται· ἔτι εἰ ταὐτὸν τὸ ἐκπορεύεσθαι τῷ χορηγεῖσθαι, ζητῶ, τίς ἑτέρα λέξις δηλοῖ τὸ πῶς ἐστὶ τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρός[30]*; ἔτι εἰ τοῦ υἱοῦ μείζων ὁ πατὴρ τῷ αἰτίῳ, ἔσται καὶ τοῦ πνεύματος τῷ αὐτῷ· εἰ δὲ καὶ ὁ υἱὸς αἴτιος τοῦ πνεύματος, ἔσται καὶ οὗτος μείζων αὐτοῦ· καὶ ποῦ σοι τοῦτο ἐξεύρηται, μείζονα τὸν υἱὸν τοῦ πνεύματος λέγεσθαι*[31]*; ἔτι εἴπερ ἡ τοῦ κυρίου εἰς τοὺς μαθητὰς ἐμφύσησις δηλοῖ τὴν ἐξ αὐτοῦ καθ' ὑμᾶς ἐκπόρευσιν τοῦ πνεύματος, ἥτις ἐστὶν ὅλου δηλαδὴ, οὐχ ἑνὸς χαρίσματος, τηνικαῦτα τὸν παράκλητον αὐτοῖς δέδωκε· καὶ ποῦ τὸ* (Io. VII, 7) *ἐὰν μὴ ἐγὼ ἀπέλθω, ἐκεῖνος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς*[32]*; ἔτι εἰ αὐτὸς ὁ πα-*

ribus indiget, ut sit, aut majus erit, quam unum quod exsistentiam habeat, aut aequale aut minus. At aequale quidem esse nequit, esset enim et ipsum ex uno: superest ergo, ut sit aut majus, aut minus. Ergo Spiritus quoque aut major erit Filio; et vide, quam impia sit haec innovatio; eorum enim, qui audacter in Filium se extulerunt, nemo hactenus hoc dicere ausus est: aut minor erit et Macedonius reviviscit. Si vero a Patre quoque impertitur duntaxat, item ut a Filio, aut sine principio erit et ipse; et ubi est Patris dignitas? quomodo autem proprietas communicata est? aut aliud hujus principium quaeremus et personarum quidem monstrum inducemus, deitatum autem dualitatem; alteram vero quarti hujus, qui introductus est, quique ex mira hac tua innovatione processit. Praeterea si procedere idem est, atque dari et impertiri, quodnam, quaeso, aliud vocabulum modum illum significat, quo Spiritus a Patre est? Insuper si Filio major est Pater, quatenus ejus principium est, eadem de causa Spiritu quoque major erit. Si vero Spiritus principium Filius etiam est, erit et ipse Spiritu major: at ubinam hoc invenisti Filium Spiritu majorem dici? Ad haec si Domini in discipulos insufflatio vestra quidem sententia ipsam Spiritus e Filio processionem denotat; quum haec totius profecto Spiritus sit, non unius

30) Frustra haec Latinis objicit Theophylactus: nec enim *procedere* idem prorsus esse ajunt, quod *dari* et impertiri; etsi ex eo, quod Spiritus a Filio mittatur ac detur, eum procedere etiam a Filio recte colligant, ut superius dixi. MING.

31) Apud Athanasium, Theophylacte, hoc inveni: is enim in prima, quam contra Arianos scripsit, oratione sic loquitur, ut recte animadvertit Iohannes Beccus. *Τοῖς μαθηταῖς ὁ κύριος τὴν θεότητα καὶ μεγαλειότητα δεικνὺς ἑαυτοῦ οὐκέτι ἐλάττονα ἑαυτὸν τοῦ πνεύματος, ἀλλὰ μείζονα καὶ ἴσον ὄντα σημαίνων ἐδίδου μὲν τὸ πνεῦμα καὶ ἔλεγεν· ἐγὼ αὐτὸ ἀποστελῶ κ. τ. λ.* hoc est „Discipulis Dominus deitatem majestatemque suam ostendens non jam minorem semetipsum Spiritu, sed majorem et aequalem significans Spiritum quidem dabat et inquiebat: Ego illum mittam etc. MING.

32) Quam futilia haec sint, quae Theophylactus objicit, nemo non videt. Discipulis enim dederat quidem Dominus Spiritum per insufflationem, eumque totum dederat; at illud insuper eis pollicitus fuerat, fore ut Spiritus pse illis se conspiciendum praeberet in die Pentecostes: itaque, nisi abiero, inquit, Paracletus non veniet ad vos, nimirum sub aspectabili specie. Quod autem subjungit Theophylactus, supervacaneum fuisse Spiritus Sancti in Pentecoste adventum, si ejusdem Paracleti fuit, qui Apostolis datus jam fuerat, ne id quidem ullius momenti

ράκλητος ἐδόθη τότε διὰ τῆς ἐμφυσήσεως, ἀλλὰ μὴ τὸ χάρισμα τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν, οἶδε γὰρ ὁ λόγος καὶ τὰ χαρίσματα καλεῖν πνεύματα, ἡ κατὰ τὴν πεντηκοστὴν παρουσία ἢ τοῦ αὐτοῦ, καὶ περιττή· ἢ ἄλλου πνεύματος, καὶ ποῖον τοῦτο, ζητήσωμεν[33].

VIII. Ταῦτα μὲν παρ' ἡμῶν εἰς σύστασιν τοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα ἐκ μόνου τοῦ πατρός, ἀλλὰ μὴ καὶ τοῦ υἱοῦ· εἴρηται δὲ καὶ ἄλλα τῶν τινι παλαιοτέρων σοφῶν· ὧν οὐδενὶ πρὸς τὸν παρόντα λόγον συνεχρησάμεθα τοῦτό γε κατὰ Παῦλον φρονήσαντες τὸ μὴ ἐπ' ἀλλοτρίῳ θεμελίῳ οἰκοδομοῦντες (Rom. XV, 20) εἰς τὰ ἕτοιμα καυχᾶσθαι (Cor. X, 16), ἀλλ' εἴπερ ἄρα ὡς οἰκείῳ ἐμφιλοτίμως[34] χωρεῖσθαι τῷ ὅλῳ, εἴ γέ τι οἰκεῖον ἀγαθὸν ἡ ἡμετέρα ἔχει ἀσθένεια, ἀλλὰ μὴ τὸ πᾶν ᾖ τῆς χάριτος· ἀκούω δὲ καὶ τῶν νῦν τινας πολύστιχα βιβλία περὶ τούτου συντάξαι τοῦ δόγματος καὶ τυχὸν ἂν χρυσὸν καὶ λίθους τιμίους καὶ πορφύραν τῇ τοῦ θεοῦ σκηνῇ συνεισήγαγον· ἀλλὰ σύ γε νῦν δέχου τὰ τοῦ ἐμοῦ πάχους δέρματα, εἰ μή τι ἄλλο, τὸ γοῦν ἐρυθρὸν[35] ἔχοντα ἐκ τοῦ δι' ἐμὲ παχυνθέντος λόγου, καὶ τὸ αἷμα κενώσαντος, ἵν' ἐμὲ μυσταγωγήσῃ τά τε ἄλλα καὶ τὰ περὶ τοῦ πνεύματος καὶ βασιλικὸν δείξῃ καὶ χριστὸν

tantum doni; Paracletum tunc ipsis dedit. Quid ergo sibi vult illud: Nisi ego abiero, ille non veniet ad vos? Praeterea si per eam insufflationem Paracletus ipse tunc datus est, non vero donum remissionis peccatorum (nam dona quoque Spiritus nomine appellare Verbum consuevit); qui in Pentecoste contigit adventus aut ejusdem Paracleti fuit et supervacaneus erat: aut alterius Spiritus fuit, et quinam hic sit, inquiram.

VIII. Haec nos quidem dicenda duximus, ut Spiritum ex Patre duntaxat, minime vero ex Filio quoque procedere ostenderemus. Alia vero etiam a quodam e vetustioribus sapientibus dicta sunt, quorum nihil in praesenti ab eo mutuabimur: sic enim cum Paulo sentimus, non decere nos, dum super alienum fundamentum aedificamus, in iis, quae praeparata sunt, gloriari: sed enitimur, ut, si fieri potest, quaecunque scribimus, nostra sint: si quod tamen nostrum bonum nostra habet infirmitas nec omnia gratiae potius tribuenda sint. Nonnullos autem nunc quoque magna de hoc dogmate volumina confecisse audio et aurum fortasse et pretiosos lapides purpuramque in Dei tabernaculum contulerunt: at tu quidem nunc crassitudinis meae pelles accipe, quae si nihil aliud, rubrum certe colorem habent a Verbo, quod carnis crassitiem mea causa induit ac sanguine vacuum factum est, ut quum alia mysteria me doceret, tum ea, quae ad Spiritum per-

est: ut enim recte ait Ioannes Beccus, εἰ καὶ πολλοῖς καὶ πολλάκις καταπεφοίτηκεν, οὐδεμία των αὐτου παρουσιῶν περιττή, hoc est, etsi ad plures et saepius descenderit (Spiritus), nullus tamen ejus adventus supervacaneus censendus est.

33) Legendum puto ζητήσομεν. MING.

34) Codex vocem hanc mutilam habet in hunc modum ἐμφιλοτίμ. Itaque legendum videtur ἐμφιλοτίμως, nisi quis malit legere ἐμφιλοτιμούμενοι. Ceterum in interpretatione hujus loci sententiam reddidi, non verba, quae paulo obscuriora sunt: obscurissima autem fuisset interpretatio, si transtulissem: universo (fundamento) tamquam proprio capi. MING.

35) Respicit et imitatur haec Scripturae verba, quae exstant exod. XXXV. 5. et seqq. οἴσουσι τὰς ἀπαρχὰς κυρίῳ, χρυσίον, ἀργύριον .... πορφύραν .... καὶ δέρματα κριῶν ἠρυθροδανωμένα .... καὶ λίθους σαρδίους κ. τ. λ. i. e. ut vertit vulg. int. offerent primitias Domino aurum et argentum .... purpuram .... pellesque arietum rubricatas .... et lapides onychinos etc. MING.

σφραγίσας καὶ χρίσας (II. Cor. I, 21. et 22) *τῷ αἵματι καὶ τῷ πνεύματι.*

IX. *Ἐπεὶ δὲ καὶ περὶ τῆς προσφορᾶς τῶν ἀζύμων πολὺς ὁ ζῆλος τοῖς πολλοῖς καὶ πυρὸς θερμότερος, ὃ δή λέγεται, καὶ πρότερον ἂν τὰς ψυχὰς πρόοιντο, ἢ τὴν περὶ τούτων δόξαν αὐτῶν παραλύσαιεν*[36]*· εἰ δέ τινες οἰκείῳ πάθει καταχαρίζονται, ὃ κρίμα καὶ παγὶς τοῦ διαβόλου* (I. Tim. III, 6, 7) *Παύλῳ δοκεῖ*[37]*· ἃ μὲν δεῖ πρὸς τούτους εἰπεῖν, ἐν ὑστέρῳ λέξομεν τῶν μὲν τὸ ἄμετρον τοῦ ζήλου κολάζοντες· τοῖς δὲ ταπεινὸν δεικνύντες τὸ ἀταπείνωτον· πρὸς δὲ τοὺς Λατίνους οὐ τὴν πρώτην παρεξηγησόμεθα τῶν ἀζύμων* (Matth. XXVI, 17, Marc. XIV, 12), *φάσκοντες εἶναι ταύτην τοῦ μηνὸς*[38] *τὴν δεκάτην, καθ' ἣν τὸ πρόβατον ἐλαμβάνετο·*[39] *οἴδαμεν γὰρ τὸν νόμον πρώτην τῶν ἀζύμων τὴν πεντεκαιδεκάτην ἡμέραν* (Exod. XII, 18) *λέγοντα, εἰς ἣν ἡ νὺξ ἐπιφώσκει τῆς τοῦ πάσχα βρώσεως·*[40] *ὅθεν καί τις τῶν παρ' ἡμῖν θείων διδασκάλων ἐξηγούμενος τὴν παρὰ τῷ εὐαγγελιστῇ λεγομένην πρώτην τῶν ἀζύμων, πρώτην φησὶ τῶν ἀζύμων τῷ Ματθαίῳ τὴν πρὸ τῶν ἀζύμων ἡμέραν λέγεσθαι· εἰδὼς μὲν τὸν νόμον κατὰ τῆς πόστης ἡμέρας τὸ ὄνομα τίθησιν, ὡς δὲ καινόν τι τοῦτο παρὰ τοῦ εὐαγγελιστοῦ λεγόμενον ἐπισημαινόμενος· ἀλλ' οὐδὲ τὸν κύριον παρεισάξομεν ἢ μὴ τελέσαντα τὸ πάσχα τὸ νομικόν, ὡς ἂν μηδὲ τῶν ἀζύμων μεταλαβόντα συναποδείξωμεν· ἢ τελέσαντα μέν, ἀλλὰ πρὸ τοῦ καιροῦ τοῦ τὴν ζύμην αἴροντος· ὥστε καὶ ἄρτον ζυμίτην εὑρίσκεσθαι· ταῦτα γάρ τινες ἤδη καὶ τῶν ὑπὲρ λίαν*[41] *ἐθάῤῥησαν· οὔκουν αὐτός τινος τῶν οὕτω λεγομένων ἀνέξομαι· οὐ γὰρ θέμις σπεύδειν συνιστᾶν ἐκ τοῦ ψεύδους*

tinent, meque Spiritu ac sanguine obsignans et ungens regalem atque unctum ostenderet.

IX. Quoniam vero de azymorum etiam oblatione magnus plerisque et igne, ut ajunt, calidior zelus est ac vitam potius amittere parati sunt, quam eam, quam animo imbiberunt, de hac re opinionem deponere; quin etiam quidam propriae suae cupiditati blandiuntur, id quod Paulo judicium et laqueus diaboli videtur: adversus istos quidem, quae dicenda sunt, dicemus in posterum et aliorum quidem nimium zelum redarguemus, aliis vero id humile esse ostendemus, quod minime abjectum putant. Adversus Latinos autem non sic disceptabimus, ut primum azymorum diem perperam interpretemur eumque mensis decimum fuisse dicamus, quo agnus sumebatur: novimus enim primum azymorum diem vocari in lege quintumdecimum diem, ante quem nox illucescit, qua pascha comedebant: ex quo etiam factum est, ut quidam e nostris divinarum rerum doctoribus eum, qui apud euangelistam primus azymorum dicitur, explanans primum azymorum a Matthaeo dici affirmaverit diem, qui est ante azyma: non quo ignoraret, quoto mensis diei nomen istud in lege imponatur, sed quo istud tanquam novum quidpiam ab euangelista dici indicaret. Sed ne illud quidem dicemus, quod perperam sane diceretur, Dominum aut legale pascha non perfecisse itaque ne azyma quidem sumpsisse; aut perfecisse illud quidem, sed ante id tempus, quo fermentatum de medio auferebatur itaque fermentum quoque panem repertum esse: haec enim quidam olim nimis confidenter dicere ausi sunt. Verum equidem

36) Cf. supra *Leon. Achrid.* ep. ad Ioan. Tran., *Nicetae Pector.* lib. contra Lat.

37) Demetrius Chomatenus hunc locum allegans sic legit: *οἱ δέ τινες καὶ οἰκείῳ πάθει καταχαρίζονται καὶ παγὶς τοῦ διαβόλου τῷ Παύλῳ δοκεῖ· ἃ μὲν δεῖ κ. τ. λ.* MING.

38) Nempe primi, qui dicitur Nisan. MING.

39) Exod. cap. XII, vers. 3 et seqq. jubentur Hebraei agnum sumere decima die primi mensis eumque servare usque ad quartamdecimam diem, qua tandem immolandus erat ad vesperam. MING.

40) Hanc sententiam oppugnat Humbertus (Dialogi c. XV seq. supra p. 102 et contra Nicetam c. XI. p. 140.)

41) Ita scriptum est in codice. Fortasse tamen legendum est *τῶν ὑπερλίαν*. MING.

τὰ τῆς ἀληθείας μυστήρια· εἰ δὲ καὶ ἔστιν ἡ ὁδὸς καὶ ἡ ἀλήθεια ὁ Χριστὸς, οὔτε τῆς ὁδοῦ ἑκὼν εἶναι ἀποπλανήσομαι, οὔτε τῆς ἀληθείας τὸ μὴ ὂν καταψεύσομαι· τίς οὖν ὁ ἐμὸς λόγος; φαγεῖν μὲν τὸ πάσχα τὸν κύριον ἐν καιρῷ, καὶ ὅτε ἡ ὥρα ἐγένετο, ἑτοιμασθὲν αὐτῷ παρὰ τῶν μαθητῶν καὶ τοῦ οἰκοδεσπότου (Luc. XXII, 11) δηλαδὴ κατὰ τὸ ἔθος καὶ οὐκ ἄλλως· ἢ γὰρ ἂν ἐπεσημήνατο τὴν καινοτομίαν τὸ εὐαγγέλιον, ὥσπερ καὶ τἆλλα, οἷς τὸν νόμον ὑπεραναβαίνων ἐχρῆτο οὐ μόνος αὐτὸς, ἀλλὰ καὶ οἱ μαθηταί· οἷον τὸ· ἐν σαββάτῳ πηλὸν ποιεῖν (Io. IX, 6), τὸ κελεύειν αἴρειν τὸν κράββατον (Io. V, 8), τὸ ψώχειν τοὺς στάχυας (Luc. VI, 6), τὸ τὸν ἄρτον ἐσθίειν ἀνίπτοις χερσὶ· (Matth. XV, 2) φαγεῖν δὲ τὸ νομικὸν πρότερον, εἶτα καὶ τὸ μυστήριον τοῦ κατ᾽ αὐτὸν πάσχα παραδοῦναι τοῖς μαθηταῖς· δῆλον ὡς ἐκ τοῦ παρευρεθέντος ἄρτου· εὕρητο δὲ τηνικαῦτα ἄζυμος· οὐ μὴν ἐπειδὴ ἐκεῖνος ὁ ἄρτος ἄζυμος ἦν τῆς ἀνάγκης τοῦ νόμου τοῦτο ποιούσης, ἤδη καὶ ἡμεῖς οἱ τῆς ἐν Χριστῷ ἐλευθερίας καταπολαύοντες ἄζυμον ἐξ ἀνάγκης ποθήσομεν τὸν ζυμήτην ἀποῤῥαπίσαντες· ἢ οὕτω γε· οὐ χεῖρον γὰρ καὶ τοιουτοτρόπως συμπλακῆναι τοῖς ἄλλον τρόπον περιεχομένοις τοῦ γράμματος· ἐπειδὴ τὸν ἄρτον ἐκεῖνον εἰκὸς, μᾶλλον δὲ καὶ πλεῖον τοῦ εἰκότος, εὐτελῆ τινα εἶναι καὶ τυχὸν κρίθινον·[42] οὐ γὰρ ἁβροδίαιτος οὔθ᾽ ὁ ἑστιάτωρ, οὔθ᾽ οἱ δαιτυμόνες· ἀλλὰ τῇ τε ἄλλῃ εὐτελείᾳ τοῦ βίου σύντροφοι καὶ τῶν κριθίνων ἄρτων ἐθάδες, ἐξ ὧν καὶ χιλιάδες αὐτοῖς ἐτράφησαν (Io. VI, 9 et 13), ἵνα σὺ μάθῃς τερατουργῶν τὴν εὐτέλειαν· τί γοῦν κωλύει καὶ νῦν τοιοῦτον ζητοῦντας ἄρτον παρόντα τὸν σεμιδαλίτην τοῦ θυσιαστηρίου ποιεῖν ὑπερόριον, ὥσπερ καὶ νῦν ἀκούοντας τοῦ κυρίου λέγοντος (Isai. I, 13)· ἐὰν προσφέρητέ μοι σεμίδαλιν, μάταιον· τὸ δ᾽ αὐτὸ καὶ περὶ τοῦ ποτηρίου ἔχοιμεν ἂν

ex his, qui sic disputant, neminem unquam patienter audiam; nec enim nos adniti fas est, ut veritatis mysteria mendacio confirmemus. Quod si via etiam et veritas Christus est, neque a via sciens prudensque aberrabo, nec veritatem falsitatis insimulabo. Quaenam ergo est opinio mea? Equidem Dominum censeo, quum legitimum tempus et hora advenisset, pascha comedisse, quod ipsi a discipulis et a patrefamilias paratum erat idque, prout consuetudo ferebat, non vero aliter comedisse: alioquin novitatem, si qua fuisset, indicasset euangelium, sicut et cetera notavit, quae Dominus longe supra legem extollens fecit non modo ipse, sed et discipuli: cujusmodi sunt isthaec: sabbato lutum facere, jubere grabatum tollere, spicas confricare, illotis manibus pane vesci. Legale autem pascha primo eum comedisse existimo, deinde sui paschatis mysterium discipulis tradidisse idque ex pane profecto, qui inventus est; azymus autem tunc inventus est; sed etsi legis necessitate factum fuerit, ut panis ille azymus esset, non continua tamen a nobis quoque, qui illa, quae a Christo est, libertate perfruimur, fermentato rejecto azymus necessario expetendus est: alioquin sic etiam ratiocinari quis poterit: nec enim inutile erit cum his, qui alio modo literam interpretantur, hac quoque ratione pugnare: quoniam panem illum verisimile est, quin etiam plus quam verisimile frugi quemdam panem fuisse ac fortasse hordeaceum (delicatioris enim victus neque convivator erat, neque convivae; sed quum ceteris in rebus communis eorum victus parcus esse ac frugi consueverat, tum vero etiam hordeaceo pane assueti erant; quem compluribus quoque hominum milibus edendum praebuerunt, ut appareat, quanta essent frugalitate vel dum prodigia patrabant): quidnam

42) Estius in lib. IV. Sent. dist. 8. c. 6. ait non modo eum panem in altari consecrari posse, qui ex tritici granis sit, verum etiam eum qui sit ex hordei, aut zeae, aut farris granis. Communior tamen ac tutior opinio est triticeum duntaxat panem materiam esse sacramenti eucharistiae MING.

εἰπεῖν· ὡς ἐκεῖνο μὲν οἷον τυχὸν ἂν ἦν ὑδαροῦ ἢ καὶ ἐκτροπίου, ἀκολούθως τῇ ἄλλῃ τοῦ θεοῦ κάτω ταπεινότητι, νῦν δὲ ἀνθοσμίας πολλάκις προσφέρεται· ἆρ᾽ οὖν τοῦτον μὲν ἀποπεμψόμεθα τὸν πολύτιμον, ἐκεῖνον δὲ ἐγκρινοῦμεν τὸν τῆς εὐτελείας ἀπόζοντα; ἢ καὶ Παλαιστιναίων ἀξιώσομεν εἶναι τοῦτον; καὶ τοῦδε τοῦ χωρίου, ἐξ οὗπερ ἦν καὶ ὁ τὸ τοῦ Κυρίου πληρῶν ποτήριον; εἰ δὲ μὴ λήρους ἐπισυνείρω καὶ τοιοῦδε τοῦ κεραμέως; πολλῆς ὄντως ταῦτα τῆς τῶν φρενῶν εὐτελείας· ἤπου[43] σὺ καὶ μετὰ τὸ φαγεῖν μεταλήψῃ τοῦ μυστηρίου; καὶ ἀνακείμενος; καὶ ἀνώγεων ζητήσεις; καὶ τἆλλα ὅσα μὲν ἐνελεῖτο τῷ καιρῷ ἀπαιτούμενα, νῦν δὲ πρὸς ἄλλον τύπον μετεσχημάτισται; οὕτω τῆς εὐλαβείας νομοθετούσης ἡμῖν καὶ τῆς πίστεως· ἴσως δέ τις ἀκούων καὶ τῆς βίβλου τῶν πράξεων (Act. II, 46. XX, 7 et alibi.) πολλαχοῦ μεμνημένης κλάσεως ἄρτου, εὑρίσκων δὲ ταὐτὸ τοῦτο καὶ παρὰ Παύλῳ (I. Cor. X, 16.), τοιοῦτον εἶναι συλλογίσεται τὸν μυστικῶς τότε κλώμενον, οἷος καὶ πρὸς τὴν κοινὴν βρῶσιν προὔκειτο, ἠσθίετο δὲ οὐ πάντως ὁ ἄζυμος. οὗτος γὰρ ῥηταῖς τισιν ἡμέραις καὶ θυσίαις ἀποκεκλήρωτο εἰ δ᾽ οὐκ ἀναγκαῖα ταῦτα, ῥέπει γάρτοι καὶ ἐπὶ θάτερον, ἀλλ᾽ ἔμοιγε τὸ πλεῖον ἡ πλάστιγξ νέμει· ἐξ οὗ καὶ τὸ νικᾶν δίδοται καὶ δρομεὺς στεφανίτης ἑνὶ βήματι προτερῶν.

X. Καὶ πρός γε δυσωπείτω σε τὸ πλῆθος τῶν ἑῴων τοῦ θεοῦ λειτουργῶν καὶ τὸ τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἐκκλησίας ἀξίωμα, ἀφ᾽ ἧς ὡς πηγῆς ἡ χύσις τῆς πίστεως καὶ τῆς ἀποστολικῆς παραδόσεως· ἧς καὶ τὸ τοὺς ἄρτους ζυμήτας προσφέρεσθαι· τί τοὺς ἑῴους σοι λέγω; ἀριθμήσεις τοὺς Ἰνδούς τε καὶ τοὺς Αἰθίοπας ἀπόβλεψόν μοι καὶ πρὸς τὴν Αἴγυπτον καὶ τὰ

43) Legendum videtur ἤπου. MING.

ergo nos prohibet, quominus hujusmodi panem quaeramus ac similagineum, quo nunc utimur, ab altari amandemus? quasi Dominum nunc quoque audiremus dicentem: Si obtuleritis mihi similam, frustra est. Id ipsum vero et de calice possemus dicere: eum nempe vini fortasse aqua diluti fuisse aut etiam vappae: id quod humilitati, quam ceteris in rebus praetulit Deus Homo, consentaneum est: nunc autem generosum saepenumero offertur atque odoriferum. Numquid ergo istud quidem, quod magno emitur, rejiciemus, illud vero, quod frugalitatem redolet, ei praeferemus? aut Palaestinum quoque id esse cupiemus et ejus praedii, cujus et illud erat, quo Domini calix repletus est? et nisi nugor, ejusdem etiam figuli? Multum sane haec ad mentis frugalitatem conducunt. An ipse quoque mysterium participabis et sumpto jam cibo et accumbens et in coenaculo atque alia omnia servans, quaecunque facta quidem tunc fuerunt, propterea quod ea tempus postularet, nunc autem ad aliam formam pietate nobis ac fide hoc praecipiente translata sunt? Sed audiens fortasse quis fractionem panis saepius in libro actorum commemorari idque ipsum apud Paulum etiam reperiens talem fuisse conjiciet eum panem, qui mystice tunc frangebatur, qualis ad vulgares mensas apponebatur: apponi autem azymus omnino non consueverat, is enim certis quibusdam diebus ac sacrificiis fuerat destinatus. Quod si assensum haec necessario non extorquent (vergunt enim, tanquam in libra, in adversam etiam partem), majus saltem in mea lance pondus est; unde et victoria pendet: nam et in stadio cursor, si vel uno passu praeeat, corona donatur.

X. At moveat te praeterea Orientalium Dei sacerdotum multitudo, et Hierosolymitanae auctoritas ecclesiae, e qua, tamquam e fonte, fides atque Apostolica traditio derivata ac propagata est, ex qua consuetudo quoque ista est, ut fermentatus panis offeratur. Sed quid

μέρη Λιβύης τῆς κατὰ Κυρήνην (Act. II, 10) καὶ αὐτῆς γε τῆς διψηρᾶς· καὶ ὄψει πάντας τὸ ἓν φρονοῦντας τῷ αὐτῷ κανόνι στοιχοῦντας περὶ τοὺς ἄρτους τῆς μυστικῆς προθέσεως,[44] (Matth. XII, 4 et lib. I. Reg. XXI, 6.) ἀλλὰ καὶ τὸν τῆς Κορινθίων ἐκκλησίας ἄρτον ἐπίσκεψαι, ἣν οὐ διαγράψῃ ὡς μὴ τὰς παραδόσεις κατέχουσαν· ὁ γὰρ παραδοὺς ἐπήνεσεν ὡς κατέχουσαν· (I. Cor. X, 16) ᾧπερ ἀντιψηφίζεσθαι πᾶσαν ὑπερβάλλει αὐθάδειαν, ἵνα μὴ λυπήσω λέγων ἀσέβειαν. Ἀκούεις οἶδ' ὅτι καὶ Σαρδώων τῶν σῶν καταμαρτυρούντων τῆς τῶν ἀζύμων ἀναφορᾶς, ἀλλὰ προσποιῇ τὸν κωφεύοντα· ἐγὼ δὲ καὶ τούτων ὀξέως ἀκούω καὶ τῆς παλαιᾶς παροιμίας· οἴκοθεν ὁ μάρτυς·[45] ἐπιβοώσης καὶ τὴν λευκὴν διδούσης ἐμοί· τί τοίνυν τοῖς τοσούτοις, ἐρῶ δὲ καὶ τηλικούτοις ἀντινομοθετοῦντες οὐδὲν ἁμαρτάνειν οἴεσθε; καὶ παρὰ τὴν συνήθειαν τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ θεοῦ τελοῦντες τὴν ὀφρῦν αἴρετε καὶ δέον συνυπαχθῆναι, ὑμεῖς δὲ συναπάγειν βιάζεσθε καὶ κατηγορεῖτε ἡμῶν τῶν, εἰ θελήσαιμεν, κατηγορησόντων ἂν δικαιότερον· ἡμεῖς μὲν γὰρ εὐλαβούμεθα τούτου γε ἕνεκα πράγματα παρέχειν ὑμῖν. καὶ προσερεθίζειν τὸ φιλότιμον καὶ φιλόνεικον ὑμεῖς δὲ οὐδὲ φειδομένων οἴδατε φείδεσθαι.

XI. Ἐπεὶ ἄλλως γε καὶ τὴν ἐν σάββασι νηστείαν ὑμῶν εἰ βουλοίμεθα πικρῶς ἐξετάζειν, δείξομεν οὔτε ἀποστολικαῖς οὔτε πατρικαῖς διδασκαλίαις ἀκόλουθον·[46] οἵ τε γὰρ ἀπόστολοι[47] τῶν τὴν κυριακὴν ἡμέραν ἢ τὸ

Orientales tibi objicio? Indos quoque in hoc numero atque Aethiopes pone. Aspice, quaeso ad Aegyptum quoque et ad Cyrenaicae atque adeo ipsius siticulosae Libyae partes: omnes eidem regulae insistere videbis atque unum idemque sentire de panibus mysticae propositionis. At eum quoque panem inspice, quem Corinthiorum offert ecclesia: a qua quidem traditiones non servari non criminaberis; qui enim illas ipsi tradidit, eam quoque ut servantem ipsas commendavit: huic autem refragari summae pertinaciae est, vereor enim, ne te contristrem, si dixero, impietatis. Audis profecto Sardos quoque tuos adversus azymorum oblationem testimonium dicere: at te surdum fingis. Ego autem et istos probe audio et vetus proverbium: E domo testis, quod exlamat, ac mihi suffragatur. Quare ergo dum ea praecipitis, quae tam multorum, quin etiam tantae auctoritatis populorum consuetudini adversantur, nihil vos peccare existimatis? ac, dum praeter ecclesiarum Dei morem sacrum facitis, supercilia extollitis? quumque nobiscum una vos adduci oporteat, vobiscum una nos, abducere conamini? nosque accusatis, qui justius vos, si libeat, accusare possimus? Cavemus enim nos quidem, ne vobis negotium hac de causa facessamus contentionemque ac rixam magis magisque incendamus: vos vero ne parcentibus quidem parcere consuevistis.

XI. Nam ceteroqui vestrum quoque sabbatorum jejunium si severe expendere velimus, illud nec Apostolorum, nec patrum doctrinis consentaneum esse ostendemus. Primum enim

44) De ἄρτοις προθέσεως vide Humberti dialog, c. XIII. p. 99.

45) De hoc adagio lege quae scribit Manutius in adagiis p. 752. MING.

46) Cf. Humberti dialog. c. XLVI. p. 118.

47) Lege sexagesimum quintum ex iis canonibus, qui Apostolorum dicuntur. Quos canones ab Apostolis scriptos non esse multoque minus hunc, quem Latinis objicit Theophylactus, necesse non est ostendere; id enimt inter caeteros luculentissime ostendit Natalis Alexander dissert. 18. in hist. eccles. sec. I. ac nominatim de canone 65. loquitur prop. 3. pag. 198. MING.

Canon modo citatus sic se habet: „Εἴ τις κληρικὸς εὑρεθῇ τὴν κυριακὴν ἡμέραν νηστεύων ἢ τὸ σάββατον πλὴν τοῦ ἑνὸς μόνου, καθαιρείσθω, εἰ δὲ λαϊκός, ἀφοριζέσθω."

De hoc canone observat *Hefelius* hist. conc. tom. I. p. 794: „In nonnullis regionibus sabbato jejunabatur u

σάββατον νηστευόντων ἑνὸς ὑπεξῃρημένου καταψηφίζονται, λαϊκῶν μὲν ἀφορισμὸν κληρικῶν δὲ καθαίρεσιν· καὶ οὐ δήπου παρεγγράπτους τούτους τοὺς κανόνας κρινεῖς, οὓς ἡ ἕκτη σύνοδος[48] ἐσεβάσατο, ᾗ δογματιζούσῃ μὲν παρῆσαν οἱ τοῦ ὑμετέρου Ἀγάθωνος τοποτηρηταί· κανονιζούσῃ δὲ ὁ ὀτρυναίων[49] Βασίλειος, οὕτω πολὺς, ὡς πάσης τῆς καθ' ὑμᾶς συνόδου τὸν τόπον πληροῦν·[50] ἀλλὰ καὶ οἱ ἐν Λαοδικείᾳ πατέρες, οἷς καὶ αὐτοῖς ἡ ἕκτη πᾶσαν τιμὴν ἀποδέδωκεν[51], οὐ δεῖν εἶπον ἐν τεσσαρακοστῇ προσφέρειν ἄρτον, εἰ μὴ ἐν σαββάτῳ καὶ κυριακῇ· οὐκ ἂν τοῦτο νομοθετήσαντες, εἰ τὸ σάββατον νηστείας ἡμέραν ᾔδεσαν· ὅτι δὲ τοῦθ' οὕτως ἔχει καὶ οὐ παραστοχαζόμεθα καὶ τὰ γενέθλια τῶν μαρτύρων ἤγουν τὰς μνήμας, οὐκ ἐν τῇ τεσσαρακοστῇ τελεῖσθαι νομοθετοῦσιν, ἀλλ' ἐν τοῖς σαββάτοις καὶ ταῖς κυριακαῖς· ἑορτῆς γάρ εἰσιν, οὐ κακώσεως, ἣν ἡμῖν ἡ νηστεία βούλεται· τί δὲ μαρτύρων μνήμης φαιδρότερον; βούλει σοι καὶ βασιλικὸν[52] ἐπιδείξω ψήφισμα; Βασίλειος ἐκεῖνος, οὗ τὸ ἐν λόγῳ καὶ πνεύματι κράτος πᾶσαν ἐπέσχε τὴν γῆν, ἐν οἷς περὶ νηστείας ὡμίλησε[53] τῇ δι' αὐτὸν καλῇ καὶ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ κῶν Καισαρέων πενθήμερον τὴν νηστείαν ἀπαριθμούμενος τὴν καθ' ὑμᾶς ἑξαήμερον παρεμβόλιμον ἀπο-

Apostoli eos damnant, qui dominicis diebus aut sabbatis uno excepto jejunium servent, laicos quidem segregatione, clericos autem depositione. Neque vero eos canones suppositios judicabis, quos sexta synodus venerata est; ipsi enim dogmata quidem tradenti interrerant qui Agathonis vestri locum tenebant; canones autem condenti suasor et impulsor aderat Basilius tanta auctoritate praeditus, ut totius vestrae synodi locum impleret. Sed praeterea Laodiceae congregati patres, quos et ipsos omni honore sexta synodus prosecuta est, panem in quadragesima, nisi sabbato et dominica die, offerendum non esse dixerunt: quod non sanxissent, si jejunii diem sabbatum esse novissent. Rem autem ita se habere neque nostra nos fallere conjecturam ex eo apparet, quod martyrum natalitia seu commemorationes ne in quadragesima celebrentur, sanxerint, sed sabbatis ac dominicis diebus; festi enim sunt hi dies, non afflictationis: quam in nobis jejunium vult; quid autem commemoratione martyrum laetius? An basilicum quoque decretum tibi ostendi vis? Basilius ille, cujus in Verbo et Spiritu potentia terram obtinuit universam, quum in iis, quas de jejunio habuit, homiliis coram illa, quae per ipsum praeclara ac magna erat, Caesareensium

Romae fortasse etiam is Hispania, in aliis contra hoc non fiebat. Quae diversitas pervetusta est. Itidem in vetustis gnosticis sectis, ut apud Marcionitas jejunium die dominica observari invenitur. Quare canon hic ex vetustissimis est desumptus, ex constitutionibus V, 20.

48) Concilium Trullanum perperam confundit Theophylactus cum sexta synodo. Nam sexta synodus habita est decem annis ante Trullanam. Sextae quidem interfuerunt legati summi pontificis, Trullanae vero non interfuerunt. Ea non nullos canones condidit, sed dogmata duntaxat tradidit: Trullanae vero multi extant canones: quin imo haec πενθέκτη, sive quinisexta dici solet, quod canones condens quintam synodum ac sextam, a quibus nullus editus fuerat canon, veluti suppleverit. Trullanos tamen hos canones, saltem omnes, Romana ecclesia nunquam approbavit. MING. Cf. Proleg. XI.

49) Legendum puto ὀτρύνων. MING.

50) Basilius iste Trullanae synodo his, quidem verbis subscripsit: Βασίλειος ἐπίσκοπος τῆς Γορτυνίων μητροπόλεως τῆς φιλοχρίστου Κρήτης νήσου καὶ τὸν τόπον ἐπέχον πάσης, τῆς συνόδου τῆς ἁγίας ἐκκλησίας Ῥώμης ὁρίσας ὑπέγραψα i. e. „Basilius episcopus Gortyniorum metropolis Christum amantis Cretae insulae et locum tenens totius synodi sanctae ecclesiae Romanae definiens subscripsi.“ Attamen Romanae Occidentalium synodi locum tenens ac legatus revera non fuit saltem in Trullana synodo. Lege tomum VII. coll. Labb. conc. p. 1330. edit. Venet. MING.

51) Lege con. II. Trullanum. MING.

52) Transtuli „basilicum“, quod est „regium“, ut paronomasiam retinerem. MING.

53) Nempe hom. I. de jejunio num. 7. tom. 2 edit. Garnerii pag. 6. MING.

δείκνυσιν· ὥστε καὶ πρὸς ὑμᾶς εὐστόχως ἄν τις τοῖς τοῦ Ἡσαΐου (cap. LVIII, v. 5) *χρήσαιτο· οὐ ταύτην τὴν νηστείαν ἐξελεξάμην, λέγει κύριος.*

XII. *Ἃ μὲν οὖν ἔδει πρὸς τοὺς δυτικοὺς εἰπεῖν τῆς ἀληθείας καὶ μαθητὴν καὶ διδάσκαλον περί τε τῶν ἀζύμων καὶ τῆς ἐν σαββάτῳ νηστείας κατὰ δύναμιν ἡμῖν εἴρηται· ἀξιώσειε δ' ἄν τις λόγον καὶ τὸ περὶ τοὺς γάμους αὐτοῖς, ὡς δοκεῖ, πλημμελούμενον·*[54] *ἐμοὶ δὲ οὐ σχολὴ τὴν καμαρίναν κινεῖν*[55]*, τά τε ἄλλα καὶ ὅτι παρ' ἐκείνων ἡμῖν ὁ γάμος τῶν ἱερωμένων ἐπεγκαλεῖται. καὶ οὐ μόνος οὗτος· ἀλλ', ὥς φασι, καὶ ἄλλα δυσεξαρίθμητα· τοιοῦτον ἡ φιλονεικία, περὶ τὰ ὄντα τυφλὸν, περὶ τὰ μὴ ὄντα ὀξυδερκὲς, τὸ μὲν κατορθώματα· τὸ δὲ ἐλαττώματα, ὅτι τοίνυν ἀπολογεῖσθαι τούτοις καιρὸς πρὸς τὰ καθ' ἡμῶν ἐγκλήματα, τότε καὶ περὶ τοῦ γάμου λέγειν καιρὸς, εἴτ' ἐκείνοις, εἴθ' ἡμῖν ἁμαρτάνεται, εἴτε καὶ ἀμφοτέροις ἔχει καλῶς πρὸς τὸν σκοπὸν, ὃν ἕκαστοι τοῦ πράγματος προϊστάμεθα.*

XIII. *Λοιπὸν δὲ νουθετῆσαι καὶ τοὺς πολλοὺς τῶν ἡμετέρων, ὅσοι τε ζηλοῦσι μὲν, ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν* (Rom. X, 2) *καὶ ὅσοι τὸ δεινότερον ὑπὸ φιλαυτίας τὸ Χριστοῦ σῶμα σπαράττουσι· καὶ πρότερόν γε πρὸς τοὺς ἁπλουστέρους τὸν λόγον ποιήσομαι· οὐ πάντα πάντας ἀπαιτητέον, ἀδελφοί· ὥσπερ οὐδὲ πᾶσι πάντα συγχωρητέον· ἀλλ' ὅσα μὲν μὴ καταβαλλόμενα φέρει τὴν ζημίαν ἐπὶ τὰ καίρια, τούτων ἀνθεκτέον καὶ χερσὶ καὶ*

ecclesia, quinque jejunii dies enumeret vestrum, quod sex dierum est, jejunium commentitium esse demonstrat. Itaque apte quis contra vos quoque ea Isaiae verba intorqueat: Non hoc jejunium elegi, ait Dominus.

XII. Jam vero quae contra Occidentales quum de azymis, tum de sabbati jejunio dicere oportebat Veritatis et discipulum et magistrum, pro viribus diximus. Aequum autem censeat fortasse quis de eo etiam sermonem haberi a nobis, quod peccari videntur in connubiis: at mihi camarinam movendi otium non est quum aliis de causis, tum etiam quia consecratorum nobis connubia ab eis exprobrantur: neque vero isthaec duntaxat; sed et alia, ut inquiunt ipsi, innumerabilia. Ita scilicet natura comparati sunt contentiosi homines ceterisque praestandi cupidi: ad ea, quae sunt, caeci; ad ea, quae non sunt, lyncei, recte quidem facta non vident, vitia vero acutissime perspiciunt. Itaque quum occasio ad haec diluenda, quae nobis inferuntur, crimina data fuerit, tunc de connubiis quoque sermonem habere tempus erit illudque quaerere, utrum ipsi peccent, an nos, an vero etiam utrisque recte res habeat pro fine, quem utrique spectamus.

XIII. Superest autem, ut plerosque etiam ex nostris moneamus, quum eos, qui zelum quidem habent, sed non secundum scientiam, tum etiam eos, quod gravius est, qui, quod semetipsos immoderate ament, Christi corpus discerpunt. Ac primum quidem simpliciores affabor. Non omnia ab omnibus, fratres, exigenda sunt; sicut ne omnibus quidem omnia condonanda sunt: sed quaecumque talia sunt, ut, nisi persolvantur, magnum nobis ad illa

54) Cf. *Nicetae* lib. c. Latinos (supra p. 133. c. XV.) et *Humberti* respons. in illum lib. (supra p. 147. c. XXVI, seq.)

55) Unde ortum sit hoc adagium, docet Servius ubi istum libri tertii Aeneidos locum interpretatur. „Et fatis nunquam concessa moveri Apparet Camarina procul.“ Hoc ipso adagio utitur Lucianus in dialogo, qui inscribitur ψευδολογιστής, seu de Apophrade: ibi enim haec scribit, (tom. 3. pag. 656 edit. Basil.): ὁρᾷς ὡς ἄμεινον ἦν σοι ἀκίνητον τὴν καμαρίναν ἐᾶν. MING.

ποσὶν ὅ λέγεται καὶ ὥς τινα φόρον εἰσπρακτέον ἀπαραιτήτως εἰδότας τὴν τούτου συντέλειαν οὐ μικρὰν εἰσφέρουσαν τοῖς πράγμασι λυσιτέλειαν, ὅσα δὲ μήτε τῇ ἀποστερήσει ζημιοῖ μεγάλα κἂν προσβιασθεῖεν ὥστε κερδανθῆναι, ζημιῶσι τὰ μέγιστα, ταῦτα καταλείπειν ἔχειν ὡς ἔχει, ἀνδρὸς κριτικοῦ καὶ τοὺς τῆς πραγματείας εἰδότος νόμους, μεγάλων ἀλλαττομένου σμικρὰ ἀλλὰ μὴ τῶν ἐλαχίστων τὰ μέγιστα· οὕτω κἂν ταῖς τῶν σωμάτων θεραπείαις ὁρῶ τοὺς ἰατροὺς κρίνοντας· ἐγκεφάλου μὲν ἢ ἥπατος, πασχόντων πᾶσαν εἰσφέρονται [56] ἐπιμέλειαν ἔν τε διαίτης τρόποις καὶ φαρμακείαις· ἔστι δ' ὅτε τοῦ τῆς τέχνης λόγου μηδὲν ἀνύοντος ἐπὶ ἀντιπαθείας φυσικὰς μεταβαίνοντας καὶ ἐπῳδὰς ὑποβαρβαρίζοντας, καί τινα συρφετὸν πολυειδῶν ὑλῶν τῷ κακῶς ἔχοντι περιάπτοντας καὶ οὐ μᾶλλον ἐκείνου ταῦτ' ἐξαρτῶντας ἢ αὐτοὺς τῆς τούτων βοηθείας ἐξαρτωμένους· [57] κἂν τι τῶν ἀκυρωτέρων ὁρῶσιν ἐκ τῆς τοιαύτης ἐπιμελείας βλαπτόμενον σμικρὰ τούτου ἢ οὐδόλως φροντίζοντας· καὶ μάλιστα μὲν εὐχομένους κἀκεῖνο τὸ μέρος τοῦ σώματος ἀμέμπτως ἔχειν καὶ ὑγιῶς· εἰ δ' ἀμφότερα μὴ ἐνδέχεται, τὸ μεῖον κακὸν προαιρουμένους τοῦ μείζονος, κἂν ταῖς πρωτοπαθείαις δὲ τῶν ἀκυρωτέρων τὴν αὐτὴν κρίσιν φυλάττοντας· καὶ γάρ τινος τούτων νενοσηκότος, ἐπειδὰν τὴν θεραπείαν ποιούμενοι κατασκέψωνταί τι τῶν κυριωτέρων ἐντεῦθεν κακοπραγοῦν, τοῦ θεραπεύειν ἀφίστανται· ταὐτὸ τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ καλοῦ τῆς ἐκκλησίας σώματος τηρητέον τοῖς τούτου θεραπευταῖς, οὓς τῆς πίστεως μὲν κακῶς πασχούσης καὶ τῶν δογμάτων, ἀξιῶ πᾶσαν εἰσφέρειν πρὸς τὴν θεραπείαν σπουδὴν καὶ λόγοις καὶ ἔργοις πρὸς τὰς νοσοποιοὺς αἰτίας

quae agenda sunt, detrimentum afferant, ea quidem manibus pedibusque, ut ajunt, tenere, ac veluti tributum quoddam severissime exigere opus est, quippe quum eam exactionem non mediocris utilitatis futuram videamus. Quae vero neque, si desint, magnopere nocent, et, si lucri causa urgeantur, maximum damnum inferunt, ea sinere ut ita se habeant, sicut se habent, viri est prudentia praediti ac negotiationis leges probe callentis, magnis scilicet parva, non vero minimis maxima commutantis. Sic medicos quoque se gerere in corporum curationibus video: nam si cerebrum quidem aegrum fuerit aut jecur, curam omnem atque cogitationem conferunt quum ad victus rationem, tum ad medicamenta: nonnumquam vero, ubi nihil arte profecerint, ad naturales antipathias se convertunt ac barbarorum carminum incantamenta mussitant et quamdam e multigeneribus materiis mixturam atque colluviem amuleti loco ad aegroti collum alligant, ac sicut ea amuleta de aegri cervicibus suspendunt, ita de illorum ope ac vi incerti atque suspensi, animis pendent ipsi: quod si quam ex minus praecipuis corporis partibus ob eam curationem videant damno affici, parum hoc, aut nihil admodum curant: et illud quidem potissimum exoptant, ut ea quoque corporis pars integra sit et sana; at si haec ambo sperare non liceat, minus prae majori malum eligunt. De primariis vero etiam minus principalium corporis partium morbis idem est medicorum judicium: si qua enim earum aegrotaverit, ac, dum ipsam curant, principaliorum aliquam male hac de causa se habere animadverterint, curationem intermittunt. Hoc idem porro in formoso quoque ecclesiae corpore

56) Legendum fortasse εἰσφέροντας. MING.

57) Festivitatem, quae est in Graecis vocibus, retinui, ut potui, in translatione. Ceterum similem plane locum habet vetus Aristophanis interpres in Pluto, ubi explicat hunc versum (act. 2 scen. 4 vers. 591). Πολὺ τῆς πενίας πρᾶγμ' αἴσχιον ζητεῖς αὐτῷ περιάψαι· ibi enim haec scribit: ἐξ οὗ τὰ γονευτικὰ (legendum videtur γοητικὰ) περίαπτα . . . ὧν ἀπαιωρουμένων τοῦ σώματος δοκοῦσιν οἱ φαῦλοι ἔχειν τοῦ ζῆν δι' αὐτὰ ὡς εἶναι μᾶλλον αὐτοὺς ἀπαιωρουμένους τῶν τοιούτων οἷς ἐλπίζουσιν ἐπ' αὐτά. MING. Legendum est pro γονευτικὰ ex codd. γοητευτικά. Vid. Aristoph. ed. Dindorf. tom. IV. p. 1. p. 196, 10.

ἐνισταμένους· καὶ μετὰ τοῦ τὰ οἰκεῖα εἰσφέρειν μᾶλλον δὲ καὶ πρὸ πούτου, τὴν ἄνωθεν ἐξαιτεῖσθαι ἀληθινὴν ἀντιπάθειαν· καὶ τὴν πάντα ἰσχύουσαν ἐπῳδὴν ἐπιλέγειν τὸ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ ὄνομα· ὃς τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἦρε καὶ τὰς νόσους ἐβάστασε καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἰάσατο, ὅς ἐστι λόγος τοῦ θεοῦ καὶ σοφία καὶ δύναμις, (Isai. LIII, 4; Matth. VIII, 17) καὶ χεὶρ δεξιὰ καὶ βραχίων καὶ ὅσα ἄλλα τῆς θείας ἐπιστήμης καὶ ἰσχύος ὀνόματα· τῆς δὲ τοιαύτης θεραπείας μὴ εὐοδουμένης διὰ τὸ τῆς νόσου δυστράπελον καὶ κακόηθες· ἃς ὁ Παῦλος γαγγραίνας (II. Tim. II, 17) καλεῖ· ἐνταῦθα παραληπτέον τὸν τῆς ἀκοινωνησίας ἢ τοῦ ἀναθέματος σίδηρον ἢ τὴν καῦσιν ἢ τὴν τομὴν ἐνεργήσοντα, ἵνα μὴ νομὴν (ibid.) ὁ πονηρὸς λόγος ἕξει, καὶ τῶν τέως ὑγιῶν ἐπιλάβηται· οὕτως ὁ τεχνίτης ἐκεῖνος ἰατρὸς τὰς κατ' αὐτὸν γαγγραίνας μετεχειρίσατο τοὺς μὲν τῷ σατάνᾳ παραδοὺς, ἵνα μὴ βλασφημεῖν παιδευθῶσι, (I. Tim. I, 20) τοὺς δὲ παρὰ τὴν αὐτοῦ διδασκαλίαν εὐαγγελισομένους ὑποβαλὼν ἀναθέματι· (Galat I, 8 et 9) κἂν τῶν δοκούντων ὦσι, κἂν ἀξιωματικώτερον ἔχωσι· τοῦτο γὰρ αὐτῷ βούλεται ὁ ἄγγελος τῷ λόγῳ ἐπεισαγόμενος.[58]

XIV. Καὶ τοῖς δυτικοῖς τοίνυν εἴ τι μὲν περὶ τὸ δόγμα διαμαρτάνεται[59] τὴν πατρικὴν πίστιν σαλεῦον· οἷον δὴ τὸ ἐν τῷ συμβόλῳ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος προστιθέμενον· ἔνθα καὶ ὁ κίνδυνος μέγιστος· τοῦτο μὴ

eos servare oportet, quibus ipsum curandum est: quos aequum censeo, si fides quidem male afficiantur ac dogmata, curam omnem atque solicitudinem ad curationem adhibere ac morbi causas et verbis, et operibus cohibere, dumque suis propriis utuntur remediis, imo antequam his utuntur, coelestem veramque antipathiam deprecari atque omnipotens incantamentum mussitare, nomen scilicet Domini Jesu Christi, qui infirmitates nostras tulit et morbos portavit et omnem languorem sanavit; quique Dei verbum est et sapientia et vis et dextera et brachium et quodquot alia divinae scientiae nomina sunt, atque potentiae. Quod si prosperum exitum istiusmodi curatio non habeat ob difficilem ac malignam morbi naturam, quas Paulus gangraenas vocat, segregationis tunc, aut anathematis ferrum arripiendum est, quo aut ustio perficiatur aut amputatio, ne pravus sermo tamquam pabulum habeat atque eos quoque, qui sani hactenus fuerunt, inficiat. Sic peritus ille medicus eas, quas gangraenas dixit, attrectavit: nam nonnullos quidem satanae tradidit, ut discerent non blasphemare, eos vero, qui forte praeter ejus doctrinam euangelizaturi essent, anathemati subjecit, etsi aut fama atque existimatione clari fuerint, aut dignitate praediti atque auctoritate: id enim significat angelus in sermonem a Paulo introductus.

XIV. Similiter ergo si quid in dogmate ab Occidentalibus peccetur, quod patriam atque avitam fidem concutiat; cujus modi sane illud est, quod de Spiritu sancto additum fuit in symbolum; maximum hac in re peri-

58) Ait enim S. Paulus: Licet. . . . Angelus de coelo evangelizet vobis praeterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit. MING.

59) Etsi haec contra Occidentales generatim dicat Theophylactus, videtur tamen Romanam ipsam ecclesiam, ut animo erat exacerbato, deinceps accusare: in quo accusandus est ipse, quod eo audaciae devenerit: sicut enim fieri non potest, ut Angelus de coelo evangelizet nobis praeterquam quod evangelizavit Paulus; ita fieri non potest, ut Petri fides deficiat, ut adversus ecclesiam super Petrum aedificatam portae inferi praevaleant, ut demum Romana ecclesia ecclesiarum omnium magistra in fide erret. MING.

διορθώσεως ἀξιούμενον ὁ συγχωρῶν, ἀσυγχώρητος·[60] κἂν ἀπὸ τοῦ θρόνου τοὺς λόγους ποιῶνται, ὃν ὑψηλὸν ὑψηλοὶ προστιθέασι·[61] κἂν τὴν τοῦ Πέτρου ὁμολογίαν προβάλωνται·[62] κἂν τὸν ἐπ' ἐκείνῃ μακαρισμὸν περιφέρωσι· κἂν τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας ἡμῖν ἐπισείωσιν·[63] οἷς ὅσῳ μᾶλλον ἐκεῖνον δοκοῦσι, τοσοῦτον ἑαυτοὺς ἀτιμάζουσιν, ἃ ἐκεῖνος ἕδρασεν,*) αὐτοὶ καταλύοντες καὶ τοὺς θεμελίους ὑποσπῶντες τῆς ἐκκλησίας, ἣν ἐκεῖνος ἀνέχειν πιστεύεται· ἐνταῦθά μοι γενοῦ μαχητὴς ὁ τἆλλα πρᾶος· περίζωσαι τὴν τοῦ πνεύματος μάχαιραν· χρῆσαι τῷ ῥήματι τοῦ θεοῦ τῷ μερίζοντι σάρκα καὶ πνεῦμα, (Hebr. IV, 12) τῦφον κοσμικὸν καὶ θεῖα μυστήρια καὶ κριτικῷ τῶν ἀνθρωπίνων σφαλερῶν ἐνθυμήσεων· ἀποκέντησον ὡς λευίτης καὶ θεοῦ λειτουργὸς τοὺς μοσχοποιοῦντας τὰ τῶν οἰκείων λογισμῶν ἀναπλάσματα (Act. VII, 41) καὶ προτιθέντας τὴν κεφαλὴν εἰς προσκύνησιν καὶ πάντας ὑποπίπτειν ἀξιοῦντας τῷ τῆς ἀρχῆς ἀξιώματι· ἂν δὲ τοῦ δόγματος αὐτοῖς ἀθετηθέντος καὶ τῆς καινοτομίας ὑπεκστάσης τοῖς πρεσβυτέροις, τὰ περὶ τῶν ἀζύμων καὶ τῶν νηστειῶν ἐγκόλπια[64] στέργηται καὶ ἀποπηδῶσιν ἡμῶν αἰτούντων ἐν τῷ τῆς πραότητος πνεύματι τὸ καὶ ἐν τούτοις ὁμόγνωμον, γενοῦ Παῦλος ἐν τούτῳ τοῖς ὑπὸ νόμον ὡς ὑπὸ νόμον φαινόμενος καὶ τοῖς εὐχὴν ἔχουσι συναγνιζόμενος καὶ ξυρώμενος καὶ πρὸς τὰς θυσίας τοῦ ἁγνισμοῦ δαπανώμενος καὶ περιτέμνων Τιμόθεον, ὁ τὴν ἐν νόμῳ δικαιοσύνην ἡγησάμενος σκύβαλα, ὁ Γαλάταις περιτεμνομένοις

culum est, quique hoc emendationem exposcere non concedit, venia plane indignus est, quamvis ii aut e solio, quod excelsum, excelsi et ipsi, constituunt, verba faciant; aut Petri confessionem proferant; aut Petrum ipsum ob eam beatum dictum jactitent; aut regni claves nobis quatiant ac vibrent: quae dum faciunt, quanto majori videntur eum honore prosequi, tanto majori semetipsos dedecore afficiunt; quae enim ab illo constituta ac stabilita sunt, evertunt ipsi atque ecclesiae fundamenta subducunt, quam ille creditur sustinere. Adsis huc mihi nunc, bellator aliquis, cetera mitis ac lenis: Spiritus gladio accingere: verbo Dei utere, quod carnem ac spiritum mundanum fastum ac divina mysteria dirimit ac fallaces hominum cogitationes discernit: trucida eos, ut levita ac minister Dei, qui e propriarum ratiocinationum commentis quasi vitulum conflant ejusque caput adorandum proponunt atque omnes imperii sui majestati subjectos volunt. Quod si suum quidem illud dogma rejiciant ac vetustati novitas cedat, propriis tamen de azymis et jejuniis institutis quasi encolpiis oblectentur, neque audire nos velint, dum in mansuetudinis spiritu petimus, ut in his etiam utrique consentientes simus: Paulum huc advoco, qui quum justitiam, quae in lege est, ut stercora arbitraretur, et Christum ac nomen fidei in ipsum nihil Galatis, si circumciderentur, profuturum ostendisset: his tamen, qui sub lege erant, sic apparuit, tamquam esset et ipse sub lege et cum iis, qui voto

60) Ita scriptum est in nostro codice. At Demetrius Chomatenus hunc locum citans legit in hunc modum: ἔνθα ὁ κίνδυνος μέγιστος· τοῦτο μὴ διορθώσεως ἀξιούμενον συγχωρῶν, ἀσυγχώρητος· Suspicor vero ipse sic legendum esse: ἔνθα ὁ κίνδυνος μέγιστος, καὶ τοῦτο μὴ διορθώσεως ἀξιούμενον (nisi forte legendum sit ἄξιον) συγχωρῶν, ἀσυγχώρητος. MING.

61) Demetr. Chomat. legit προστιθέασι. MING.

62) Demetr. Chomat. legit προβάλλωνται. MING.

*) Ming. ἥδρασαν.

63) Locum hunc affert Demet. Chomat in responsionibus ad Constantinum Cabasilam: at omittit ea, quae proxime sequuntur, in quibus Romani pontificis primatus aperte indicatur, iis nempe verbis potissimum: quam ille editur sustinere. MING.

64) De Encolpiis scribit Ducangius in Glossario. MING.

ἄχρηστον δεικνὺς τὸν Χριστὸν καὶ τὸ τῆς εἰς τοῦτον πίστεως ὄνομα· ἵνα τι[65] κερδάνῃ, τεχνώμενος ἐκεῖνα τὰς μυριάδας τῆς ἐν Ἱερουσαλὴμ ἐκκλησίας (Act. XXI, 2) καὶ στήσῃ τὸν τοῦ κηρύματος[66] σάλον διὰ τῆς δοκούσης διαφωνίας ἐπεγειρόμενον· οὕτω καὶ κυβερνῆται ποιοῦσιν ἐνδιδόντες τὸν πόδα[67], ἵνα τὸ ἱστίον βάπτον ἀποκενώσωσι, καὶ συνδιασωθῇ τῇ νηῒ τὸ πλήρωμα· τοῦτο καὶ αὐτὸς ἀπαιτῇ παρὰ τῆς σῆς κυβερνητικῆς μὴ πάντα ἐντείνειν καὶ μάλιστα, ὅπου περιττὸν τὸ πνεῦμα τοῦ τύφου καὶ τῆς ἐθνικῆς οἰήσεως· ἀλλὰ χαλᾶν ἐπιστημόνως καὶ ποιεῖσθαι τὸν πλοῦν μετὰ τῆς βραδυτῆτος βιώσιμον ἢ μετὰ τῆς ταχυτῆτος θανάσιμον· καὶ πλοῦν φυλάττειν διὰ τῆς ὑφέσεως ἢ διὰ τοῦ ἀπαραχωρήτου τιθέναι ναυάγιον· κάλλιστον μὲν γάρ, εἰ τὸ σῶμα τῶν πιστῶν μετὰ τοῦ ἀρτιμελὲς εἶναι, καὶ τῶν τριχῶν εὖ ἔχοι καὶ τῶν ὀνύχων, ὡς σῶμα θυγατρὸς βασιλέως νύμφης Χριστοῦ τοῦ ὡραίου κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων καὶ πλήρους καὶ ἐντελοῦς καὶ ἡδέως ἁρμοζομένου τὸ ὅμοιον· καλὸν μὲν καὶ εἰ μηδενὸς λείποιτο μέλους· καὶ μάλιστα ὀφθαλμῶν, οἷς ὁρῶμεν τῆς Τριάδος τὸν ἥλιον· καὶ διὰ τοῦτον καὶ τἆλλα, ὧν πρὸς σύστασιν τοῦ πνεύματος χρῄζομεν· αἱ τρίχες δὲ αὐτῷ καὶ οἱ ὄνυχες, οὐ κατὰ τὸ λοιπὸν κάλλος· ἀλλ᾽ αἱ μὲν βραχύ τι μελάντεραι καὶ οὐ κατὰ τὰς τοῦ βασιλέως Δαβίδ, ὃς ἦν πυῤῥάκης μετὰ κάλλους ὀφθαλμῶν· εἶτουν τὰς τοῦ ἀδελφοῦ τῆς νύμφης τοῦ λευκοῦ καὶ πυῤῥοῦ· (Cant. V, 10) οἱ ὄνυχες δὲ ἢ ὑπερέχοντες ἢ ἐλλείποντες· ὡς ἐντεῦθεν αὐτοῖς τὰ σμικρὰ κάρφη ἢ μηδόλως, ἢ ἀδεξίως περιλαμβάνεσθαι· οὔκουν διὰ ταῦτα καταφρονήσεις τοῦ λοιποῦ σώματος, ἀλλὰ τοὐναντίον οὐδὲ ὄψει ταῦτα τοῖς ἄλλοις ἐντρυφῶν καὶ πρὸς τὸ ἐκείνων κάλλος πεπατ-

obstricti fuerant, purificatus est et rasus, et in purificationis hostias pecuniam impendit et Timotheum circumcidit: ut innumerabilem scilicet Hierosolymitanae ecclesiae multitudinem hisce artificiis captaret ac lucraretur, tumultumque ob dissensionem, quae in speciem erat excitatum compesceret. Sic gubernatores quoque se gerunt; pedem enim relaxant, ut velum, quod navigium demergit, exinaniant, itaque incolumis una cum vectoribus navis evadat. Hoc a te quoque tua in gubernando prudentia exposcit, ne videlicet omnia intendas, ubi potissimum fastus atque ethnicae elationis spiritus abundat; sed scienter remittas ac navigationem facias aut cunctando secundam atque incolumen, aut properando adversam atque exitiosam; navigiumque aut remissione serves, aut pertinacia perdas ac naufragium facias. Nam optandum quidem maxime est, ut fidelium corpus non modo integris membris, sed et pulcris crinibus atque unguibus sit: sicut corpus filiae regis sponsae Christi, qui speciosus est forma prae filiis hominum et perfectus et numeris omnibus absolutus quique sibi corpus, quod hujusmodi sit, libenter adjungit: quod pulchrum quidem etiam est, si nullum ei membrum desit maximeque oculi, quibus Trinitatis solem intuemur, et per hunc alia quoque quibus ad confirmationem spiritus indigemus at crines ejus atque ungues reliquarum partium pulchritudini non respondent: nam crines quidem paulo nigriores sunt, neque iis similes, quos aut David rex habuit, qui et rufus erat et pulchris oculis aut sponsae frater candidus et rubicundus; ungues vero aut justo longiores sunt aut breviores, ut proinde iis minutae festucae aut nullo modo comprehendi possint, aut aegre

65) Codex habet ἵνα τί. MING.

66) Ita scripsit librarius: nihil autem facilius, quam ut conjiciat quis legendum esse κηρύγματος: attamen ne haec quidem lectio mihi omnino probatur. MING.

67) Funiculus, quo ad extremum veli angulum alligato velum ipsum tenditur et laxatur, pes vocatur cum a Graecis tum a Latinis. MING.

ταλευμένος τοὺς ὀφθαλμοὺς, ὡς μηδὲ νεύειν ἑτέρωσε· οὕτως ἂν μᾶλλον καὶ ζέοις τῷ πνεύματι καὶ τῷ Κυρίῳ δουλεύοις (Rom. XII, 11) δουλείαν ἀγαθοῦ καὶ πιστοῦ, εἰ τοῦ δεσποτικοῦ οἴκου φαίνῃ κηδόμενος· κήδοιο δ' ἂν, εἰ μὴ ἀνέχῃ ζημιουμένου· ζημιοῦται δὲ, ὅταν ὀλίγον ἔχῃ τὸ πλήρωμα· (Rom. XI, 12) ἔχει δ' ὀλίγον, ὅτε τοὺς συνδούλους διώκομεν· διώκομεν δὲ, ὅτε πρὸς αὐτοὺς σκληρυνόμεθα· σκληρυνόμεθα δὲ, ὅτε μὴ συγκαταβαίνομεν· συγκαταβῶμεν οὖν, ἵνα μὴ φανῶμεν σκληροί· μὴ σκληρυνόμενοι γὰρ προσληψόμεθα· προσλαμβάνοντες δὲ τὸν τοῦ κυρίου οἶκον πληρώσομεν· πληροῦντες δὲ πλουσιώτερον ἐργασόμεθα· πλουτίζοντες δὲ τὴν εὔνοιαν δείξομεν· ἐκ δὲ τῆς ἀγαθοὶ δοῦλοι μαρτυρηθησόμεθα καὶ πιστοί· ἐκ δὲ τούτου εἰς τὴν χαρὰν τοῦ Κυρίου εἰσαχθησόμεθα· ὁρᾷς, ποῖ φέρουσα ἡμᾶς ἡ συγκατάβασις ὕψωσεν[68]; οὐ τοίνυν οὔτε περὶ τῶν ἀζύμων, οὔτε περὶ τῶν νηστειῶν ἀντισκληρυνθησόμεθα τῷ ἀκαμπεῖ τοῦ ἔθνους φρονήματι· τοῦτο γάρ ἐστιν ὀστράκῳ συγκολλᾶν ὄστρακον μηδὲν ἤθους ὑγροτέρου παρεντιθέντας, ὅπερ ἐγένετ' ἂν ἴσως ἐχέκολλον· οὐδὲ πολλοῦ δεῖ περὶ τῶν ἀπηριθμημένων λοιπῶν· ἅπερ ὁμολογοῦντες καὶ αὐτοὶ τηρεῖν ἐκτὸς τῆς πνικτοφαγίας (ταύτης γὰρ οὐδὲ τοὔνομα Λατίνοις σώφροσιν ἀνεκτὸν[69], ὥσπερ οὐδὲ παρ' ἡμῖν τὸ τῆς λῃστείας[70], ἢ πορνείας, κἂν οἱ θηριώδεις

tantum atque incommode. Ne tamen ob haec reliquum corpus continuo parvipendas: verum contra, dum ceterorum membrorum aspectu mirifice delectaris, ad haec ne aspicito quidem, sed in illorum pulchritudine contemplanda sic defixos oculos tene, ut ne nutes quidem aliorsum. Sic autem magis eris et spiritu fervens et Domino serviens, ut bonum ac fidelem servum decet: si nempe de herili domo solicitum te praebeas; solicitus autem eris, si eam damno affici non patiaris; damno autem afficitur, si exiguum fuerit ejus complementum; exiguum vero est, quum conservos insectamur; insectamur autem, quum eos aspere tractamus; aspere autem tractamus, quum indulgentia eos non prosequimur. Itaque indulgentes simus, ne asperi videamur; si enim asperi non fuerimus, benigne excipiemus; benigne autem excipientes, Domini domum replebimus; replentes autem, ditiorem faciemus; ditantes autem, benevolentiam nostram declarabimus; haec autem bonos servos ac fideles nos esse testabitur; ex hoc autem fiet, ut in Domini gaudium introducamur. Vides, quo nos duxerit atque evexerit indulgentia? Quum itaque Latini a sua de azymis ac jejuniis opinione dimoveri nequeant, durius de his adversus eos ne contendamus: perinde enim est, ac si testam cum testa nullo interjecto mollioris indolis glutine conglutinare velimus, quae ceteroqui conglutinari forsitan

68) Observa antithesim in vocibus *συγκατάβασις* et *ὕψωσε*. MING.

69) Hallucinatur hic Theophylactus: multis enim ante ipsius aetatem seculis praefocata comedere coeperant Latini. Testes hujus rei sunt Nicolaus I. in reponso ad consulta Bulgarorum cap. 90. Euanthus, cujus hoc de argumento epistolam edidit Canisius Lect. antiq. tom. 5. part. 2, ac demum Augustinus, qui lib. 32, contra Faustum Manichaeum cap. 13. (tom. 8. p. 457) haec scribit: „Quis jam hoc Christianus observat, ut turdos vel minutiores aviculas non attingat, nisi quarum sanguis effusus est, aut leporem non edat, si manu a cervice percussus nullo cruento vulnere occisus est? Et qui forte pauci adhuc tangere ista formidant, a ceteris irridentur. Quin etiam ex Graecis aliquos ac nominatim Adrianopolitanos praefocatis vesci testatur Balsamon ad canonem 67 Trullanum. Fateor tamen plerosque ex ipsis etiam num a sanguine et suffocato abstinere: id enim constat ex Jeremiae patriarchae Constantinopolitani responso primo ad Tubingenses, quod citat Heideggerus in libro, qui inscribitur: Libertas Christianorum a lege cibaria veteri de sanguine et suffocato, pag. 14. Imo a Moscovitis quoque, Armenis atque Habessenis id ipsum observari subdit ipse Heideggerus. MING.

Cfr. refutationem objectionis, quam faciunt Graeci Latinis de comestione suffocati ap. Humbertum supra p. 119. c. XLIX.

70) Demetrius Chomatenus pro *λῃστείας* legit *νηστείας*, id est, jejunii. Sic enim legit: *ὥσπερ οὐδὲ παρ' ἡμῖν οὐδὲ τὸ τῆς πορνείας καὶ τῆς νηστείας*. MING.

καὶ κτηνώδεις ταῦτα[71] ἐπιτηδεύωσι) δοκοῦσι πολλοῖς ἀσύγγνωστα σφάλλεσθαι· ὧν μὴ συντίθεσθαι τοῖς λόγοις ἀνδρός ἐστιν, ὡς οἶμαι, ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς ἱστορίαις ἐγγυμνασθέντος καὶ μαθόντος, ὡς οὐ πᾶν ἔθος ἀποσχίζειν ἐκκλησίας ἰσχύει, ἀλλὰ τὸ πρὸς διαφθορὰν[72] ἄγον δόγματος· ἔθη δὲ πάντως[73] τὰ παρὰ τοῖς θαυμαστοῖς κριταῖς σφάλματα· τὰ μὲν ἐξ εὐλαβείας, ὡς τὸ προσάγειν τοὺς ἀσπασμοὺς[74] τοῖς θείοις ἐδάφεσι· μὴ γὰρ δὴ παραδεξώμεθα[75] τὴν σατανικὴν ἐκείνην συκοφαντίαν, ὡς ἄρα Λατίνοις οὐ παραδεκτέα ἡ τῶν εἰκόνων προσκύνησις·[76] τὰ δὲ ἐξ οἰκονομίας οἰκονομούσης ἀσθένειαν, τάχα μὲν καὶ ψυχῆς, πάντως δὲ τὴν σωματικὴν· ὡς τὸ τοὺς μοναχοὺς ἐν ταῖς νόσοις μεταλαμβάνειν κρεῶν· καὶ τοῦτο κεκολασμένως καὶ τῷ ὄντι πνευματικῶς· εἰ δέ τινες αὐτὸ χυδαιοῦσι ταῖς ἀδιαφορίαις, ἕτερος οὗτος λόγος[77] οὐ πρὸς τοὺς πρώτως τοῦτο κατὰ λόγον οἰκονομήσαντας καὶ ἄλλα κατ' ἄλλους τινὰς λόγους ἐμπαγέντας[78] ταῖς δυτικαῖς ἐκκλησίαις· ὧν οὐδὲν διασπᾶν ἡμᾶς δύναται· οὐκ, ἥν γε τοὺς κρίνοντας ἔχῃ τὸν ψῆφον φέροντας[79] πατρικοῖς νόμοις ἀκόλουθον.

posset. Multo minus vero de ceteris, quae enumerata sunt, contendamus: quae quidem dum fatentur et ipsi se servare excepta suffocatarum manducatione (cujus ne nomen quidem Latinis bene moratis ferendum videtur, sicut ne nobis quidem praedationis nomen aut scortationis, etsi ferini ac belluini homines haec faciant), videntur plerisque ea peccare, quae nullo modo condonari possint. Sed horum sententiae non assentiri, viri est, ut puto, in ecclesiasticis historiis exercitati, quique non omni consuetudini vim ecclesias dissociandi ac veluti scindendi inesse didicit, sed ei duntaxat, quae ad depravationem dogmatis ducat. Quae vero praeclaris hisce judicibus peccata videntur, ea nihil aliud, quam consuetudines sunt: aliae quidem ex pietate profectae; cujus modi illud est, quod sacris pavimentis salutationes admovent Latini: nec enim satanicam eorum calumniam probamus, qui imaginum adorationem ab ipsis non probari ajunt: aliae vero ex prudentia indulgentia, qua imbecillitati, animi quidem etiam fortasse, omnino autem corporis indulgent; cujus modi illud est quod carne vescuntur monachi, dum aegrotant: idque temperate faciunt ac vere spiritaliter. Quod si id aliqui in iis numerant confunduntque, quae indifferentia sunt, nihil hoc ad eos, qui primi aequitatis causa indulgentes cum in hoc fuere, tum etiam in aliis ob alias quasdam Occidentalium ecclesiarum proprias rationes. Quorum nullum est, quod ab eis nos divellere queat, ac separare, si suffragium quidem ac judicium de iis ferre voluerimus patriis legibus consentaneum.

71) Demetrius Chomatenus pro ταῦτα legit ταύτην, id est: hanc. MING.

72) Chomatenus pro διαφθορὰν legit διαφορὰν, id est: differentiam. MING.

73) Chomat. legit: ἔθη δὲ πάντως καὶ ταῦτα τὰ παρὰ κ. τ. λ. MING.

74) Flexis nempe genibus orant et adorant MING.

75) Chom. legit παραδεξαίμεθα. MING.

76) Cf. Prol. XII.

77) Chomatenus sic legit: ἕτερος οὗτος λόγος πρὸς τούτους, οὐ πρὸς τοὺς κ. τ. λ. Verba porro haec ἕτερος λόγος οὗτος id ipsum significant, quod nos vulgo in familiari sermone dicimus: questo e un altro discorso. Demosthenes in oratione quam de corona contra Aeschinem scripsit, eadem locutione utitur: ait enim: εἰ δὲ μὴ ἠσθάνοντο, ἕτερος λόγος οὗτος, οὐ πρὸς ἐμέ. MING.

78) Dem. Chom. locum hunc allegans legit ἐμπαγέντα. MING.

79) Chomatenus legit ἐκφέροντας. MING.

XV. *Καὶ εἴ γε μὴ μακρός μοι ὁ λόγος ἔμελλεν ἔσεσθαι καὶ ἱστορίας ἐγγύς, ἔδειξα ἄν σοι μυρία ἐπὶ μυρίοις ἔθη τοῖς παλαιοῖς πατράσι παραχωρηθέντα πρὸς τὴν τῶν ἀδελφικῶν ψυχῶν περιποίησιν· ᾔδεσαν γὰρ ἐκεῖνοι μὴ ἑαυτοῖς ἀρέσκειν, ἀλλ' ἕκαστος τῷ πλησίον εἰς τὸ ἀγαθὸν πρὸς οἰκοδομὴν·* (Rom. XV, 1 et 2) *ἀλλὰ νῦν, φεῦ τοῦ ὑδερικοῦ ἡμῶν ὄγκου, καὶ τίς ἐστί μου πλήσιον; λέγομεν καὶ μυρίους καταβάλλομεν ἱσταμένους, ἵνα τὸ οἰκεῖον στήσωμεν*[80] *θέλημα, οὐχ ὅπως ἱστᾶσθαι, ἀλλὰ καὶ καταχωννύεσθαι ἄξιον· καὶ πάντα μεταστοιχειοῦμεν καὶ μετατάττομεν, ἵνα τὸ ἀνούσιον οὐσιώσωμεν καὶ μορφώσωμεν τὸ ἀμόρφωτον· κἂν τι ῥῆμα προέσθαι φθάσωμεν, καὶ εἰ τῶν γελοίων φαίνοιτο γελοιότερον, θεοῦ φωνὴν ἀποδεῖξαι τοῦτο σπουδάζομεν, ἀξίαν ἀκοῆς Μωσέως τυχὸν καὶ Ἀαρών· ταπεινὸν γὰρ εἰπεῖν Ἰθάμαρ καὶ Ἐλεάζαρ.* (Exod. VI, 23) *καὶ ἔτι ταπεινότερον τῶν πολλῶν τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ταῦτα καθηραμένων πρότριτα·* (Exod. XIX, 10 etc.) *καὶ οὐ συνίεμεν ἀσχημονοῦντες διπλῆ, οἷς τε τὴν ἀρχὴν κακῶς λέγομεν καὶ οἷς ἐπαγωνιζόμεθα· Μακάριος μὲν γὰρ ὁ μὴ ἁμαρτάνων ἐν λόγῳ, καθά τις ἔφη· ἐπαινετὸς δὲ καὶ ὁ μετὰ τὸ ἡμαρτηκέναι τὴν ἁμαρτίαν εὑρὼν καὶ γνοὺς, καὶ ὡς εἰδεχθῆ βδελυξάμενος, οἷόν τι τέρας ἐν νυκτὶ τεχθὲν, εἶτα ἐν ἡμέρᾳ ὀφθέν τε καὶ βδελυχθὲν καὶ διὰ τοῦτο ἀποῤῥιφὲν· οὐ μιμησόμεθα τὴν τοῦ κυρίου ταπείνωσιν; οὐχ ἑαυτῷ ἀρέσαντος,* (Rom. XV, 3) *ἀλλ' ἡμῖν τοῖς πολλοῖς καὶ ὡς δυσχρήστου δεθέντος, ἵνα ἡμᾶς ἑαυτῷ καὶ ἀλλήλοις συνδήσῃ ἐν τῷ τῆς εἰρήνης συνδέσμῳ, καὶ τὸ αἷμα κενώσαντος, ἵνα τὰ τέκνα τοῦ θεοῦ τὰ διεσκορπισμένα συναγάγῃ εἰς ἓν, καὶ ποίμνη μία τῶν προβάτων ἁπάντων γένηται, ὑφ' ἑνὶ ταττομένων ποιμένι* (Joh. X, 16) *καὶ διαφευγόντων πρὸς τῶν λύκων τὴν ἀνεπιστασίαν, οὐδὲν ἧττον ἐκείνων σπαράττουσαν, μᾶλλον δὲ κἀκείνους αὐτὴν*

XV. Ac si longior quidem oratio historiaeque affinis evasura non esset, innumerabiles tibi ostenderem consuetudines, quas antiqui patres ad acquirendas fratrum animas concesserunt; noverant enim illi non sibimet ipsis placere, sed unusquisque proximo suo in bonum ad aedificationem. At nunc, heu tumidum fastum nostrum! quisnam est, dicimus, meus proximus? ac stantes dejicimus innumeros, ut propriam nostram voluntatem veluti erigamus, quum ea non modo digna non sit quae extollatur, verum digna potius sit, quae obruatur: ac omnia transformantur a nobis ac transmutantur, ut ei quod non est, existentiam, ei autem, quod forma caret, formam tribuamus. Ac si quod nobis verbum excidat, illud, etsi perridiculum appareat, Dei tamen vocem esse conamur ostendere, eamque dignam, quam Moses fortasse audiat, atque Aaron; nimis enim abjecte loquerer, si Ithamar dicerem, atque Eleazar; multoque abjectius, si Israëlitarum populum illumque triduo ante sanctificatum: neque intelligimus dupliciter peccari a nobis et in his videlicet, quae initio perperam diximus, et in his, quae deinceps in concertatione proferimus. Etenim beatus quidem is est, qui in sermone non peccat, ut quidam ait, sed ille etiam laude dignus est, qui postquam peccavit, peccatum suum scrutatus fuerit atque agnoverit idque ut turpe abominatus sit, ac veluti monstrum quoddam habuerit noctu quidem genitum, interdiu autem conspectum atque execratum ac propterea projectum. Numquid Domini humilitatem non imitabimur, qui non sibimetipsi placuit, sed plerisque, nobis scilicet: et quasi nequam vinctus est, ut nos et secum ipse et nobiscum invicem pacis vinculo colligaret: ac totum sanguinem effudit, ut dispersos Dei filios in unum congregaret atque unus omnium ovium grex fieret eaeque uni pastori subjectae et a

80) Chom. legit συστήσωμεν. MING.

πρὸς τὸν τῆς ποίμνης σπαραγμὸν ἐνισχύουσαν· τί τοὺς Φαρισαίους ἐποίησε ταλανίζεσθαι; οὐ τὸ φιλότιμον καὶ φιλόπρωτον; καὶ τὸ θέλειν καλεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ῥαββί; οὐ τὸ αὐτὸ τοῦτο θεοκτόνους τοὺς ἀθλίους εἰργάσατο; τίς ὁ καπνὸς τοῦ θυμοῦ τοῦ κυρίου, ζητῶ μαθεῖν καὶ Ἡσαΐας (Cap. LXV, v. 5) μοι ἀποκρίνεται, ὅτι τὸ μή μου ἅπτου, παρὰ τῶν ὑπερηφάνων λεγόμενον, οἷς ὁ κύριος (Ep. I. Petr. V, 5) ἀντιτάσσεται· δείξω σοι καὶ Φαρισαῖον ἀξιοζήλωτον τὸν Γαμαλιήλ, οὐδὲν Φαρισαϊκὸν κατὰ τῶν ἀποστόλων εἰσηγησάμενον, πᾶν μὲν οὖν τοὐναντίον θεοσεβῶς καὶ εὐλαβῶς ὑπὲρ ἐκείνων συμβουλευσάμενον· ἡμεῖς δὲ οἱ τῇ δικαιοσύνῃ περισσεύειν (Matth. V, 20) ὑπὲρ τοὺς Φαρισαίους ἀναγκαίως ὀφείλοντες· ὡς οὐκ ἄλλως ἐνὸν τῆς βασιλείας τυχεῖν, εἰς ἣν ὑπὸ τοῦ δικαιώσαντος ἐκλήθημεν καὶ ἐτέθημεν, ὑπὲρ τοὺς Φαρισαίους φρονοῦμεν· οὐκ οἶδα, πότερον ἵνα τῆς ἐκκλησίας τοὺς ἀδελφούς, καὶ ἑαυτοὺς τῆς βασιλείας ἐκκλείσωμεν οὐχ ὁρᾷς Παῦλον τοῦ κατ' αὐτὸν εὐαγγελίου κριτὰς τοὺς περὶ Πέτρον αἱρούμενον; οὐχ ὁρᾷς Πέτρον ὑπ' αὐτοῦ ἐλεγχόμενον καὶ τοὺς ἐλέγχους ἐν πραΰτητι φέροντα; αὐτὸς δέ, εἰ μὴ πρὸς τὴν βροντὴν τοῦ σοῦ λόγου πάντας ὁρᾷς ὑποπτήσσοντας καὶ πρὸς τὴν ἀστραπὴν πρηνεῖς πίπτοντας. ὅπερ ὁ λόγος ἐν Θαβὼρ εἰσάγει παρόντας[81] τοὺς μαθητὰς πρὸς τὴν λάμψιν τῆς παραδειχθείσης θεότητος· τότε δή, τότε Σίμωνες καὶ Μαρκίωνες ἀνορύττονταί σοι καὶ ἀναδείκνυνται, οὓς καλῶς ποιῶν ὁ χρόνος κατώρυξε καὶ κατέκρυψε καὶ ὁ βόρβορος ἀνακινεῖται τῶν Γνωστικῶν καὶ ἡ τοῦ Σαβελλίου ἀναπλάττεται τερατεία καὶ ἡ τοῦ Ἀρείου λύσσα καὶ ὁ σκοτεινὸς Φωτινὸς[82] καὶ ὁ ἄλλος ὁρμαθὸς τῶν τῆς ἀπολείας υἱῶν· ἵνα μὴ πάντας ἀπαριθμούμενος μολύνω τὸν λόγον καὶ τοῖς

lupis caverent, et a custodum incuria, qua illas aeque discerpit ac lupi, immo vero lupos ipsos ad gregis lacerationem valentiores facit. Quidnam causae est, cur vae Pharisaeis dictum fuerit? nonne honorum cupiditas ac principatus? et quod vellent ab hominibus vocari rabbi? nonne miseros illos fecit hoc ipsum Deicidas? Quisnam sit fumus furoris Domini, scire cupio; respondetque mihi Isaias eum esse illud, Ne me tangas, quod superbi homines, quibus resistit Dominus, dicunt. Pharisaeum vere etiam tibi ostendam, dignum quem aemuleris, Gamalielem scilicet, qui nihil Pharisaicum adversus Apostolos suasit, immo vero contra omnino religiose ac pie de illis deliberavit. Nos vero, qui justitia magis, quam Pharisaei abundare necessario debemus, quippe quum non aliter liceat regnum consequi, ad quod ab eo, qui nos justificavit, vocati, et propter quod conditi fuimus; Pharisaeis arrogantiores sumus: haud scio an ut fratres ab ecclesia, ac nosmetipsos a regno excludamus. Nonne vides, ut Paulus euangelii, quod praedicabat, judicem Petrum delegerit? nonne Petrum ipsum ab eo reprehensum ac reprehensiones aequo animo ferentem vides? At tu, nisi ad tui sermonis tonitru omnes videas perhorrescere et tamquam ad ejus fulgur pronos cadere; quod fecisse discipulos in Thabor ad splendorem manifestatae divinitatis sermo divinus testatur: Simones continuo ac Marciones refodis et in lucem producis, quos merito longum tempus defoderat atque occultaverat; et Gnosticorum cloacam rursum moves et monstrosas Sabellii praestigias refingis et Arii rabiem et tenebricosum Photinum ac demum, ne, si singulos enumerem, vel nominibus ipsis contaminetur oratio, reliquam seriem filiorum perditionis. Ergone fratri tuo istorum

81) Fortasse legendum est ποιοῦντας vel πράττοντας pro παρόντας. MING.

82) Originem respicit nominis, quasi Photinus ita dictus sit ἀπὸ τοῦ φωτός, id est a luce. MING.

ὀνόμασι· καὶ περιάπτεις τούτους τῷ ἀδελφῷ; ὢ τῆς τυφλότητος· τῷ αὐτῷ τοὺς πρὸς ἀλλήλους διαφωνοῦντας; ὥσπερ τινὰ σχοινία μακρὰ, ἵν' ἐπιλαμβάνῃ ἀποδιδράσκοντος καὶ μὴ μόνος αὐτὸς, ἀλλὰ καὶ ἄλλους ἔχῃς συνεπιλαμβανομένους· οὓς προσκαλῇ τῷ τῆς φιλευσεβείας προσχήματι, πολλάκις οὐδὲ εἰδότας, τίς ἡ εὐσέβεια, πλὴν ἀλλ' ὄνομα λαβεῖν ἐρῶντας ἐκ τῆς τοῦ ἀδελφοῦ κατακρίσεως· βαβαὶ τῶν τοῦ πονηροῦ[83] τεχνασμάτων θεοποιοῦντος καὶ νῦν τὰ εἴδωλα καὶ τὴν κακίαν ἀρετὴν ἐπιγράφοντος καὶ ποιοῦντος προσκυνεῖσθαι καὶ σέβεσθαι· ἀλλὰ μὴ οὕτω, δοῦλοι Χριστοῦ καὶ φίλοι καὶ ἀδελφοὶ, μὴ οὕτως ἡμᾶς αὐτοὺς ἀλλοτριῶμεν θεοῦ τοὺς πάντας διὰ τῆς χρηστότητος ἕλκοντος, αὐτοὶ διὰ τὴν ὑπερηφανίαν πάντας σχεδὸν ἀπωθούμενοι, μηδὲ τοὺς θρόνους ποιῶμεν κακίας ἵδρυσιν μηδὲ τὸ τῆς ἀξίας ὕψος πύργον κουφότητος· τοῦτο γὰρ ἐμοὶ ἡ διὰ φιλοδοξίαν καὶ οἴησιν ἔνστασις· ἀλλ' ὅσῳπερ ἂν ὦμεν ἢ ἰσχυροὶ, τοὺς ἀδυνάτους βαστόζωμεν ἢ ἰατροὶ τοὺς συντετριμμένους ἰώμεθα· ἂν δὲ καὶ αὐτοὶ ἐπιτρίβωμεν, φείδομαι μὲν εἰπεῖν, ἐρῶ δ' ὅμως, ὡς λῃστῶν τοῦτο ἔργον, οὐκ ἰατρῶν· Ταῦτά σοι πρὸς τοὺς κατοιομένους καὶ καταφρονητὰς, οἳ οὐδὲν οὐ μὴ περανοῦσι, λέγει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· σὺ δέ μοι παραλαβὼν ὁ τραπεζίτης τὸ τάλαντον καὶ τὸν τόκον ὡς ἀποδώσεις ἐν καιρῷ φρόντιζε· ὁ δέ ἐστι, κατ' ἐμὲ κριτὴν, τὸ καὶ αὐτόν σε προσεξευρίσκειν ὅσα τῷ φιλοπόνῳ τὸ πνεῦμα δίδωσιν· οὗ τῇ χάριτι δυναμούμενοι αὐτοί τε καθαρῶς καὶ ἀκιβδήλως αὐτὸ κατὰ τοὺς πνευματικοὺς ὅρους ἀνακηρύττωμεν καὶ τοὺς ἄλλους ταὐτὸ διδάσκοιμεν ἐν θεῷ πατρὶ τῷ διδάσκοντι ἄνθρωπον γνῶσιν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν.

haereses attribuis? proh caecitas! uni eidemque illorum haereses imponis, qui a se invicem discrepant? easque veluti longos quosdam funes fratri alligas, ut eum aufugientem non modo ipse apprehendas, sed et alii tecum una apprehendant, quos pietatis obtentu tibi socios adsciscis, etsi plerumque ne sciant quidem, quid sit pietas, sed famam duntaxat sibi comparare studeant ex fratris condemnatione. Apage haec maligni machinamenta, qui idola nunc quoque deificat ac virtutis nomen vitio imponit ac se adorari facit et coli. Verum ne quaeso sic, o Christi servi et amici et fratres, ne sic quaeso nosmetipsos a Deo, qui omnes benigne attrahit, alienemus, dum ferme omnes superbe repellimus: Caveamus, quaeso, ne aut throni nostri nequitiae exaltatio evadant aut dignitatis nostrae sublimitas turris levitatis fiat: hoc enim nomine eam contentionem appellandam censeo, quae ob gloriae cupiditatem atque hominum existimationem suscipitur. Sed quo aut viribus aut medendi arte valentiores sumus, impotentes gestemus, ac saucios sanemus. Sin autem illos nos quoque afflictemus, vereor quidem dicere, dicam tamen, latronum hoc esse, non medicorum. Haec habui, quae tibi dicerem adversus arrogantes et contemptores, qui nihil perficient, ait Spiritus Sanctus. Tu vero, qui tanquam mensarius talentum a me accepisti, cura, ut mihi foenus reddas in tempore: hoc autem est me quidem judice, ut tute ipse alia quoque excogites, quae laborioso homini non denegat Spiritus, cujus gratia corroborati et eum pure ipsi atque incorrupte juxta spiritales canones praedicemus et ceteros etiam idem doceamus in Deo Patre, qui docet hominem scientiam in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria sit in saecula. Amen.

83) In prima Johannis epistola II. 13, 14 et alibi saepe. Daemon per antonomasiam vocatur ὁ πονηρός, id est malignus, ut transfert vulgatus interpres.

XIX.
FRAGMENTUM
DISPUTATIONIS ADVERSUS GRAECOS.

MARTENII ADMONITIO PRAEVIA. *)

Sequens disputationis adversus Graecos fragmentum suppeditavit nobis codex Floriacensis ab annis circiter sexcentis manu exaratus. Quis autem fuerit illius auctor necdum rescire potuimus, cum disputationis initium et finis in manuscripto desiderentur. De tempore tamen quo vixerit aut scripserit ille, certo aliquid definire possumus. Neque enim ante tempora Michaëlis Cerularii patriarchae Constantinopoli, qui sopitum adversus Latinos schisma non sine furore suscitavit, scriptum composuit suum, sed neque ante Leonem Acridanum episcopum aut Nicetam abbatem Studensem acerrimos Latinorum hostes, quos in diptychis sacris a Graecis conscriptos esse improbat; verum ante finem saeculi XI opus suum in lucem emisisse duo mihi persuadent. Unum repeto ex antiquitate codicis Floriacensis, cujus character ad annos sexcentos accedere videtur, alterum ex eo, quod auctor Graecos non obscure arguat, quod intinctam eucharistiam porrigant communicantibus, contra morem ecclesiae Latinae. »Sed, inquit, seorsum corpus et seorsum sanguinem sumimus, nec intinctum panem datum cuiquam nisi Judae traditori cognovimus.« Nam, licet ex decreto concilii Turonensis, quod refert Burchardus lib. V, cap. 9, »sacra oblatio intincta debet esse in sanguine Christi, ut veraciter presbyter possit dicere infirmo: Corpus et sanguis Domini tibi proficiat;« huic tamen decreto derogabat canon 1 concilii III Bracarensis, vetantis »eucharistiam vino madidam pro complemento communionis porrigere.« Quae prohibitio vim habuit legis apud Latinos ad usque saeculum XII, cujus initio eucharistia passim intincta tribui incoepit, ut discimus ex epistola Ernulfi Roffensis episcopi ad Lambertum, ubi hunc ritum »nova consuetudine«, ut ait, introductum multis rationibus tueri conatur. Cui favet etiam Ivo Carnotensis in tractatu De divinis officiis. Hinc patet disputationem contra Graecos, cujus hic fragmentum exhibemus, scriptam fuisse ab eo tempore quo Michael Cerularius schisma conflavit in ecclesia, quod totis viribus tueri conatus est Nicetas Pectoratus, hoc est ab anno circiter 1050 ad 1100. Tunc Humbertus cardinalis et Anselmus Cantuariensis archiepiscopus, duo ordinis nostri luminaria, Graecorum commenta suis scriptis valide confutarunt; nec mihi dubium est, quin etiam alii eamdem in se provinciam susceperint, quorum utinam lucubrationes haberemus! sed ne omnino pereant, saltem vel fragmentam exhibeamus.

FRAGMENTUM DISPUTATIONIS CONTRA GRAECOS.

Vos fidem illorum ignorare dicetis [1]. Nunquid orthodoxis patribus ignorantia vestra praejudicat? Nunquid non magis vos culpa negligentiae damnat? quod si sanctos patres fidem illam non habuisse contenditis, et libros eorum falsatos asseritis et in hoc quoque recipiendi nullatenus estis, quoniam causationes hujusmodi nullis assertionibus probare potestis. In nulla namque synodo tale sacrilegium nostris opponitur, quod tamen vestros fecisse

*) Thesaur anecd. tom. V, p. 845 e cod. Florentino.

1) Hoc, ut ex sequenticus apparet, ad orthodoxorum patrum fidem pertinet, quam se ignorare Graeci profitebantur; quodque iis a Latinis crimini datur.

synodus VI testatur.[2] Sed ad rem veniamus, et videamus, quid etiam in sanctam scripturam et in ipsam catholicam fidem peccetis. Cum enim Spiritus sanctus plenus et perfectus sit Deus et aequalis per omnia Patri et Filio, quod dicitur Spiritus Patris et quod Pater eum dat et mittit et effundit vel si quid hujusmodi legitur, nullam servitutem vel minorationem significat. Neque enim Pater vel Deus ejus est vel Dominus ejus est, quia major non est. Majus enim vel minus in Deo non est. Qui enim minor est, perfectus Deus non est, qui vero perfectus non est, nec omnino Deus est, quia Deus perfectus est. Spiritus autem sanctus ideo Deus est, quia de Deo est. Nihil enim de Deo est, nisi quod Deus est, qui ob hoc solum Spiritus Patris est, quia de Patre est: quia si de eo non esset, nullatenus Spiritus ejus esset; et, sicut Filius essentiam habet a Patre nascendo, ita Spiritus procedendo. Processio namque significat essentiam Spiritus sancti. Nihil enim in simplici ejus natura aliud aliquid est, quam quod est. Igitur sive Spiritus sanctus procedens a Patre dicatur sive missus a Patre sive datus sive effusus sive Spiritus Patris, unum est, et unum significat, id est essentiam Spiritus, quia nihil in simplici natura diversum est. Quod ergo Spiritus Patris est, essentia ejus est. Quod a Patre procedit, quod datur, quod mittitur, quod effunditur, essentia ejus est; et nihil habet a Patre, nisi quod est. Quidquid enim est, Deus est, nec aliam naturam habet, ut Filius, in qua aliud habeat quam quod Deus est. Spiritus est Patris ut Deus, procedit ut Deus, datur ut Deus, mittitur ut Deus, effunditur ut Deus, quia totus est Deus. Unum est cum Patre, quia de Patre est. Consubstantialis est illi, procedit ab eo, mittitur ab eo, datur ab eo, effunditur ab eo, quia de eo est, et nihil in eo est, nisi quod est. Similiter quod Spiritus Filii dicitur, quod ab eo datur, mittitur, effunditur, insufflatur, spiratur, profertur, exit, accipit ab eo, quod annuntiat, eamdem processionem, id est, eamdem essentiam ejus puram insinuat. Non enim est aliter Spiritus Filii et aliter Patris, nec aliter dat eum Filius, aut mittit, aut effundit, aut spirat, quam Pater; nec aliter procedit a Patre, quam profertur et exit a Filio; nec aliter accipit Filio, quod annuntiat quam a Patre. Non diversas essentias habet simplex Divinitatis natura, nec aliquid habet a Patre vel Filio, nisi quod est. Accidens enim in Deo non est. Semper enim est quod est. Et, sicut Pater semper generat et Filius semper gignitur et nihil est Pater vel Filius, quod semper non sit; sic Spiritus sanctus semper procedit semper mittitur, semper datur, semper effunditur, semper spiratur, semper profertur, semper insufflatur, semper exit, semper accipit, quod annuntiat, semper est Spiritus Patris et Filii. Et sicut quod Filius generatur, quod nascitur, quod mittitur in forma Dei, quod prodit ex ore Altissimi, quod exit a Patre, unam essentiam ejus significat, quam habet a Patre; sic omnia, quae de Spiritu sancto dicuntur unam et eamdem ejus demonstrant essentiam, quam habet a Patre et Filio: non enim aliud et aliud significant in eo diversae prolationes, in quo nihil est, nisi quod est. Sed sive processio, sive missio, sive quodlibet aliud, quod habet a Patre et Filio, puram, simplicem, unam et eamdem solamque significat essentiam, quam habet a Patre et Filio. Si enim diversa significat, aut diversas essentias habebit simplex natura; aut aliquid erit in Deo praeter illud quod est, quod catholica non recipit fides. Item cum Spiritus sanctus unum cum Patre

2) Monotheletae enim in sexta synodo oecumenica a. 680 Constantinopoli habita ut doctrinam suam probaren ad priorum synodorum et patrum ecclesiasticorum locos a se falsatos provocaverant. (V. sess. XV, synodi VI ap. Mansi coll. conc. t XI.)

sit et consubstantialis illi pro eo, quod ab eo est, id est procedit; idem Spiritus consubstantialis Filio non est, sicut Patri, nec unum cum Filio sicut cum Patre, quia non est nec procedit ab eo, quod catholica fides non recipit, quia non aliter et aliter, sed uno et individuo modo unum est Pater et Filius et Spiritus sanctus. Item si Spiritus sanctus non procedit a Filio, quomodo, sicut VII synodus habet, procedit per ipsum? Quid est enim per domum procedere, nisi de domo procedere? Aut qualiter exit a Filio Spiritus, si non procedit ab eo? Quid est enim exire, nisi procedere? vel quomodo spiratur, insufflatur, et effunditur, profectur ab eo, si non procedit ab eo? Nunquid aliter Spiritus Patris est et aliter Filii, ut hujus sit Spiritus procedendo, hujus vero nequaquam? Quomodo non procedit qui spiratur, qui mittitur, qui datur, qui effunditur, qui profertur, qui insufflatur, qui Spiritus est ejus, qui exit ab eo et accipit quod annuntiat? Quid enim Deus de Deo potest accipere, nisi quod est? Nunquid indigens Deus est et minoratus est in aliquo, ut potentior Deus ejus indigentiam suppleat aut formam servi suscepit, in qua quod non habet accipiat? si sic sapias, male sapias; contra Deum sapitis, contra fidem sapitis. Postremo si quae de Spiritu sancto dicuntur, non essentiam ejus, quam habet a Patre et Filio, sed aliquid propter quod accipitis minorem eum Patre et Filio, cum Pneumatomatico Macedonio facitis.

Arguimus, quod sacrificio Dei detrahitis, et adversus Dominum linguas ut serpentes acuitis (Psal. LXIII, 4); ita ut quidam ex vobis in archierarchica dignitate corpori Christi anathema dixerint et ad terram cum exprobrationibus multis projecerint et super sanguinem redemptionis nostrae pedibus immundis calcaverint.[3] Quod horrendum facinus ipsum diabolum debuit deterrere. Minus enim peccaverunt Judaei manus impias in Jesum mittentes et daemones impellentes et milites crucifigentes. Per ignorantiam enim fecerunt: si enim cognovissent, nunquam Dominum gloriae crucifixissent (I. Cor. II, 8): vos autem et vidistis et odistis et, secundum prophetam, odio Dominum gratis habuistis. Sed esto, luat corpus Domini, quod, cum panis esset, azymus fuit; sanguis ejus quid meruit, ut effunderetur et calcaretur, cui nondum auctoritas vestra condemnationis sententiam dedit.

Sed forsitan non consensistis. Cur igitur Michaëlem patriarcham inter sacra missarum solemnia commemoratis? Cur Leonem Acridanum episcopum et Nicetam abbatem[4] de Studio de diptychis sacris non deletis? Cur adhuc in sacrificio nostro Dominico sanguini non communicatis? Sed ex contactu corporis sanguis fortasse polluitur; legitur enim: Quod immundum tetigerit, immundum efficitur (Levit. XI, 26). Sed nos seorsum corpus et seorsum sanguinem sumimus,[5] nec intinctum panem datum cuiquam nisi Judae traditori cognoscimus. De corpore quoque Christi quanta sententiam vestram absurditas sequatur, videte. Si enim corpus Domini creditis, quod ex azymo pane conficitur, cur non recipitur? cur non ut Dominicum adoratur? cur ne fiat interdicitur? cur injuriis lacessitur? cur imperfectum et inanimatum vocatur? cur cum sacrificatoribus suis ab ecclesiis pellitur? cur et fermentum praeponitur? cur cultores ejus a communione suspenditis? cur azymitas vocatis? Nunquid habuit duo corpora Christus? unum perfectum,

3) Cfr. Excommun., qua feriuntur etc. supra p. 154 B. 10 sqq. et Edictum pseudosyn. supra p. 164 A. 36.

4) In omnibus ceteris locis priorum actorum Nicetas „monachus" vocatur, non abbas.

5) Graeci enim in eucharistia panem consecratum vino consecrato intinctum in cochleari etiam laicis praebent.

aliud imperfectum; unum animatum, aliud inanimatum; unum azymum, aliud fermentatum; unum significans, et aliud significatum? Quis haec de corpore Christi cogitare praesumit, nisi qui Christum nec reveretur nec credit? nisi qui manifeste blasphemat? nisi qui Christum sciens et prudens impugnat? Quod si panem azymum fieri corpus Christi negatis, cur imperfectum negatis? Non enim imperfectum Christi corpus est, quod nullo modo corpus ejus est? Cur denique nos Christianos habetis? cur non ut idololatras condemnatis? idolum enim est, si panis azymus adoretur ut Deus. Cur hanc impiissimam haeresim publice non confutatis? cur cum caeteris haereticis Romanos in ecclesia non anathematizatis? Nihil enim est medium: aut corpus est Christi, et omnibus adorandum; aut corpus ejus non est et ut idolum contemnendum. Sed unde probatis, quod corpus ejus non fiat, cum nullus doctorum hoc sapiat, nulla synodus contradicat? Cur contra canones ecclesiasticos traditiones contemnitis? Cur synodis quod de corpore Christi non habent apponitis? Quid azymo vel fermento cum corpore Christi? Nunquid panis est, ut azymus sit fermentatus? Cur non magis indiscussum relinquitis quod ignoratis? Cur rem, quam nescitis, temere confirmatis?

Advertite saltem, quod accusatores vos et judices esse in eadem causa non liceat et quod ante probationem judicium lege non fiat, et in causa vestra alios judicare permittite, et Domini corpus ante judicium condemnare nolite.

Quod Christum in fermentato pascha celebrasse asserant. Arguimus, quod Dominum ante quartamdecimam lunam pascha contra legim fecisse vel in quartadecima fermentum comedendo violasse contenditis, et sic transgressorem legis, et solvisse legem, antequam impleretur, astruitis; [6] quod euangelium prima die azymorum, quod dicitur pascha, fuisse commemorat, et Christus non ad solvendam, sed ad implendam legem se venisse confirmat. Quod utique non fecisset, si, antequam impleretur, fermentum comedendo solvisset. Unde consequitur, quod peccatum Dominus fecerit et in ore ejus dolus fuerit, juxta sententiam suam, ut transgressor legis perierit.

Quod fermentatum animatum dicant. Arguimus, quod fermentatum panem animatum asseritis; [7] in qua sententia nec Vetus vobis, nec Novum Testamentum consentit; nec aliquis physicorum novum hoc animal, imo novum portentum, praeter solos Manichaeos confinxit. Quam inopinabilem opinionem inter haereses Manichaeorum sancta jam dudum condemnavit ecclesia.

Quod animam panis Christum vivificare contendant. Arguimus, quod animam panis Christi corpus vivificare contenditis. Nunquid duas animas habet Christus, alteram hominis et alteram panis? aut sicut panis in carnem Christi mutatur, sic anima panis in animam Christi convertitur? an animam suam Christus dimittit, et animam panis admittit? nunquid, si panis anima deerit, Christi corpus animatum non erit? cur non advertitis, quod, antequam offeratis eum, occiditur, lancea perforatur, [8] a toto suo particula, quae consecrari debet abscinditur et detruncatus jam et exanimatus ad altare portatur? non enim anima dividi potest, ut divisae partes divisiones quoque retineant animae. Sed esto, partes etiam propter fermentum habeant animam. Quid, cum panis evacuatus fuerit, et omnino fermentum animae desierit, nunquid etiam tunc anima sua manebit et corpus Domini vivificabitur? panis enim altaris totus in carnem Christi conver-

6) Cfr. supra Humberti dialog. c. XV et XVI, p. 102 sqq. et Humberti libell. contra Nicetam c. XI, p. 140.
7) Cfr. Nicetae lib. c. Lat. c. III, p. 128.
8) Cfr. supra Humberti dialog. c. XXXIII, p. 109.

titur, nec aliquid naturae panis praeter speciem solam relinquitur. Cur non attenditis, quoniam Dominus quod dedit, fregit, corpus suum vocavit, disciputi quod acceperunt manducaverunt? Nunquid anima corpus dicitur? nunquid frangitur? nunquid comeditur? quod euangelium dedit hanc fidem? Quis apostolorum docuit hanc Dominici corporis vivificationem? Origenianus est, non catholicus sensus, ut aliorum animae in aliorum transeant corpora et pro meriti qualitate vel meliora sortiantur vel deteriora.

Quod lancea corpus Christi percutiant. Arguimus quod hancea corpus Christi percutitis, hoc enim Christus non fecit, hoc in commemorationem suam disipulos facere nequaquam instituit: »Accipite, dixit, et comedite«, non occidite, vel lancea percutite. Christus nec seipsum occidit, nec discipulos occidere jussit. Milites, non apostoli, Dominum occiderunt; milites, non apostoli, lancea latus ejus perforaverunt. Nec vivebat Dominus sicut fermentum vestrum, cum latus ejus perforatur; sed mortuus erat, ne cruribus fractis latronum os ex eo non comminueretur. Quamvis lancea vestra non, sicut jactatis, usque ad occisionem Christi perveniat; nec corpus Christi, sed solum panem percutiat: nondum enim est caro, sed purus panis, quod lanceatis; et fermentatum viventem, antequam Christum vivificare possit, occiditis.

Quod in terra corpus Christi sepeliant.[9] Arguimus quod in terra corpus Domini sepelitis et contra scripturam corruptionem videre compellitis: Dominus enim corpus suum comedere jussit, non sepelire; et discipuli comederunt, non sepelierunt. Vos autem, non sequentes apostolos, in lacum corruptionis projicitis; et Spiritum sanctum, qui per prophetam dixit: »Non dabis sanctum tuum videre corruptionem (Psal. XV, 10),« mentiri compellitis, qui corruptionem eum videre, quantum in vobis et, facitis.

Quid illud cum aqua calida sumant.[10] Arguimus, quod corpus Domini cum cibo communi, id est cum aqua calida, sumitis: Non enim Christus hoc instituit, nec in sacramento sanguinis aqua calida fuit; Christus vinum, non aquam mutavit in sanguinem, nec aliud aliquid, sed genimen vitis propinavit in calicem. Vos autem quod ad mensam communem ex usu percipitis, nec ad mensam divinam abstinere potestis, et ascribitis religioni quod ad peccatorum excusationem habetis.

Quod sanguinem de Christi latere calidum fluxisse dicant.[11] Arguimus, quod sanguinem de latere Christi calidum fluxisse contra, naturam et euangelium dicitis: dicit enim scriptura quod jam obierat, jam exspiraverat, jam mortuus erat, cum corpus ejus vulneratum est, cum lancea latus ejus perforatum est. Nunquid habet natura ut corpus ejus mortuum caleat, cum in eo vita non fuerit, cum jam vitalis calor recesserit? Sed forsitan hoc privilegium habuit Dominicum corpus. Unde probatis? Ubi legitis? Quae scriptura docet? Quod euangelium habet? Aut de scriptura quod profertis probate aut praesumptioni solitae quod scriptura non habet ascribite.

Quod pueris ante diem septimum baptismum negent.[12] Arguimus, quod puero recens nato baptismum ante septimum diem negatis; non enim Dominus certum diem in baptismo constituit, nec septimum diem primo diei praeposuit; sed simpliciter et absque fallacia mittens ad baptizandum discipulos, dixit: »Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit (Marc. XVI; 16). Nunquid enim Dominus die septimo

9) Cfr. Humberti dialog. l. c.

10) Cfr. Humberti contradict. c. Nicetam c. XII, p. 139.

11) Cfr. Humbertum l. c.

12) Cfr. Excommun., qua feriuntur etc. supra 153.

baptizatum salvum facere potest, et primo non potest? Omnipotens enim est Deus et omnia quaecunque voluit fecit et non est qui possit resistere voluntati suae. Aut potest quidem, sed non vult quod potest, qui vult omnes homines salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire? Ubi omnis dicitur, nullus excipitur, nec infans, cujus est vita unius diei super terram. Christus omnem hominem salvat, vos hominem cur excipitis? Christus neminem ejicit foras, vos longius hunc a Christo repellitis? Christus solus baptizat, vos aquam cur prohibetis? Christus solus peccata dimittit, vos peccata cur retinetis, si sordes exteriores ofientunt oculos vestros, nunquid et Christum pulatis offendi? si carnis immunditiam tactus vester horrescit, nunquid et Christum putatis horrescere? Qui carnis infirmitates pro nobis sustinuit, infirmum hominem magis sustentat quam dejicit. Qui sordes animae, quas ex culpa contraximus, lavat, sordes corporis, quas nobis imponit necessitas, misericorditer portat. Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris. Vos autem homicidas omnes incomparabiliter vincitis, qui pereuntes de manu Salvatoris excutitis et morientes ad vitam intrare non sinitis et in gehennam morte Christi reclamante demergitis.

INDEX NOMINUM GRAECUS.

INDEX NOMINUM LATINUS.

INDEX RERUM MAXIME MEMORABILIUM.

CORRIGENDA.

p. 6 b 5 a. i. lege: parochiarum.
„ 14 „ 14 pervigili (in uno verbo).
„ 14 „ 26 consecutus est.
„ 15 „ 23 coactus est.
„ 18 „ 18 quaesivit.
„ 21 „ 11 haeresium.
„ 33 „ 22 opponere.
„ 46 „ 12 a. i. e. diptychis.
„ 46, 47, 48 Cerularius pro Caerularius.
„ 48 b 9 a. i. Dominicus.
„ 51 „ 16 τὸ νομικὸν πάσχα.
„ 56 in annotatione 6 et 7 ordo immutatus est.
„ 59 a 14 καθαροί εἰσιν.
„ 65 b 10 do *pro* da.
„ 66 a 3 sempiternam.
„ 66 „ 14 nobis.
„ 67 b 37 lacrymis.
„ 68 a 2 obtunduntur.
„ 74 b 13 dabo.
„ 74 „ 16 catalogo.
„ 79 a 8 utinam.
„ 79 „ 18 ventre.
„ 82 „ 25 judicat.
„ 82 „ 31 es *pro* est.
„ 86 „ 17 erexit.
„ 89 ann. 2 appellatio.
„ 90 a 5 congratulamur.
„ 90 „ 39 eiusmodi.
„ 92 b 24 regnabit.
„ 93 ann. 1 e codice.
„ 94 „ 2 scilicet.
„ 96 a 37 innuunt.
„ 100 a 25 omnimodo.
„ 110 b 22 annuntiant.
„ 111 a 16 resurrectionis.
„ 112 b 43 ad.
„ 113 in ann. c. b praeclara.
„ 114 a 1 sacerdotio.
„ 117 b 35 *dele* eo *post* ei.
„ 136 ann. vs. objectionibus.
„ 137 ann., vs. 2 περιόντες.
„ 137 ann., vs. 4 ἀσπάζεσθαι.
„ 137 ann., vs. 6 δεῖν ἐπικ.
„ 148 b 15 harum.
„ 153 inscr. EXCOMMUNICATIO.
„ 154 ann. 6 vs. 1 adventus Domini.
„ 158 a 22 λειτουργήσαντος.
„ 159 „ 30 βλάσφημον.

p. 162 a 4 ἀποστολική.
„ 163 „ 21 ἀβάπτιστοι.
„ 174 „ 15 ἀφικνουμένων.
„ 176 „ 3 σκαιωραθεῖσι.
„ 178 „ 3 γνώμης.
„ 178 „ 14 τελειότης.
„ 179 a 24 καταδρομήν.
„ 179 „ 26 Ῥωμαϊκῶν.
„ 179 „ 32 ἐπιστολῆς.
„ 185 „ 9 τῆς.
„ 190 ann. 6 vs. 1. διεπορθμεύθησαν.
ibid. „ „ „ 5. ἁγιωσύνην.
„ 191 a 14 ἐκκλησιαστικῶν.
„ 194 „ 29 ἐμβάλλεσθαι.
„ 196 a 3 ὄψον.
„ 196 a 13 ζωοποιόν.
„ 197 ann. 31 vs. 9 αὕτη.
„ 205 b 3 excelsissimae.
„ 209 b 3 deprehendentes.
„ 210 a 11 Χριστιανοί.
„ 212 b 11 comma post „ex“ delend. est.
„ 214 „ 6 praefracte.
„ 215 ann. 15 adde COT.
„ 217 b 9 sunt.
„ 218 a 2 Ἱεροσόλυμα.
„ 220 „ 1 εἰρημένων.
„ 223 „ 3 εὐαγγελισταῖς.
„ „ „ 7 τῷ.
„ 224 „ 22 ἕνα.
„ „ annot. 48 vs. 4 δεομένῳ.
„ „ „ „ „ 7 Suppositicius.
„ 226 a 38 θαυμαστόν.
„ „ b 29 fidem.
„ 230 a 11 σῆς.
„ 231 a 14 τήν.
„ 237 ann. 32 vs. 3 ipse.
„ 238 ann. 32 vs. 1 τῶν αὐτοῦ.
„ 242 ann. 44 dialogi.
„ 242 „ 47 vs. 7 ut.
„ 243 „ vs. 1. „in“ pro „is“.
„ 243 „ 50 vs. 2 συνόδου.
„ 247 a 7 τιμᾶν.
„ 255 ann. 2 vs. 1. probarent.
„ 258 b 18 comma post „contra“ del.
„ 259 a 15 offendunt.
„ 259 b 1 putatis.

MARPURGI.
TYPIS ACADEMICIS N. G. ELWERTI.



